

Google




Ex Libris

MARCI TULLII
CICERONIS
OPERA

QUAE SUPERSUNT, OMNIA,
CUM ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;
Ac Notis Integris
P. VICTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,
& Selectis
P. MANUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII,
J. GRUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM,
J. G. GRAEVII, & ALIORUM
QUAMPLURIMORUM,
Qui Aliquam Ciceronis Operum Partem
Animadversionibus illustraverunt.

ISAACUS VERBURGIUS
COLLEGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT,
Variantes Lectiones ubique apposuit,
Paginas Aldinae Editionis, quas Nizolius & alii sunt secuti, unà cum Alexandri Scot Sectionibus, Apparatui Latinae Locutionis respondentibus, ad utentis commodum ubique diligenter notavit.

CUM INDICIBUS ACCURATISSIMIS, INSIGNITER AUCTIS.
Voluminis Quinti pars secunda.



AMSTELAEDAMI,
Apud ROD. & GERH. WETSTENIOS.
MDCCXXIV.

John S. Lawrence Estate
qt
3-31-1925

P. CXLIV.

M. TULLII CICERONIS
PRO
REGE DEJOTARO
AD C. CÆSAREM,
ORATIO QUINTA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

DEjotarus tetrarches fuit. postea providentiâ, quam habuit circa populum Romanum, regum (f. regium) nomen accepit ipse & filius. is in matrimonio dederat filiam. ex ea susceperat nepotem Castorem. post cum genero litem habuit. hic contra avum pro patre bello Pompejano cum Pompejo fuit. victo (f. victor) Cæsar Pharsalico prœlio contra Ægyptum cœpit pugnare. statim contra Alexandriam Dejotarus se tradidit. meruit veniam. & tamen regni parte multatus est. reversus Cæsar contra Pharnacem regem Ponti. Suscepit illum hospitio Dejotarus. in acie etiam stetit pro Cæsare. reversus est Cæsar Romam. ambiebat quomodo Dejotarus perveniret ad partem regni. hoc audito gener misit qui accusarent Dejotarum, quod insidias fecisset Cæsari eo tempore, quo illum invitavit hospitio. Audito hoc Dejotarus misit legatos qui se defenderent. Inter quos legatos misit Phidippum medicum, quem iste dicit servum. ne illi credatur in caput domini; nam tanta auctoritate fuit iste medicus, ut inter legatos mitteretur ad defensionem Dejotari. Iste, corruptus a nepote Castore, transiit & cœpit accusare Dejotarum. Accusat ergo utrumque indignitas & impietas. servus & nepos. Status conjectura. Genus causæ admirabile. nam offensus est animus Cæsaris, sed non satis. quia indulgentiam dederat. Hæc causa dicitur in domo Cæsaris, non in foro. adest Cicero. Scholiastes. [Habita A. V. C. DCCVIII.]

I. (*a*) CUM IN omnibus caussis gravioribus, C. Cæsar, 1 initio dicendi (*b*) commoveri soleam vehementiùs quàm a videtur vel usus vel ætas mea postulare, (*c*) tum

a videatur *MS.*

SCHOLIASTES.
INCIPIT PRO DEJOTARO.

(*a*) *CUm in omnibus caussis.*] Quasi in reliquis securus sit. tantum in principio commovetur.

(*b*) *Commoveri.*] Timor virilis commotio.

(*c*) Tum

(c) tum in hac causa ita me multa perturbant, ut, quantum mea fides studii mihi [b] afferat ad salutem regis Dejotari defendendam, tantum [c] facultatis timor [1] detrahat. (d) Primum dico pro capite fortunisque [d] regis: quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo: tamen est ita inusitatum, regem capitis reum esse, ut ante hoc tempus non sit auditum.

b adferat *MS.*
c mihi fac. *MS.*
d regis Dejotari *MS.*

2 Deinde eum regem, (e) quem ornare antea cuncto cum senatu [e] solebam, pro perpetuis ejus in nostram rempublicam meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor defendere. Accedit, ut accusatorum (f) alterius crudelitate, alterius (g) indignitate [f] conturber [2] (h) Crudelem Ca-

e solebamus *alii.*
f perturber *alii.*

SCHOLIASTES.

(c) *Tum in hac causa ita me perturbant.*] Amamus periclitantibus subvenire. Hac arte dixit quemadmodum in Cornelianis & in Cluentiana. & dedit exemplum. si non quam mirabilem personam sumpsisset & non haberet quemadmodum Trojanis extorqueret misericordiam. quippe hostes (f. Sinon nisi miserabilem p. sumpsisset, non h. q. T. e. m. quippe hostis) ut ejus fallax audiretur oratio, finxit turbari. Turbatus inquit inermis constitit. Sic & modo Cicero, quia apud Cæsarem de hoste Cæsaris loquitur, finxit se moveri, ut ejus audiatur oratio.

(d) *Primum dico pro capite.*] Magnitudo negotii. Attentum facit. Ergo tu accusas Cæsarem, sub quo rege sum.

(e) *Quem ornare pro perpetuis ejus meritis.*] Commendat personam.

(f) *Alterius crudelitate.*] Nepotis crudelitate Castoris.

(g) *Indignitate.*] Servi Phidippi.

(h) *Crudelis.*] Tantum ne possit dicere sceleratum & impium.

1. DEtrahat.] Contrarium contrario refert. opposita enim, *afferat*, *detrahat*. in quibus est animadvertendum, quod omitterem, si doctis tantum scriberem; sed quia rudiorum aliqua interdum habenda ratio est, in iis præsertim, quæ ad Latinæ linguæ proprietatem spectant, operæ non parco, quæque fortasse multi sublimia tantum intuentes respuant, ad ea me, publicæ caussâ utilitatis, cum qua nihil confero, non gravate demitto. Quod igitur animadvertendum esse dixi ejusmodi est, verba composita vel suam augere vim, si præponatur *ad*, ut in verbo *afferat*, vel amittere si *de*, ut in *detrahat*. accessus enim in illo, recessus in hoc est. Et, *afferat* volenti, cum significatione benevolentiæ, dixit: *detrahat*, invito cum indicio doloris. cupit enim pro sua fide regi Dejotaro de capite fortunisque periclitanti subvenire. quod autem cupit, id veretur ut possit, timore facultatem detrahente. Unicum igitur perfugium Cæsaris æquitas & sapientia. Nam hæc eò referuntur omnia. *P. Manut.*

2. *Crudelis Castor.*] De Castore hoc videndus Suidas in voce Κά-

Castorem, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit, adolescentiæque suæ terrorem intulerit ei, cujus senectutem tueri & tegere debebat: (i) g commendationemque ineuntis ætatis ab impietate h & scelere i duxerit: 3 avi servum, corruptum præmiis, ad accusandum dominum impulerit & (k) à legatorum pedibus abduxerit.

g commendationem *alii.*
h & ab *MS.*
i adduxerit *MS.*

k Fugitivi autem dominum accusantis, & dominum absentem, & dominum amicissimum nostræ reipublicæ, cùm os videbam, l cùm verba audiebam, non tam afflictam regiam conditionem dolebam quàm de fortunis communibus extimescebam. (l) Nam, cùm more majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quæri liceat: in qua quæstione dolor veram vocem elicere possit, etiam ab invito: m exortus est servus, n qui, quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus.

3
k fugitivos *MSS.*
l cùm verb. aud. *desunt in MS.*
P. B.
m extortus *MS.*
n ut quem *MS.*

II. (m) PERTURBAT me, C. Cæsar, o etiam illud interdum: quod tamen, cùm te penitus recognovi, timere desino. re enim iniquum p est, sed tuâ sapientiâ fit æquissimum. nam dicere apud eum de facinore, contra cujus vitam consilium facinoris q inisse arguare, si per r se ipsum consideres, grave est. nemo enim ferè est, qui sui periculi judex, non sibi s se æquiorem quàm reo præbeat. Sed tua, C. Cæsar, præstans singularisque natura hunc mihi metum t minuit. non enim tam timeo, quid

4
o & *MS.*
p est *deest in MS.*
q commisisse *MS.*
r se consid. *MS.*
s sequiorem *MS.*
t minuet *MS.*

SCHOLIASTES.

(i) *Commendationemque ineuntis ætatis.*] Quia ante adulescentes ex accusatione commendabantur ad famam.

(k) *A legatorum pedibus.*] Quasi ad obsequium legatorum missus fuisset. quia servus. ideo pedibus.

(l) *Nam cum more majorum.*] Ecce quare dicit servo, ne credatur.

(m) *Perturbat me etiam illud.*] Ars dicendi. apud Cæsarem loquitur de periculo Cæsaris. cui habet favere Cæsar nisi ei qui videtur eum defendere. Arguitur Dejotarus quòd voluit Cæsarem occidere. apud Cæsarem ipsum causa dicitur. Favet certe huic qui videtur pro se facere. Hoc ergo vult dicere. Iniquum est apud te de tuis periculis causam dicere. Sed si hoc dixerit facit injuriam Cæsari. & temperat quasi nihil sit.

Κάϛωρ. *Ursin.* *Crudelem Castorem, ne &c.*] Est & hoc à plerisque Pall. & Grut. imò & vetustius cusis. posteriores, *Crudelis Castor est, ne &c.* Gruter.

3. *Avi servum,*] *Ac servum* vetus liber. *Ursin.*

 4. Me-


Ex Libris

usu atque exercitatione rerum valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe & cogitatione venerunt.

8 III. (*r*) IRATUM te regi Dejotaro fuisse non erant nescii, (*s*) ^e^ affectum illum (*t*) quibusdam incommodis & detrimentis, propter offensionem animi tui, meminerant: teque cùm huic iratum, tum sibi amicum ^f^ cognoverant: cúmque apud ^g^ ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, ut in exulcerato animo facilè fictum crimen ^h^ insideret. (*u*) Quamobrem hoc nos primùm metu, C. Cæsar, per fidem & constantiam & clementiam tuam, libera, ^i^ ne residere in te ullam partem iracundiæ suspicemur. Per ^k^ dexteram te istam oro, quam regi Dejotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram, non tam in bellis ^l^ & in prœliis quàm in promissis & fide firmiorem. Tu illius domum inire, (*x*) tu vetus ^m^ hospitium renovare voluisti: te ejus dii penates acceperunt: te amicum & placatum Dejotari regis aræ focique viderunt.

9 Cùm facilè ^n^ exorari, Cæsar, tum semel exorari soles. nemo umquam ^o^ te placavit inimicus, qui ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit. (*y*) Quamquam cui sunt ^p^ inauditæ cum Dejotaro querelæ tuæ? numquam tu illum ^q^ accusavisti ut hostem, sed ^7^ ut amicum officio parum functum, quòd propensior ^r^ in Cn. Pompeji amici-

e afflictum *MSS. multi.*
f esse cogn. *MSS.*
g te ipsum de *MSS.*
h consid. *MS.*
i nec *MS.*
k dextram *plerique MSS.*
l neque in *MSS.*
m officium *MSS.*
n orari *MSS.*
o tibi inimicus *MSS.*
p auditæ *MS.*
q accusasti *alii.*
r in Pomp. *MS.*

SCHOLIASTES.

(*r*) *Iratum te regi Dejotaro.*] Quia multaverat illum regno.

(*s*) *Adflictum illum.*] Non dixit partem regni.

(*t*) *Quibusdam incommodis.*] Ne videatur iratus voluisse occidere. nam si dixisset partem regni. ergo ideo iratus hoc fecit.

(*u*) *Quamobrem hoc nos metu, Cæsar.*] Venialis pars. ergo rogo te ne adhuc irascaris.

(*x*) *Tu vetus hospitium renovare voluisti.*] Quasi non iste invitavit. ne videatur ad insidias invitasse tu sponte egisti.

(*y*) *Quamquam cui sunt inaudita cum Dejotaro querela.*] Eo tempore, quo Dejotarus in partem transierat Pompei, dedit ad eum literas Cæsar. Turpe est. & ego amicus tuus fui. quæ causa est ut ad Pompejum transires. sed ignosco tibi, si secutus es nomen senatûs. mitte exercitum Pompejo. mitte filium; tu tantum excusatione utere, quia senex es. Sic ergo eum accusaverat. non quasi hostem, sed quasi perfidum amicum.

---

7. *Ut amicum officio parum functum.*] Vulgò *amici:* sed contra mss. nostros meliores, in quibus etiam postea erat *cum*, non *tum*. de quo videatur etiam Muretus lib. 11. Var. Lect. cap. 16. *Grut.*

8. Cui

etiam fuisset [f] quàm in tuam. [8] [t] cui tamen ipsi regi veniam te daturum fuisse dicebas, [9] si cùm auxilia Pompejo, vel si etiam filium misisset, ipse tamen excusatione ætatis usus esset. [v] Itaque cùm maximis eum rebus liberares, perparvam [x] amicitiæ culpam relinquebas.

10 Itaque non solùm in eum non animadvertisti, [y] sed omni metu liberavisti, hospitem agnovisti, regem reliquisti. (z) neque enim ille odio tui progressus, sed errore communi lapsus est. Is rex, quem senatus hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellavisset, quique illum ordinem ab adolescentia gravissimum sanctissimumque duxisset, iisdem [z] rebus est perturbatus, homo longin-

f quam tuam id. MS.
t cur tamen alii.
P. B.
v Ita si tum MS.
x inimicitiæ MS.
y sed eum omni alii.
z de reb. MS.

SCHOLIASTES.

(z) *Neque enim ille odio tui.*] Adhuc

* * * * * * * * * * * *

. . . tio tribuno plebis; interea Domitius subito. nuntiatum est ei servus Scaurus rei tui venit ad me inquit. quid venit. vult se admitti. ingressus servus. ecce inquit domine chartas attuli, quibus possis damnare Domitium. (f. dominum) Tunc Domitius vinciatur inquit. chartas illi ad collum suspendit & transmisit ad dominum servum. & dixit corrige servum tuum.

8. *Cui tamen ipsi Regi.*] *Regi* vacare videtur, & certe absque eo pulchrius sonat. *Patricius.* Recte vidit Patricius. Nam hæc ineptissime sunt, si totam periodum considerate leges. *Numquam tu illum accusasti ut hostem, &c.* quibus quam ineptè subjicitur: *cui tamen ipsi regi.* Nemo nisi puer sic loqueretur. Sed huic malo remedentur optimi codices Erfurtensis, Coloniensis & Pithœi, in quibus legitur: *cui tamen ipsi rei*, quod propensior scilicet fuisset in Pompeji amicitiam quàm in tuam, *te veniam daturum fuisse dicebas, &c.* Omnia nunc sunt liquida, nusquam ullæ salebræ, ullæ moræ. Miror, Lambinum veram scripturam cum reperisset eam in suis codicibus non probasse. *Gravius.*

9. *Si tum auxilia Pompejo.*] Videtur legendum, *si tantum auxilia Pompejo:* ad quam scripturam accedit propius liber antiquus. *F. Ursinus. Si tum auxilia.*] Legerem, *si tantum auxilia.* hoc enim dicit, veniam illi dedisses, si ipse ad Pompeium non ivisset, auxilia modo, vel filium etiam cum auxiliis misisset. Lambinus, *si cum auxilia Pompejo, vel filium etiam misisset, ipse excusatione ætatis usus esset.* Meum malo, quia Lambinus in suo delet alterum *si*, in illo, *vel si filium etiam misisset.* & tamen præterea, non tam efficacem sententiam complectitur. *Patricius.* Veram esse Ursini & Patricii conjecturam probat codex Coloniensis, in quo legitur, *si tantum auxilia Pompejo*, pro quo in aliis libris concise scriptum fuit *tum* pro *tantum.* Mox Coloniensis & Pithœi, *ipse excusatione ætatis.* Vulgati, *ipse tamen excusatione ætatis.* Græv.

ginquus & alienigena, quibus nos in media republica nati, semperque [a] versati.

11 IV. Cùm [b] audiret senatûs [c] consentientis auctoritate arma sumpta: consulibus, prætoribus, tribunis plebis, [d] novis imperatoribus rempublicam defendendam datam, movebatur animo, & vir huic imperio amicissimus de salute populi Romani extimescebat, in qua etiam suam inclusam esse videbat. in summo tamen timore quiescendum [e] sibi esse arbitrabatur. maximè verò perturbatus est, ut audivit, consules ex Italia profugisse: [10] omnesque consulares (sic enim [f] nuntiabatur) cunctum senatum, totam Italiam [g] esse effusam. [11] talibus enim nuntiis & rumoribus patebat ad Orientem via, nec ulli [h] veri subsequebantur. nihil ille de conditionibus tuis, nihil de studio concordiæ & pacis; nihil de conspiratione audiebat

a convers. *MSS.*
b audiisset *alii.*
c conf. *deest in MSS.*
d nobis *multa edd.*
e utut sibi esset *MS.*
f ei nunt. *MS.*
g esse *non est in MSS.*
h veri nuntii *MS.*

10. *Omnesque Consulares, cunctum Senatum, totam Italiam esse effusam.*] Hoccine dicit. totam Italiam ex Italia (sic enim modo dixit: *Consules ex Italia profugisse*) esse effusam? minime, quid igitur? hariolare. conabor. quod cum fecero reliqua aliis permittam. quid si? *Consulares, cunctum Senatum, per totam Italiam esse effusos.* nimirum addo *per.* & pro *effusam*, *effusos*, propono. Sed propono, tantum non etiam pronuntio. Nam ego conatum me tantum allaturum esse dixi ad ejus loci explicationem: nihil aliud. *Patricius. Omnesque Consulares.*] Dubium non est plerosque Consulares hæsisse Pompejo: nonnulli tamen, ut ipse Cicero, Servius Sulpitius & alii, in Italia substiterunt. Nuntiatum fuisse dicit omnes exiisse, quia id plurimum favebat caussæ Dejotari: indicat falsum fuisse rumorem, ne Cæsaris animum offendat, si ipsius partes ab omnibus viris consularibus damnatæ fuisse videantur. At Philipp. II. cladem belli civilis exaggerans, ait, *Consules ex Italia expulsos* fuisse, *cumque his Cn. Pompejum, qui imperii Romani lumen ac decus fuit: omnes Consulares, qui per valetudinem exequi fugam illam cladem que potuissent: Pratores, Pratorios, Tribunos plebis, magnam partem Senatus, omnem sobolem juventutis, unoque verbo rempublicam expulsam atque exterminatam sedibus suis.* Abram.

11. *Talibus nuntiis & rumoribus patebat ad Orientem via.*] Conabor hic quoque rursum aliquid: ut me in conjecturis versari facile omnibus appareat. quid igitur si *scatebat*, pro *patebat.* nam sc. & p. paulum omnino differunt. Horatius: *Scatentem belluis Pontum.* ergo, scatebat, id est, plena erat, talibus nuntiis & rumoribus. eos autem nuntios significat profecto fuisse falsos, cum dicit, *nec ulli veri subsequebantur.* & statim ostendit, quomodo nulli veri nuntii ad Dejotarum perferebantur. Nimirum quia neque conditiones aut studium pacis in Cæsare, neque conspirationes adversus Cæsarem quorundam principum virorum Dejotaro notæ erant. *Patricius.*

12. Quan-

bat i certorum hominum contra dignitatem tuam. quæ cùm ita essent, tamen usque k eò se tenuit, quoad à Cn. Pompejo ad eum legati litteræque venerunt.

Ignosce, ignosce, Cæsar, si ejus viri auctoritati rex Dejotarus cessit, quem nos omnes secuti sumus: l in quem cùm dii atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima & maxima. neque enim si tuæ res gestæ ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt, idcircò Cn. Pompeji memoriam amisimus. quantum nomen m ejus fuerit, quantæ opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi Romani, quanti senatûs, quanti tui, quis ignorat? n tanto ille superiores vicerat gloriâ, [12] quanto o tu omnibus præstitisti. Itaque Cn. Pompeji bella, victorias, triumphos, consulatus admirantes p numerabamus: tuos enumerare non possumus.

V. Ad eum igitur rex Dejotarus venit, hoc misero fatalique bello, quem q antea justis hostilibusque bellis r adjuverat, quocum erat non s hospitio solùm, verùm etiam familiaritate conjunctus: & venit vel rogatus, ut amicus; vel arcessitus, ut socius; vel evocatus, ut is, qui senatui parere didicisset: postremò venit, ut ad fugientem, t non ut ad insequentem, id est, ad v periculi, non ad victoriæ societatem. Itaque, Pharsalico prœlio facto, à Pompejo discessit: spem infinitam x persequi noluit. vel officio, si quid debuerat; vel errori, si quid nescierat, satis factum esse duxit: domum se contulit; teque Alexandrinum bellum gerente [13] utilitatibus tuis y paruit.

Ille exercitum Cn. Domitii, amplissimi viri, suis tectis & copiis sustentavit: ille Ephesum ad eum, quem tu ex z tuis fidelissimum a & probatissimum omnibus delegisti, pecuniam misit: [14] ille iterum, ille tertiò auctionibus factis

i ceterorum *MS.*
k eos ten. *MS.*
12
l ad *MS.*
P. CXLVI.
m illius *MS.*
n quanto *MS.*
o tu in omnib. *MSS.*
13
p mirabamur *MSS.*
q antè *MSS.*
r adjutaverat *MS.*
s in hosp. *&* in fam. *MS.*
t non ad *MS. & alii.*
v periculum *MSS.*
x sequi *MS.*
14
y patuit *Lamb.*
z civibus *MS.*
a & prob. *deest in MS. Lamb.*

12. *Quanto tu omnibus præstitisti.*] Colon. Pith. Dresd. *quanto tu in omnibus præstitisti*, nimirum Pompejo, *in omnibus*, nimirum quæ enumerarat in Pompejo, nomine, opibus, bellorum gloriâ, honoribus. Sed vulgatam præfero, quam & Erfurtensis tuetur. *Gravius.*

13. *Utilitatibus tuis paruit.*] Fecit quidquid utilitates tuæ postulabant. eodem verbo usus est ad Plancium lib. XIII. *Res familiaris C. Capitonis præsto fuit, & paruit & temporibus, & fortunæ meæ. Utilitates* pro commodis accipiuntur. Ad Tironem: *Utilitatibus tuis possum carere: te valere tuâ caussâ primum volo, tum meâ, mi Tiro.* P. Manut.

14. *Ille iterum, ille tertiò.*] Semel Alexandrino bello: iterum

eo,

ctis pecuniam dedit, quâ ad bellum [b]utereris: ille corpus suum periculo objecit tecumque in acie contra Pharnacem fuit, tuumque hostem esse [c] duxit suum. Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt, C. Cæsar, ut eum [d] amplissimo regis honore & nomine affeceris.

15 Is igitur non modò à te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur [e] domi te suæ interficere voluisse. [f] quod tu, nisi eum furiosissimum judicas, suspicari profectò non potes. Ut enim omittam, cujus tanti sceleris fuerit, in [g] conspectu deorum penatium necare hospitem: cujus tantæ [h] importunitatis, omnium gentium atque omnis memoriæ clarissimum lumen extinguere: [i] cujus tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimescere: cujus [k] tam inhumani & ingrati [l] animi, à quo rex appellatus esset, [15] in eum [m] tyrannum inveniri: ut hæc omittam, cujus tanti furoris fuit, omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes socios, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare? [n] quonam ille modo cum regno, cum domo, cum conjuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere non modò perfecto, sed etiam cogitato?

16 VI. At, credo, hæc homo inconsultus & temerarius non videbat. Quis [o] consideratior illo? [16] quis [p] rectior? quis

b preremi- ni *MS.*
c dixit *alii.*
d ampl. hon. & reg. nom. *MSS.*
e domi suæ *MS.*
f quæ tu *MS.*
g conspe- ctum *MS.* P. B.
h opport. *MS.*
i cujus fe- roc. *MSS.*
k tanti *MS.*
l animi *deest in MS.*
m tyrannus *MSS.*
n quoniam *MS.*
o enim cons. *MS.* conside- rantior *alius MS.*
p rectior *Grav.*

eo, quod contra Pharnacem gestum est, cui Dejotarus ipse cum suis copiis interfuit: tertio, Africano: de quo sic infra: *Secutum est bellum Africanum, graves de te rumores sparsi, qui etiam furiosum illum Cælium excitaverunt. quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus sit, seseque & filium suum exspoliare maluerit quàm tibi pecuniam non subministrare?* P. Manut.

15. *In eum tyrannum inveniri.*] *Inveniri*, id est agnosci & deprehendi. *in eum*, porro, in Cæsarem, a quo Rex appellatus esset. *Tyrannum* autem ipsum Dejotarum intelligendum dico. hoc sensu. quis est tam ingratus & inhumanus, ut in eum tyrannus ipse esse velit, a quo fuerit Rex appellatus. quid tamen, si quid aliud pro, *inveniri*, quid si, *velle fieri*, vel simile? *Patric.* Colon. *in eo tyrannus inveniri.* Eò quoque inclinat Erfurt. *cujus eo tyrannum inveniri.* Non improbo Coloniensem. Eadem est ratio dicendi, quam illa apud Horatium I. Serm. 2.

—— quid inter-
Est, in matrona, ancilla, peccesve togata. Græv.

16. *Quis tectior? quis prudentior?*] *Tectior*, id est callidior. videndum, quid si *tersior*, *acutior*, *sollertior*, *acrior*, *peritior*, *sagacior?* vel aliquid tandem, quod significatione proxime accedat ad ingenium & prudentiam, quam hic se laudare in Dejotaro sta-

quis prudentior? quamquam hoc loco Dejotarum non tam ingenio & prudentiâ quàm fide & religione vitæ defendendum puto. Nota tibi est, C. Cæsar, hominis probitas, noti mores, nota constantia. Cui porrò, qui modò populi Romani nomen audivit, Dejotari q integritas, gravitas, virtus, fides r non audita est? Quod s igitur facinus nec in hominem t imprudentem v cadere posset, propter metum præsentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos & à viro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatum esse confingitis.

q probitas, int. *add.* *multa.* r inaud. *MS.* s igitur nec *MS.* t prud. *alii.* v caderet *alii.*

At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciose quidem. 17 Cùm, inquit, in castellum Lucejum venisses, 17

statim ait. quid si, *cautior?* qui scilicet omnia provideat. quid si etiam, *certior?* ut significet eum, qui omnia habet explorata. Vet. Steph. totum hoc non habent, *quis tectior.* laudo. laudo, inquam, vel ut absit, vel ut in *cautior* commutetur. *Patricius.* Vel ipso Cæsare teste, qui, ut scribit auctor belli Alexandrini, Dejotaro post pugnam excusanti quod secutus fuisset Cn. Pompejum, respondit, *defensionem ejus nullam posse excusationem ejus imprudentia recipere, quod homo tanta prudentia ac diligentia scire potuisset, &c.* Abram. Non est laus hominem esse tectum, *κρυψίνοον*, sive occultum, qui simulat amicitiam, & eam fronte præ se fert, cum corde premat odium capitale. Tecto opponitur apertus, simplex. Si fuisset homo tectus Dejotarus, facile potuisset hoc scelus contra Cæsarem suscipere de nece ei inferenda, si sibi persuasisset, id tuto se posse & secreto facere: Sed Cicero nititur omni ope id ostendere, cogitationem hujus sceleris abesse tam ab ejus prudentia quàm probitate. *Tectus* igitur hic locum habere non potest, ut recte vidit Patricius. In Erfurt. Dresd. Colon. Pith. est *rectior*. *Recta* dicuntur omnia, quæ sunt sine *vitio*, *labe*, *macula.* Cicero de Commentariis Julii Cæsaris: *Commentarios scripsit valde quidem probandos, nudi sunt, recti & venusti.* Plin. x. ep. 26. *Dixi de quodam oratore seculi nostri, recto quidem & sano, sed parum grandi & ornato, ut opinor, apte: Nihil peccat, nisi quod nihil peccat.* Igitur *quis rectior* est hic, quis est in consiliis rectis capiendis promtior? quis est rectioris ingenii? ut in illud non possit cadere tantum facinus. Non ausim quidem præstare Tullium scripsisse *rectior*, aptior tamen est hæc vox huic loco quàm *tectior*, quia tectum esse semper vitio vertitur. Est enim hominis callidi, versuti, malitiosi, non prudentis & considerati. *Grav.*

17. *Cùm, inquit, in castellum Lucejum venisses.*] Puteanus monuit legendum *voluisses*: nam quod mox narrat actum fuit antequam Cæsar Lucejum venisset; ut liquet ex alio hujus paginæ loco: *In posterum*, inquit, *diem distulit; ut cùm in castellum Lucejum ventum esset &c.* Sequitur ergo id actum fuisse in domo Dejotari; ad quam Cæsar in Lucejum proficiscens deverterat. Quod autem heic nonnulli *venisses* exponunt, ires vel proficisceretis: duriusculum

x Grut. & alii. divert. — misses, & domum regis, hospitis tui, x divertisses: locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus rex te y munerare constituerat. huc te è balneo, prius quàm accumberes, ducere z volebat. a ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en caussa, b cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Ego mehercule, C. Cæsar, initio, cùm est ad me ista caussa delata, Phidippum medicum, servum regium, qui cum legatis missus esset, [18] ab isto adolescente esse corruptum; [19] hac suspicione sum c percussus: medicum indicem d subornabit: e finget videlicet aliquod crimen veneni. etsi à veritate longè, tamen à consuetudine criminandi [20] non multum res abhorrebat.

y munerari alii. z volebant MS. a ibi non est in MS. P. CXLVII. b cum MS. c perculsus alii. d subornavit MSS. e fingit MS.

Quid f ait medicus? [21] nihil de veneno. At id fieri potuit: primò occultiùs in potione, g vel in cibo: deinde etiam impuniùs fit, h quod, cùm est factum, negari potest. Si palàm te interemisset: omnium in se gentium non solùm i odia, sed etiam arma convertisset. si veneno:

18 f agit MS. g vel deest in MSS. h quidquid fact. MS. i odium MS.

lum est, neque in Cicerone præsertim admittendum. hæc Puteanus aliaque, quæ aliquando filii ejus, nihilo pejoris, si non melioris, rei speique, aliquando proferent in publicum. *Grut.*

18. *Ab isto adolescente esse corruptum.*] Vulgata interposuit *existimavi.* sed vocis ejus nullum vestigium in Pall. quod & notavit Puteanus; item Muretus d. cap. 16. qui tamen minus benè illud *subornabit* mutat in *subornavit.* sic quidem etiam scriptum in aliquot nostris: sed id veteri illa consuetudine scribendi idem est cum priore. *Idem.*

19. *Hac suspicione percussum.*] Recepta lectio *perculsum*, sed alterum magis hic convenit, restatque in plerisque nostris. *Idem.* Recte Gruterus. Aliud est *percellere animum*, in stuporem rapere, aut consternare, aliud *percutere animum*, quod est suspicionem in animo movere. Cic. IV. ad Attic. 8. *Audivi ex Gavio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduum. percussit animum.* Terent. And. I. I.

Sororem esse ajunt Chrysidis.
Percussit illicò animum.

Firmatur *percussus* ab Erfurtensi & tribus Lambini. *Grav.*

20. *Non multum res abhorrebat.*] Mallem, *abhorrebit.* ut hæc scilicet ad expositionem ejusdem illius suspicionis pertinere videantur. ut enim supra dixit, *subornabit* & *finget*, ita hic, *abhorrebit.* quod mihi quidem non ineleganter inventum, nec inscite huic loco adscriptum videretur, si idem aliis videretur. videbitur autem, puto, si cum verbis ipsis orationis diligentius conferetur. *Patricius.*

21. *Nihil de veneno: at id fieri potuit.*] Antiquus liber, *Nihil de veneno? nihil, ad id fieri potuit.* Ursin.

22. Tum

ro: Jovis illius quidem hospitalis numen numquam cela-
re potuisset, homines [k] fortasse celavisset. Quod igitur & occultiùs conari, & efficere cautiùs [l] potuit; id tibi, & medico callido, & servo, ut putabat, fideli, non credidit: de armis, de ferro, de insidiis celare te noluit?
At quàm festivè crimen contexitur? Tua te, inquit, ea- 19
dem quæ [m] semper, fortuna servavit. negavisti tum te inspicere velle.

VII. QUID postea? an Dejotarus, [n] re illo tempore non [o] perfecta, continuò dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eodem [p] te, cùm cenavisses, rediturum dixeras: itaque fecisti. horam unam aut duas eodem loco armatos, [q] ut collocati fuerunt, [r] retinere magnum fuit? cùm in convivio comiter & jucundè fuisses, [22] tum illuc [s] ivisti, ut dixeras. quo in loco Dejotarum talem erga te cognovisti, [23] qualis rex Attalus in P. Africanum fuit: cui magnificentissima dona, ut scriptum legimus, usque ad Numantiam [t] misit ex Asia; quæ [v] Africanus, inspectante exercitu, accepit. Quod cùm præsens Dejotarus regio & animo & more fecisset, tu in cubiculum [x] discessisti.

Obsecro, Cæsar, repete temporis illius memoriam: pone illum ante oculos diem: vultus hominum te intuen-
tium atque admirantium recordare. num [y] quæ trepi- 20
datio? num qui tumultus, num quid, nisi [z] moderatè, nisi quietè, nisi ex hominis gravissimi & sanctissimi [a] disciplina? Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cenatum noluerit occidere?

In posterum, inquit, diem distulit, ut, cùm in castel-
lum Lucejum ventum esset, ibi cogitata perficeret. Non 21
video causam loci mutandi: sed [b] tamen acta res criminosè est. Cùm, inquit, vomere te post cenam velle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. [c] ibi enim erant insidiæ.

k vero fort. alii.
l potuisset MS.
m sæpe MS.
n rex MS. alii delent.
o perf. re id. MS. & alii.
p te deest in MS.
q ubi MSS.
r retineri alii.
s isti MS. festinabas alius MS.
t misitque MS.
v P. Afr. MS.
x decess. MS.
P. B.
y qua alii.
z modestè MS.
a aderat disc. MS.
b tunc MS.
c ubi erant alii.

22. *Tum illuc ivisti.*] Erfurt. & duo Lambini: *tum illuc isti.* Eo alludit etiam Coloniensis: *tum illuc fuisti.* Nimirum *isti* dixit Cicero pro *ivisti*, ut dicebant *decresti* pro *decrevisti*, *decressemus* pro *decrevissemus*, & mille talia, quæ amabant veteres, auribus consulentes, ut plurimis exemplis cùm alii, tum ipse quoque subinde declaravi. *Gravius.*

23. *Qualis rex Attalus in P. Africanum fuit.*] Vel *Antiochus* scribendum est pro *Attalus*, cui sunt hæc à Livio aliisque scriptoribus tributa; vel erit ipsius Ciceronis *ἁμάρτημα μνημονικόν.* *Ursin.*

24. Dii

diæ. at te eadem [d] tua fortuna servavit: in cubiculum te ire malle dixisti. [24] Dii te perduint, fugitive: ità non modò nequam & improbus, [e] sed fatuus & amens es. Quid? ille [25] signa ænea in insidiis posuerat, quæ è balneo in cubiculum [f] transferri non possent? Habes crimina insidiarum. nihil enim dixit amplius. horum, inquit, [g] eram conscius. Quid tum? ita demens ille erat, ut eum, quem conscium tanti sceleris habebat, à se dimitteret, Romam etiam mitteret, [h] ubi & inimicissimum sciret esse nepotem suum, & C. Cæsarem, cui fecisset insidias? præsertim [26] cùm is unus esset, qui posset [27] de absente

d tum illa *MSS.*
e sed & fat. *Grav.*
f transferre *Gul.*
g erat *MS.*
h ut *MS.*

24. *Dii te perduint, fugitive, &c.*] Sic omnino Pal. pr. tert. & Celberdensis. aut certè *perdiunt*. vox ea notissima vel ex Plauto vulgò erat *perdant*. sic legendum diu est, quod monuit Cujacius lib. XII. Observ. cap. 32. *Grut.*

25. *Signa ænea.*] Quæ loco non facile moventur; cum homines è balneo in cubiculum transire facile possint, cum non transierint, nimirum tota res fingitur. *P. Manut.*

26. *Cum is unus esset, qui posset de absente se vindicare.*] Cum Cæsar unicus esset, cujus potestas totam rempublicam atque adeo terrarum orbem ita complecteretur: ut ei facile esset & expeditum etiam in absentes animadvertere, quocunque illi terrarum angulo se abscondissent. quanquam scio plerosque hæc verba, non de Cæsare, sed de Phidippo medico explicare. *De absente se vindicare*; notum illud:

An nescis longas Regibus esse manus?

Quam in rem habet elegantissima & suavissima auctor libri de Mundo ad Alexandrum, Regum Persidis faciens mentionem, qui cum a Regia sua pedem non discederent, potentiâ totam, quam lata est, Asiam obtinebant. *Abram.* De Cæsare hæc verba intelligi non possunt, si rationem sequemur. Vult enim Tullius ostendere Dejotari amentiam, si Phidippum Romam misisset, qui solus conscius erat, ut ajebant accusatores, insidiarum, & qui solus Cæsari insidias factas posset indicare, instigante & multis præmiis ad id sollicitante Phidippum nepote inimicissimo, & quidem apud Cæsarem, qui Romæ tum erat. Itaque legendum censeo cum aliis *indicare*, hoc est prodere insidias. Verba ista *de absente se* delenda puto, cum in veteribus codicibus magna sit varietas. Colon. *Cum is esset, qui posset se de absente vindicare.* Pithœi: *Cum is unus esset, qui posset te absente se vindicare.* Dresd. *Cum is unus esset, qui posset se de absente judicare.* Edit. prima: *Cum is unus esset, qui posset absente se judicare.* Eodem modo scribitur in veteribus libris *judicare* & *indicare*, unde facile ab editoribus hæc potuerunt immutari. Mihi plana videtur esse sententia, si illa, quæ nescio unde irrepserunt, verba expunxeris. *Gravius.*

27. *De absente se vindicare.*] Gulielmius eruebat è vestigiis unius libri, *absente soli indicare.* quanquam ei non displiceret Victorii, *se indicare*, de quo ille libro XII, Var. Lect. cap. 28, ferri potest &

scite se vindicare? Et fratres meos, inquit, quòd erant 22
conscii, in vincula conjecit. Cùm igitur eos vinciret, quos secum [i] habebat, te [k] solutum Romam mittebat, qui eadem scires, quæ illos scire dicis?

VIII. Reliqua pars accusationis duplex fuit: una, [28] regem semper in speculis fuisse, cùm à te animo esset alieno: altera, exercitum eum contra te magnum comparasse. De exercitu dicam breviter, ut cetera. Numquam eas copias rex Dejotarus habuit, quibus inferre bellum [l] populo Romano posset: sed quibus fines suos ab excursionibus [m] hostium & latrociniis tueretur, & imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem majores copias alere poterat: nunc exiguas vix tueri potest. At misit ad [n] Cœlium nescio quem: [o] sed eos, quos 23
misit, quòd ire noluerunt, in vincula conjecit. Non quæro quàm verisimile sit, aut non habuisse regem, quos mitteret: aut eos, quos misisset, non paruisse: aut, qui dicto [p] audientes in tanta re non fuissent, eos vinctos potius quàm necatos [q] fuisse. sed [r] tamen cùm ad Cælium mittebat, utrùm causam illam victam esse nesciebat, an Cælium istum magnum hominem putabat? quem profectò [s] is, qui optime nostros homines novit, vel [t] quia nosset, vel [v] quia non nosset, contemneret. Ad- 24
didit etiam illud, equites non optimos misisse. veteres, credo, Cæsar: nihil ad tuum equitatum: sed misit ex iis, quos habuit, electos. Ait nescio quem ex eo numero servum judicatum. non arbitror: non audivi. sed in eo, etiam si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer.

IX. [29] Alieno autem à te animo [x] fuit. [y] quomodo?

i haberet *MS.*
k solum tum *MSS.*
l pop. Rom. *non est in MS.*
m host. *deest in MS.*
P. CXLVIII.
n Cæcilium *Lamb.*
o & *alii Grav.*
p obedientes *MSS.*
q fuisse *deest in MS.*
r tunc cum *MSS.*
s rex is *MS.*
t quia non noss. *alii.*
v quia noss. *iid.*
x fuit *deest in MSS.*
y quia sper. *MS.*

& vulgata: de injuria enim fratribus illata vindicare se indicio potuisse significat. *Gruter.*

28. *Regem semper in speculis fuisse.*] Id est, tuas omnes actiones observasse & speculatores tenuisse, qui, ut infra loquitur, *rumores de te exciperent & ad se referrent.* Patricius.

29. *Alieno autem a te animo fuit.*] Verbum, *fuit*, non reperitur in libris manuscript. quemadmodum neque participium, *sparsi*, quod est in vulgatis, infra ibi, *graves de te rumores sparsi.* neque duas voces. *erga te*, paullo inferius, ibi, *Quo tum erga te rex animo fuit, &c.* neque has tres, & *filium suum*, paullo longius, ibi, *seseque & filium suum*, & deinceps, *spoliare*, pro, *exspoliare.* Lamb. *Fuit* abest etiam ab Erfurtensi. *Alieno autem a te animo.*] Quid si, *alieno atqui a te.* sed *atenim a te*, sonus non optimus.

do? speravit; credo, difficiles tibi 30 Alexandriæ fori exitus propter regionis naturam & fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit, exercitum aluit: z ei, quem Asiæ præfeceras, a nulla in re defuit: tibi victori non solùm ad hospitium, sed ad periculum etiam b atque ac aciem præstò fuit. Secutum est bellum Africanum. graves de te rumores c sparsi: qui etiam furiosum illum d Cælium 31 excitaverunt. 32 Quo tum e erga te rex animo fuit? qui f auctionatus sit, seseque g exspoliare maluerit quàm tibi pecuniam non subministrare. At eo, inquit, tempore ipso 33 Nicæam Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent & celeriter ad se referrent itaque cùm h esset ei nuntiatum, Domitium naufragio per...

z ei deest in aliis. a ei in alii. b atque ac. MS. c sparsi non est in MSS. d Cæcilium Grav. e erga te Grav. & alii delent. f vitio natus MS. Grav. g & filium suum exsp. alii. h esset nunt. alii.

mus. verum ne ille quidem, autem a te, optimus censeri potest quid igitur si: alieno ateniin animo? ut subaudiatur, a te, quod frequens est. Patricius. Alieno.] Adversarius, ut probabile facere crimen insidiarum, probare nitebatur animum Dejotari fuisse semper a Cæsaris rationibus alienum. hic igitur ponitur accusatoris objectio. Abram.

30. Alexandria.] Alexandrea est in argenteo M. Lepidi denario, & Alexsandrea. sed Alexandria vidi notatum in denario Hadriani Imp. Ursin.

31. Excitaverunt.] In Asia: non dubium est eum loqui de Coelio, vel potius de Cæcilio. sic enim ubique reponendum censeo ut sit Q. Cæcilius Bassus: de quo sic Phil. XI. *Est Q. Cæcilii Bassi privati illius quidem, sed fortis & præclari viri, robustus & victor exercitus.* In epist. Cassii ad Ciceronem: *Legionem, quam Q. Cæcilius Bassus habuit, ad me venisse cito.* Et ad Cornificium: *Quod mihi videor ex tuis litteris intelligere, te nihil commissurum esse temere nec ante, quam scisses quò iste nescio qui Cæcilius Bassus erumperet quidquam constituturum.* Notanda est autem hominis ignobilitas quod ut hic Cœlium nescio quem, sic de eodem in ep. ad Cornificium, *Nescio qui Cæcilius Bassus*, Cicero dixit. Quæ pertinent ad eum locum: *Vel quia non nosset, vel, si nosset, contemneret.* Hanc historiam Strabo narrat lib. VI. Appianus lib. IV. Dio lib. XLVII P. Manut.

32. *Quo tum erga te rex animo fuit?*] Idem quod supra argumentum a repugnantibus: non fuisse Dejotarum a Cæsaris partibus alienum, quia eo ipso tempore, quo graves de Cæsare rumores spargebantur, ipse pecuniam Cæsari suggerebat. Quo tempore qui firmi non sunt & stabiles, etiam ex amicis fiunt inimici. Abram. Merito *erga te* Lambinus abjecit, quod nec Erfurtensis agnoscit, cui plurimum tribuo, & quia commode potest abesse videturque adjectum a magistro in margine, quod postea in ipsum irrepsit contextum. Grævius.

33. Nicæam.] Scribendum est *Nicæam*: ΝΙΚΑΙΕΩΝ enim habent vetera hujus populi numismata. Ursin.

venisse; te in castello [l] circumsederi: de Domitio dixit versum Græcum eâdem sententiâ, [k] quâ etiam nos habemus Latinum: ,, *Pereant amici, dum unà inimici intercidant*: quod ille, si esset tibi inimicissimus, numquam tamen [l] dixisset. [34] ipse enim mansuetus; versus immanis. Qui autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? tibi porrò inimicus cur esset, à quo [m] cùm vel

[l] circumfederi *alii*. P. B.
[k] quam e. n. h. Latinam *MS*.
[l] edidisset *MS*.
[m] cum intersf. *MS*.

34. *Ipse enim mansuetus*.] Imo, si Plutarchum audimus, immanissimus omnium mortalium, adeo ut libello de Contradictionibus Stoicorum: Α῎γρια ἔργα καὶ βάρβαρα, καὶ γελαστικὰ conjunxerit. & paullo post: *Gallogræco Dejotaro facit Chrysippus Deum similem, qui cum plures liberos haberet, uni volens relinquere & regnum & domum, omnes illos jugulavit, tanquam vitis palmites resecans luxuriamque castigans, ut qui superest robustus & magnus evadat.* Quæ si vera sunt, qua fronte Dejotari mansuetudinem commendat Orator? Qua fronte hominem gravissimum & sanctissimum appellat? si liberos omnes interemit, quomodo Castor ejusque parens adhuc superstites? Quomodo Noster Castori crudelitatem objecit, qui nepos avum capitis arcesseret? Fateor tamen post necem Cæsaris Saocondarium Castoris patrem ejusque matrem necatam fuisse jussu Dejotari. Strabo lib. XII. *Gorbius regia Castoris, qui filius fuit Saocondarii, quem ibi & uxorem ejus filiam suam Dejotarus trucidavit castellumque diruit, & maximam pagi partem evastavit.* Certe inimicitias inter Dejotarum & Castoris patrem illius generum fuisse, & ab eodem Saocondario Castorem impulsum fuisse, ut Dejotarum in discrimen capitis adducerent, constabit ex iis quæ sequuntur: *Sed quamvis ingrate & impie necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere.* Quod si cum

Filius ante diem patrios inquirit in annos,

summa cum patris gloria nonnunquam potest interfici, non video cur Saocondarii cædes immanitati potius Dejotari quàm justitiæ tribuenda videatur. Sed quoniam plures a Dejotaro necatos ait Plutarchus, facile crediderim, cum similem ob caussam alteri genero Brogitaro necem intulisse: quod videlicet & Sacerdotium Matris Magnæ Pessinuntiæ, & nomen Regis invasisset, P. Clodio tam nefarii sceleris administro. Vide orat. de Haruspicum responsis. Quod si, ut voluit Plutarchus, ut unum Dejotarum minorem & regni & patrimonii relinqueret heredem, est sane digna tanto sceleri merces ulciscente numine persoluta: ut cum Abramo Genesis XV. dicere potuerit infelix pater: *Et ecce vernaculus meus heres meus erit.* Siquidem (ut auctor est Dio lib. XLIX.) M. Antonius, *Amyntæ, quamvis Dejotari scriba fuisset, dedit Galatiæ principatum.* Sed jam ante Castor nepos quidem, sed, quod miserius est, inimicus, Dejotaro successerat. Idem Dio lib. XLVIII. *Castori etiam cuidam Attali & Dejotari in Gallogræcia defunctorum ditio tradita est.* Abrum.

vel interfici belli lege potuisset, regem & se, & filium suum constitutos esse meminisset?

26 Quid deinde? furcifer quò progreditur? ait, hac lætitia Dejotarum elatum vino se obruisse in convivioque nudum saltavisse. Quæ crux huic fugitivo potest satis supplicii afferre? Dejotarum saltantem quisquam aut ebrium vidit umquam? omnes sunt in illo regiæ virtutes, quod te, Cæsar, ignorare non arbitror: sed præcipuè singularis & admiranda frugalitas. etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi hominem dici non multùm habet laudis in rege: fortem, justum, severum, gravem, ⁿ magnanimum, [35] largum, beneficum, liberalem; hæ sunt regiæ laudes: illa privata est. Ut volet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, ᵒ id est, modestiam & temperantiam, virtutem ᵖ esse maximam judico. hæc in illo est ab ineunte ætate, tum à cuncta Asia, tum à magistratibus legatisque nostris, tum ab equitibus Romanis, qui in Asia negotiati sunt, ᑫ perspecta & cognita.

27 Multis ille quidem gradibus officiorum erga rempublicam nostram ad hoc regium nomen ascendit: ʳ sed tamen quidquid à bellis ˢ populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res rationesque jungebat: ut non solùm ᵗ tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamiliâs, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur. [36] Qui ᵛ igitur adolescens. ˣ nondum tantâ gloriâ

n magni animi *MS.*
o idem *MS.*
p esse *deest in MS.*
q conspect. *MS.*
r sed etiam *MS.*
s populus Rom. *alii.*
t tetrarches *MS.*
v ergo *alii.*
x non tanta *MS.*

35. *Largum, beneficum, liberalem.*] Hæc videntur esse propemodum synonyma. II. de Officiis: *Duo sunt genera largorum: quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales.* Ita tamen possumus verbi causâ distinguere, ut largitas quidem & liberalitas consistant in usu pecuniæ; sed largitas sit quodammodo effusior, liberalitas restrictior. Beneficus autem dicatur, qui quocunque modo sive operâ sive consilio aliorum commodis inservit:

Ut homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit
Ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit. Abram.

36. *Qui igitur adolescens nondum tanta gloria præditus, nihil unquam nisi severissime & gravissime fecerit, is ea existimatione, eaque ætate saltavit.*] Pulcherrima periodus, in qua quidem hæc sibi opponuntur. Primùm saltatio opponitur gravissimis omnibus actionibus. In quo ipso duo sunt, tum quod unum omnibus opponatur, tum quod saltatio gravitati. deinde opponitur adolescens ætati maturæ. Deinde, nondum præditus tanta gloria, opponitur maximæ existimationi. Postremo per quandam venustam admodum oppositionem, adolescentiæ ipsi severissime factum adscribitur, & ei, qui nondum summâ esset gloriâ, omnia gravitatis

tis præditus, nihil umquam nisi severissimè & gravissimè fecerit, is ea existimatione y eaque ætate saltavit? y atque MS.

X. IMITARI potiùs, Castor, z avi tui mores disciplinamque debebas quàm optimo & clarissimo viro fugitivi ore maledicere. Quòd si saltatorem avum habuisses, neque eum virum, unde [37] pudoris pudicitiæque exempla peterentur, tamen hoc maledictum minimè in illam ætatem conveniret. quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat, non saltandi, sed benè ut armis, optimè ut equis uteretur; [38] ea tamen illum cuncta, jam a ætate exacta, defecerant. itaque Dejotarum cùm plures in equum sustulissent, quòd hærere in eo senex posset admirari solebamus. Hic verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cùm in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos unà cum eo ad Pompejum pater miserat, quos concursus facere solebat? quàm se jactare? quàm ostentare? quàm nemini in illa causa studio & cupiditate concedere?

P. CCXLIX. 28

z avi mores *alii*.

a æt. exacta *deest in MSS*.

Cùm

tis singularis plenissima tribuuntur. τὸ *præditus*, videndum an vacare possit. Illud etiam *saltavit*, videndum an in *saltabit*, commutari possit. ut sit *saltabit*, saltavisse dici poterit: venusta admodum sententia: certe *v*, & *b*, apud veteres librarios confundi notissimum est. sed hæc mittamus. *Patriolus*.

37. *Pudoris pudicitiaque.*] Vide Sextianam: *Profligatissimum hostem pudoris & pudicitiæ.* Philipp. II. *Adeone pudorem cum pudicitia perdidisti?* & alibi. Porro quomodo pudicitiæ jacturam sensim secuta fuerit pudoris amissio, narrat Chrysippus apud Origenem lib. IV. contra Celsum: *Primum extra urbes & personata meretrices cum certa flagitii mercede prosternebant se libidini volentium accedere. Deinde una cum pudore deposuerunt personas: foris tamen manserunt arcentibus legibus: postremo disciplina in dies depravatiore intra urbes penetrare ausa sunt.* unde explicari possit illud Genesis XXXVIII. de Thamar, quæ *mutato habitu sedit in bivio itineris, &c. Quam cum vidisset Judas suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum ne agnosceretur.* Pudorem autem a pudicitia Cyrus ita distinguebat, apud Xenophontem lib. VIII. de Cyri institutione; *Quod verecundi palam turpia fugiant, temperantes autem* & pudici *etiam quæ clam sunt inhonesta*, Abram.

38. *Ea tamen illum cuncta jam exacta ætate.*] In nonnullis libris veteribus hæ duæ voces, *cuncta exacta*, non comparent: in aliis, ut in vulgatis, plane scripta reperiuntur. Omnino, ut dicam, quod sentio, olent manus alienas. nam in antiqua hac scriptura, *tamen illum jam ætate defecerant, &c.* nihil neque ad perspicuitatem, neque ad elegantiam desidero. verumtamen judicet lector eruditus, *Lambinus*.

29 Cùm verò, exercitu amisso, 39 ego, qui pacis auctor semper fui, post Pharsalicum b autem prœlium c suasor fuissem armorum non deponendorum, sed abjiciendorum, hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, quòd & ipse ardebat studio ipsius belli, & patri satisfaciendum esse arbitrabatur. Felix ista d domus, quæ non impunitatem solùm adepta sit, sed etiam accusandi e licentiam; calamitosus Dejotarus, f qui & ab eo, qui in iisdem castris fuerit, 40 non modò g apud te, sed etiam à suis accusetur. vos vestrâ secundâ fortunâ, Castor, non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti.

30 XI. Sint sane inimicitiæ, quæ esse non debebant, rex enim Dejotarus vestram familiam abjectam & obscuram è tenebris in lucem h evocavit. quis tuum patrem i antè, qui esset, quàm cujus gener esset, audivit? Sed quamvis ingratè & impiè k necessitudinis nomen l repudiaritis, tamen inimicitias hominum more gerere potetatis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere. Esto: m concedatur hæc quoque acerbitatis & odii magnitudo. adeone, ut etiam omnia vitæ salutisque communis atque etiam humanitatis jura violentur? 41 servum sollicitare verbis: spe n promissisque cor-

b autem *deest in MS.*
c suasor arm. *MS.*
d domus Castoris *MS.*
e licentiam habet *alii.*
f quod ab eod. *MS*
g à peregrinis *MSS.*
h vocavit *aut* revocavit *alii.* P. B.
i antea *MS.*
k necessitatis *Grav. & alii.*
l repudiaveritis *MSS.*
m concedantur *MSS.*
n præmiisque *MSS, & quæd. edd.*

39. *Ego, qui pacis auctor semper, post Pharsalicum autem &c.*] Nunc hunc locum, ita ut est in libris vulgatis, edidi, propterea quia sic etiam in uno & altero manuscr. reperi. Olim sic edideram, ut in aliis veteribus eum scriptum repereram, *ego, qui pacis auctor semper, Pharsalico autem prælio suasor armorum non deponendorum, sed abjiciendorum fuissem, &c.* quam nunc minus probo. *Lamb. Pacis auctor semper fui.*] Ultima vox abesse potest, an vero etiam debet. pendet enim sententia, usque ad verbum *fuissem*, *Patr.* Multis recisis non inepte nec ineleganter scribitur in Erfurtensi: *Cum vero amissa & cupiditate post Pharsalicum prælium fuissem suasor, &c.* amissa cupiditate nimirum Cæsari resistendi. *Grav.*

40. *Non modo apud te, sed etiam à suis.*] Grave est Deiotaro apud te accusari, cujus gratiam omnes plurimi faciant, & cui placere gestiunt. Sed gravius est accusari à suis, qui eum tueri ac tegere debuerunt. Est autem, *à suis*, non tantum quod à servo & nepote, sed etiam quod ab iis, qui secum in iisdem castris fuissent. *Patricius.*

41. *Servum abducere domum.*] A pedibus scilicet legatorum, ut supra dixit cap. 1. vide illud, *servare seducere.* epistolis Fam. lib. I. *Patricius. Adducere domum* legitur in Erfurt. & multis libris & editionibus. In Dresdensi, editione vero prima & aliis, *abducere domum.* Sed Francii codex & editio Mediolanensis nonnullæque aliæ, *abducere domo*, quod magis probem. *Abducere domo* ni-

corrumpere: o adducere domum, contra dominum armare: hoc est, non uni propinquo, sed omnibus familiis bellum nefarium indicere. nam ista corruptela servi, si non modò p impunita fuerit, sed etiam à tanta auctoritate approbata: nulli parietes nostram salutem, nullæ leges, nulla jura custodient. ubi enim id, quod intus est atque nostrum, impunè evolare potest contraque nos pugnare, fit in dominatu servitus, in servitute dominatus.

o abducere domo *alii*.
p impun. non *MS*.

31 O tempora, ô mores! Cn. Domitius ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cùm q tribunus plebis M. Scaurum, principem civitatis, in judicium populi vocasset, Scaurique servus ad eum clam domum venisset, & crimina in dominum delaturum se esse dixisset: r prehendi hominem jussit ad Scaurumque s deduci. Vide, quid intersit: etsi iniquè Castorem cum Domitio comparo: sed tamen ille inimico servum remisit: tu ab avo abduxisti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti: ille adjutorem servum contra dominum repudiavit, tu etiam accusatorem adhibuisti.

q tribunum *MSS*.
r comprehendi *alii*. adprehendi *MSS*.
s reduci *alii*.

32 At semel iste est corruptus à vobis? nonne, t cùm esset v productus, & cùm tecum fuisset, refugit ad legatos? nonne x etiam ad hunc Cn. Domitium venit? nonne audiente hoc Ser. Sulpicio, clarissimo viro, qui tum casu apud Domitium cenabat, & hoc T. Torquato, optimo adolescente, se à te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum y esse confessus est?

t cùm deest in *MSS*.
v prod. testis *alii*.
x etiam deest in *MS*.
y se esse *MS*.

XII. 42 QUÆ EST ista tam z impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? idcirco in hanc urbem venisti, ut hujus urbis jura & exempla corrumperes domesticaque a immanitate inquinares? At quam acutè collecta crimina? (a) Blesamius, inquit 43 (ejus enim nomine

P. CL.
z impotens *MSS*.
33
a *alii* inhumanitate.

SCHOLIASTES.

(a) *Blesamius.*] Romæ fuit. de urbe Roma solebat scribere ad Dejotarum. securus esto. Cæsar in invidia est. nam posuit sibi statuam inter reges. nemo illi plaudet.

nimirum legatorum. Pro quo statim dicit, *ab avo abducere. Ille inimico servum remisit, tu ab avo abduxisti.* Proprie Latinis *abduci* dicuntur, qui aut vi coacti, aut promissis inescati suos deserunt, & ad alios se conferunt. Sic *abducere nuptas*, Virgil. *Abducere sponsas, uxores* apud Sueton. & alios. *Grævius.*

42. *Quæ est tam impudens.*] Vetus liber, *tam impotens.* Ursin.

43. *Ejus enim nomine optimi hominis.*] *Optimi viri*, est in libris ma-

mine optimi hominis, nec tibi ignoti, (b) maledicebat tibi) 44 ad regem b scribere solebat, 45 te in invidia esse: tyrannum existimari: statua inter reges posita, animos hominum vehementer offensos: plaudi tibi non solere. Nonne intelligis, Cæsar, ex urbanis c malevolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Cæsarem scriberet? multorum enim civium capita viderat: multos jussu Cæsaris vexatos, verberatos, necatos: multas afflictas & eversas domos: armatis militibus refertum forum, quæ semper in civili victoria sensimus, ea te victore non vidimus.

34 Solus, d inquam, es, C. Cæsar, cujus in victoria ceciderit nemo, nisi armatus: & quem nos liberi, 46 in summa populi Romani libertate nati, non modò non tyrannum, sed etiam clementissimum in victoria e ducimus: (c) is Blesamio, 47 qui vivit f in regno, tyrannus videri po-

b inquit scrib. *MS.*
c maliv. *MS.*
d solus inq. *alii.*
e ducem vidimus, *aut* videmus *alii.*
f in regno *deest in MS.*

SCHOLIASTES.

(b) *Male dicebat tibi.*] Non potest dici quemadmodum vertit crimen. qui objicit quod non est objectum. ipse sibi facit injuriam, puta ego dico, dicebat de te quia latro est. cum iste se purgaverit ego tibi feci injuriam utique.

(c) *Is Blesamio.*] Nam si locus affert invidiam. nullus est ad statuam, id est si invidiosum locum quæris. in foro multas habet; nam regum statuæ in abstruso sunt loco collocatæ.

---

manuscriptis, quam lectionem agnoscit Priscianus lib. VIII. *Ursin.* Hinc patet quo loco habendum sit, quod Gruterus more suo in Lambinum hoc loco apposuit. Verum & illud & pleraque ejusdem notæ, quæ passim occurrebant, curavi delenda, tanquam nomine Gruteriano indigna. *Verburg.*

44. *Ad regem, inquit.*] Aut *inquit*, abundat, cum dixerit jam, *Blesamius inquit*; aut, propter ea, quæ sunt interposita, iteratum est. *P. Manut.*

45. *Te in invidia esse: tyrannum existimari &c.*] Præstat istud longè vulgato; *te invidiose tyrannum exist.* quomodo & in tribus suis mss. legi, dudum indicavit Modius Epistola CXXXI. habentque aliquot etiam Pall. *Gruter.*

46. *In summa populi Rom.*] Haud aliter quoque Pall. nostri. nisi quod primus non agnoscat *populi Rom.* prius excusi, *in summa reipubl.* quod alioquin non spreverim. *Idem.*

47. *Qui vivit in regno.*] Pro, vivere consuevit. tunc enim aberat, Cicerone dicente in regno: ubi tyrannidis potius imaginem aliquam quàm in urbe Romana videre potest: quæ cum ferre consueverit, cur tyrannum Cæsarem appellet, in quo tyranni nihil simile? *P. Manut.*

potest? Nam de statua quis queritur, una præsertim, cùm tam multas videat? valde enim invidendum est ejus statuis, cujus tropæis non invidimus. Nam, si locus affert invidiam, nullus locus est ad statuam quidem Rostris clarior. De plausu autem quid respondeam? qui nec desideratus umquam à te est, & nonnumquam, obstupefactis hominibus, ipsa admiratione compressus est: & fortasse eò prætermissus, quia nihil vulgare te dignum videri potest.

XIII. NIHIL à me arbitror prætermissum, sed aliquid 35 ad extremam causæ partem reservatum. id autem aliquid est, te ut planè Dejotaro reconciliet oratio mea. non enim jam metuo, g ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere h aliquid suspicere. quod abest longissimè, mihi crede, Cæsar. quid enim retineat per te, meminit, non quid amiserit: neque se à te multatum i arbitratur: sed, cùm k existimaret multis tibi multa esse tribuenda, quo minùs l à se, qui in altera parte fuisset, ea sumeres, non recusavit.

P. B.
g ut MS.
h animo aliq. MS.
i alii esse arb. aut arbitrabatur.
k existimares MS.

Etenim si Antiochus, Magnus ille, rex Asiæ, cùm, 36 posteaquàm à m Scipione devictus (d) Tauro tenus regnare jussus esset, omnemque hanc Asiam, 48 quæ est nunc nostra provincia, amisisset: dicere est solitus, Benignè sibi à populo Romano esse factum, quòd nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur: potest multo faciliùs se Dejotarus consolari. Ille enim 49 furoris multam sustinuerat, hic erroris. (e) omnia tu Dejotaro, Cæsar, tribuisti, cùm & ipsi & filio nomen regium concessisti. hoc nomine retento atque n conservato nullum beneficium populi Romani, nullum judicium de se senatus o imminutum putat: magno animo

l assequi in MS.
m L. Scip. MS.
n servato alii.
o dimin. MS.

SCHOLIASTES.

(d) *Tauro tenus.*] Usque ad Taurum montem, qui dividit Asiam & Suriam.

(e) *Omnia tu Dejotaro tribuisti.*] Vide quemadmodum laborat, ne ostendat irate (superscriptum v.) parte multatum regni.

48. *Quæ est nunc nostra provincia.*] Dresdensis codex a Grævio laudatus exhibet: *Quam nunc nostri provinciam fecerant.*

49. *Furoris multam sustinuerat.*] Ita meliores Pall. deteriores enim *mulctam subierat.* at in nullo reperi Lambinianum illud *multuram*, nisi in uno. Gulielmius conjiciebat *multam sui tulerat*, quòd invenisset in Colon. *sustulerat.* Gruter.

mo, p & erecto est, nec umquam succumbet inimicis, ne fortunae quidem.

p atque recto MS.

37 Multa se arbitratur (f) & q peperisse (g) ante factis, & habere in animo atque virtute: quae nullo modo possit amittere. quae enim fortuna, aut quis casus, aut quae r tanta possit injuria omnium imperatorum de Dejotaro s decreta delere? ab omnibus enim t his ornatus est, qui, v postquàm in castris esse potuit per aetatem, in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria bella x gesserunt. (h) Senatûs verò judicia de illo tam multa tamque honorifica, quae publicis populi Romani litteris monumentisque consignata sunt, quae umquam vetustas obruet, aut quae tanta delebit oblivio? (i) Quid de virtute ejus dicam? y quid de magnitudine animi, gravitate, constantia? quae omnes docti atque sapientes summa; quidam etiam sola bona esse dixerunt: hisque non modò ad bene, sed etiam ab beatè vivendum contentam virtutem

q reperisse alii.
r tanta injuria MS.
s poterunt decr. MS.
t his deest in MSS.
v postea-quam MS.
x gess. cum his fuit MS.
y quid deest in MS.
P. CLI.

38 esse. Haec ille reputans, & dies & noctes cogitans, non modò tibi non succenset (esset enim non solum ingratus, sed etiam amens) verùm omnem tranquillitatem & quietem senectutis acceptam refert clementiae tuae.

XIV. Quo quidem animo cùm antea z fuit, tum non dubito, quin tuis litteris, quarum a exemplum legi, quas ad eum 50 Tarracone huic Blesamio dedisti, b se magis etiam erexerit ab omnique sollicitudine abstraxerit. jubes enim eum bene sperare & bono esse animo; quod scio te non frustra scribere solere. memini enim iisdem ferè verbis ad me te scribere, meque tuis litteris bene sperare non frustra esse jussum.

z fuerit alii.
a ex parte ex MS.
b se deest in MS.

(k) La-

SCHOLIASTES.

(f) *Et peperisse.*] Inquit.

(g) *Ante factis & habere in animo.*] Dixit ante factis. secunda pars.

(h) *Senatûs vero judicia de illo tam multa.*] Jam ostendit, quare debeat illi ignosci, quia senatum secutus est.

(i) *Quid de virtute ejus dicam.*] Ad animum peripatetice.

---

50. *Tarracone.*] Urbs est citerioris Hispaniae, de qua Plinius lib. III. cap. 3. *Regio Cossetana, flumen Subi, colonia Tarraco Scipionum opus, sicut Carthago Poenorum.* Ibi autem Caesar devictis Pompejis videtur habuisse conventus & variarum gentium legationes excepisse. Nam, ut scribit Polyhistor cap. 56. *Caput est provinciae Tarraconensis.* Vide Strabonem lib. III. *Abram.*

51. Qui-

(k) Laboro equidem regis Dejotari causâ, quo cum mihi amicitiam [c] respublica conciliavit, hospitium voluntas utriusque conjunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam verò necessitudinem [d] magna ejus officia in me & in exercitum meum effecerunt: sed cùm de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, [51] quibus semel ignotum à te esse oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum sollicitudinem sempiternam, nec accidere, ut quisquam te timere incipiat eorum, qui semel à te sint liberati timore. 39

Non debeo, C. Cæsar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare, [e] quonam modo dicendo misericordiam tuam [f] commovere possim. nihil opus est. occurrere ipsa solet supplicibus & calamitosis, nullius oratione evocata. Propone tibi duos reges: & id animo contemplare, quod oculis non [g] potes, dabis profectò [h] misericordiæ, quod iracundiæ [i] negavisti. Multa sunt tuæ clementiæ monumenta: sed maximè eorum [k] incolumitates, quibus salutem dedisti. quæ si in privatis gloriosa sunt, multo ma- 40

c R. P. MS.
d magna off. MS.
e ecquonam Gul.
f movere alii.
g vales alii.
h id miser. MS. P. B.
i deneg. id. MS.
k incolumitas MS.

SCHOLIASTES.

(k) *Labòro equidem Regis Dejotari causâ.*] Epilogus; quia sic debet orator labi ad epilogum ne sentiatur.

---

51. *Quibus semel esse ignotum.*] Forte *simul* pro *semel*. neque enim hoc tale est, quale illud mox: *quisquam te timere incipiat eorum, qui semel a te sunt timore liberati.* Patricius. Quibus oportet tam absolute veniam esse concessam, ut non sit opus eam iterare: nec vitam adversariis tuis a te conservatam in dubium vocari, quasi tu non eam ex animo, sed ex clementiæ simulatione concesseris. Semel, supra: *Cùm facile exorari, Cæsar, tum semel exorari soles.* Semel autem est quod vulgo dicimus, *une bonne fois pour toutes.* ut apud Martialem lib. XII. Epist. 56.

Ægrotas uno decies aut sæpius anno,
Nec tibi, sed nobis hoc, Polycarme, nocet.
Nam quoties surgis, soteria poscis amicos:
Sit pudor: ægrota jam, Polycarme, semel.

II. Æneidos:

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Nec alio longe sensu dixisse videtur Homerus Odyss. M. versu 350.

Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι.
Malo semel fluctus adbibens amittere vitam.

Thucydides lib. I. Ἅπαξ περὶ ἁπάντων βουλευσάμενοι. *cum semel de omnibus deliberassent.* quod Scholiastes exponit *παντελῶς*, *omnino.* Ex quo & Henricus Stephanus explicat *semel* [illegible]. Abram.

52. Re-

do? speravit; credo, difficiles tibi [30] Alexandriæ fore exitus propter regionis naturam & fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit, exercitum aluit: [z] ei, quem Asiæ præfeceras, [a] nulla in re defuit: tibi victori non solùm ad hospitium, sed ad periculum etiam [b] atque aciem præstò fuit. Secutum est bellum Africanum. graves de te rumores [c] sparsi: qui etiam furiosum illum [d] Cælium [31] excitaverunt. [32] Quo tum [e] erga te rex animo fuit? qui [f] auctionatus sit, seseque [g] exspoliare maluerit quàm tibi pecuniam non subministrare. At eo, inquit, tempore ipso [33] Nicæam Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent & celeriter ad se referrent. itaque cùm [h] esset ei nuntiatum, Domitium naufragio per-

z ei *deest in aliis.*
a ei in *alii.*
b atque ac. *MS.*
c sparsi *non est in MSS.*
d Cæcilium *Grav.*
e erga te *Grav. & alii delent.*
f vitio natus *MS. Grav.*
g & filium suum exsp. *alii.*
h esset nunt. *alii.*

mus. verum ne ille quidem, *autem a te*, optimus censeri potest. quid igitur si: *alieno atenim animo?* ut subaudiatur, *a te*, quod frequens est. *Patricius. Alieno.*] Adversarius, ut probabile faceret crimen insidiarum, probare nitebatur animum Dejotari fuisse semper a Cæsaris rationibus alienum. hic igitur ponitur accusatoris objectio. *Abram.*

30. *Alexandriæ.*] *Alexandrea* est in argenteo M. Lepidi denario, & *Alexsandrea*, sed *Alexandria* vidi notatum in denario Hadriani Imp. *Ursin.*

31. *Excitaverunt.*] In Asia: non dubium est eum loqui de Cœlio, vel potius de Cæcilio. sic enim ubique reponendum censeo: ut sit Q. Cæcilius Bassus: de quo sic Phil. XI. *Est Q. Cæcilii Bassi, privati illius quidem, sed fortis & præclari viri, robustus & victor exercitus.* In epist. Cassii ad Ciceronem: *Legionem, quam Q. Cæcilius Bassus habuit, ad me venisse cito.* Et ad Cornificium: *Quod mihi videor ex tuis litteris intelligere, te nihil commissurum esse temere, nec ante, quam scisses quò iste nescio qui Cæcilius Bassus erumperet, quidquam constituturum.* Notanda est autem hominis ignobilitas, quod ut hic Cœlium nescio quem, sic de eodem in ep. ad Cornificium, *Nescio qui Cæcilius Bassus*, Cicero dixit. Quæ pertinent ad eum locum: *Vel quia non nosset, vel, si nosset, contemneret.* Hanc historiam Strabo narrat lib. VI. Appianus lib. IV. Dio lib. XLVII. *P. Manut.*

32. *Quo tum erga te rex animo fuit?*] Idem quod supra argumentum a repugnantibus: non fuisse Dejotarum a Cæsaris partibus alienum, quia eo ipso tempore, quo graves de Cæsare rumores spargebantur, ipse pecuniam Cæsari suggerebat. Quo tempore qui firmi non sunt & stabiles, etiam ex amicis fiunt inimici. *Abram.* Merito *erga te* Lambinus abjecit, quod nec Erfurtensis agnoscit, cui plurimum tribuo, & quia commode potest abesse, videturque adjectum a magistro in margine, quod postea in ipsum irrepsit contextum. *Gravius.*

33. *Nicæam.*] Scribendum est *Nicæam:* ΝΙΚΑΙΕΩΝ enim habent vetera hujus populi numismata. *Ursin.*

perisse, te in castello [l] circumsideri: de Domitio dixit versum Græcum eâdem sententiâ, [k] quâ etiam nos habemus Latinum: ,, *Pereant amici, dum unà inimici intercidant:* quod ille, si esset tibi inimicissimus, numquam tamen [l] dixisset. 34 ipse enim mansuetus; versus immanis. Quî autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? tibi porrò inimicus cur esset, à quo [m] cùm vel

l circumsederi *alii.* P. B.
k quam e. n. h. Latinam *MS.*
l edidisset *MS.*
m cum interf. *MS.*

34. *Ipse enim mansuetus.*] Imo, si Plutarchum audimus, immanissimus omnium mortalium, adeo ut libello de Contradictionibus Stoicorum: Ἄγρια ἔργα καὶ βάρβαρα, καὶ γαλατικὰ conjunxerit. & paullo post: *Gallograco Dejotaro facit Chrysippus Deum similem, qui cum plures liberos haberet, uni volens relinquere & regnum & domum, omnes illos jugulavit, tanquam vitis palmites resecans luxuriamque castigans, ut qui superest robustus & magnus evadat.* Quæ si vera sunt, qua fronte Dejotari mansuetudinem commendat Orator? Qua fronte hominem gravissimum & sanctissimum appellat? Si liberos omnes interemit, quomodo Castor ejusque parens adhuc superstites? Quomodo Noster Castori crudelitatem objecit, qui nepos avum capitis arcesseret? Fateor tamen post necem Cæsaris Saocondarium Castoris patrem ejusque matrem necatam fuisse jussu Dejotari. Strabo lib. XII. *Gorbius regia Castoris, qui filius fuit Saocondarii, quem ibi & uxorem ejus filiam suam Dejotarus trucidavit castellumque diruit, & maximam pagi partem evastavit.* Certe inimicitias inter Dejotarum & Castoris patrem illius generum fuisse, & ab eodem Saocondario Castorem impulsum fuisse, ut Dejotarum in discrimen capitis adducerent, constabit ex iis quæ sequuntur: *Sed quamvis ingrate & impie necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere.* Quod si cum

Filius ante diem patrios inquirit in annos;

summa cum patris gloria nonnunquam potest interfici, non video cur Saocondarii cædes immanitati potius Dejotari quàm justitiæ tribuenda videatur. Sed quoniam plures a Dejotaro necatos ait Plutarchus, facile crediderim, cum similem ob causam alteri genero Brogitaro necem intulisse: quod videlicet & Sacerdotium Matris Magnæ Pessinuntiæ, & nomen Regis invasisset, P. Clodio tam nefarii sceleris administro. Vide orat. de Haruspicum responsis. Quod si, ut voluit Plutarchus, ut unum Dejotarum minorem & regni & patrimonii relinqueret heredem, est sane digna tanto sceleri merces ulciscente numine persoluta: ut cum Abramo Genesis XV. dicere potuerit infelix pater: *Et ecce vernaculus meus heres meus erit.* Siquidem (ut auctor est Dio lib. XLIX.) M. Antonius, *Amyntæ, quamvis Dejotari scriba fuisset, dedit Galatiæ principatum.* Sed jam ante Castor nepos quidem, sed, quod miserius est, inimicus, Dejotaro successerat. Idem Dio lib. XLVIII. *Castori etiam cuidam Attali & Dejotari in Gallogræcia defunctorum ditio tradita est.* Abram.

Brutum Lepidus, pontifex max. alii alios ex tyrannoctonis, qui post Cæsaris necem, populi & Antonii maxime consulis metu, in Capitolium se contulerant, cena adhibuerunt. Sed fictam personam sustinere diu nemo potest. Cum Cæsarem, quamquam in libera civitate, singulari potestate usum, funere tamen efferri placuisset; qui fons malorum omnium fuit: (sic enim tyrannum non fuisse judicabatur: nam tyrannorum corpora projiciuntur inhumata) laudavit eum de more Antonius in foro: commemoratisque rebus ab eo gestis, maximisque erga remp. meritis, explicata demum cruenta veste, in qua cæsus fuerat, multis pugionum ictibus perfossa, convertit orationem ad miserationem commovendam, populumque jam dolore incensum in eam iracundiam furoremque impulit, ut statim à funere ad domum Bruti & Cassii cum facibus accurrerit: unde ægre repulsus est. Brutus & Cassius, vitato præsenti periculo; concitatæ multitudinis vim timentes, Antoniique perfidiam jam satis experti, Antium & Lanuvium aufugerunt, eo consilio, ut inde in provincias a senatu decretas proficiscerentur. Decreverat autem senatus, postridie quàm è Capitolio Cæsaris interfectores descenderunt, Bruto Cretam, Cassio Africam, Trebonio Asiam, Cimbro Bithyniam; D. Bruto Galliam citeriorem, datam a Cæsare antea, confirmavit. Idem tamen, quasi ad sanitatem revocatus, reliquis diebus in Capitolio præclara S. C. fecit, primum illud è Ser. Sulpicii sententia, ne qua post idus Mart. immunitatis tabula, neve cujus beneficii figeretur: deinde, ut dictaturæ nomen in perpetuum è rep. tolleretur. Lux quædam oblata videbatur: erecti erant spe libertatis & otii bonorum animi: constituta resp. putabatur. sed cito ille simulationem sustulit suique similis visus est. habito enim Kalendis Jun. senatu, non eum, quem antea, de rep. sensum, nec superiorum dierum actis consentientem voluntatem ostendit. nihil deinde ad senatum referebat: per populum, id est per infimam corruptamque plebem, contempta amplissimi ordinis auctoritate, agebat omnia contra S. C. quod ipse fieri voluerat, tabulas figebat, civitatem immunitatesque dabat, exsules reducebat; eaque se facere omnia dicebat ex legibus Cæsaris, aut ex ejus commentariis. Tum Cicero, desperata prorsus Antonio consule libertate, urbem reliquit, in Græciam iturus, ea mente, ut Kalendis Jan. quo die Pansa & Hirtius consulatum inituri erant, adesset. nec tamen iter illud absolvit. nam Leucopetræ adversa tempestate detentus, ab iis, qui ab urbe venerant, & concionem accepit Antonii, quam valde probavit; & ea cognovit, unde revertendi consilium cepit. Post reversionem, de via languens, in senatum, qui Kalendis Sept. ut Phil. V. legitur, in æde Concordiæ habebatur, non venit. quo graviter commotus Antonius, fabros se missurum, & domum ejus disturbaturum, audiente senatu, dixit. Postridie, id est, IV. nonas Sept. in senatum venit, absente Antonio: & hac oratione prima exposuit consilium profectionis & reversionis suæ: deinde questus est graviter de Antonii hesterna injuria: tum leges illius reprehendit: postremo utrumque consulem, absentem Antonium, præsentem Dolabellam, quem sibi, profecturus ad bellum Parthicum, Cæsar suffecerat, hortatur, ut veram solidamque gloriam sequantur; diligi a suis civibus malint quàm metui; rempublicam omni ratione complectantur. Genus orationis demonstrativum est: nam in accusando Antonio potissimum versatur. non enim tam Ciceroni curæ est, ut consilium exponat profectionis reversionisque suæ: quamquam id omnino fieri decuit, ne boni civis officium deseruisse videretur: quam ut Antonii queratur injuriam, & ejus

acta

acta, non modo ut injusta, sed etiam ut Cæsaris actis contraria, reprehendat. Admissa quædam videntur, quæ ad deliberationem pertineant: ut cum acta Cæsaris, præsertim leges ab eo latas, defendenda esse censet, non ferendas autem promulgatas ab Antonio leges, quæ Cæsaris actis adversentur. P. Manut. [Habita A. V. C. DCCIX.]

I. ANTEQUAM de republica, patres conscripti, dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breviter consilium & profectionis & [1] reversionis meæ. Ego, cùm sperarem aliquando ad vestrum consilium auctoritatemque rempublicam esse revocatam, manendum mihi statuebam, quasi in vigilia quadam consulari ac senatoria. nec verò usquam discedebam, nec à republica dejiciebam oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus. in quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis: Atheniensiumque [a] renovavi vetus exemplum: [2] Græcum etiam verbum usurpa- 1

a revocavi *alii.*

1. R*Eversionis meæ.*] Propriè. nam reversio differt a reditu. est enim reditus ejus, qui, quo statuerat, pervenit: reversio autem ejus, quem ex itinere caussa aliqua revocat ac reducit ad eundem locum, unde a principio discesserat. quod Ciceroni in Græciam proficiscenti contigisse ostendunt ea, quæ infra narrantur. propterea, cum hac ipsa de re ad Atticum scriberet, *Dii immortales*, inquit, *quàm valde ille reditu, vel potius reversione mea lætatus.* Hic igitur proprie loquitur, ut dixi: quia reversio fuit illa potius quàm reditus. non enim in Græciam Cicero pervenit. interdum tamen confunduntur, & reversio capitur pro reditu: ut lib. II. de Finibus: *Ut omnium siderum eodem, unde profecta sint, fiat ad unum tempus reversio.* Reditus autem pro reversione, ut Phil. II. *Qui vero Narbone reditus? non, Quæ Narbone reversio? cum tamen reversio illa potius Antonii fuerit quàm reditus, profectus enim ab urbe, ut in Hispaniam iret, Narbone dies aliquot mansit, deinde mutato consilio Romam revertit.* P. Manut.

2. *Græcum etiam verbum.*] Quidam hoc loco inferserant Græcam vocem *ἀμνηστίας.* ego summa fide optimi ac veterrimi libri scripturam expressi: quid autem de hoc loco sentirem indicavi jampridem, cap. 15. lib. XI. Variarum Lectionum. *Muretus. Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum, &c.*] Quidam hoc Græcum verbum, *ἀμνηστίαν*, inculcarant, sane inconsiderate, ne dicam stulte & inscite. Nam primum non habent libri veteres, præter unum, in quo id reperi: deinde, si quod esset scribendum, non amnestiam, sed, *μὴ μνησικακεῖν*, seu litteris Latinis, *me mnesikakein*, esset inserendum, ut ostendit Muretus, lib. XI. Var. Lect. c. 15. *Lamb.* In meo vetusto libro perperam scribitur, *Græcum etiam verbum usurpavi amnestiam, id est, non recordationem.* Unde patet a magistro margini fuisse adscriptum, quod in contextum in-

pavi, quo tum in sedandis discordiis erat usa civitas illa: atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.

2 Præclara tum oratio M. Antonii: egregia etiam voluntas: pax denique per eum & [3] per liberos ejus cum
1 præstantissimis civibus confirmata est. Atque his principiis reliqua consentiebant. ad deliberationes eas, quas habebat domi de republica, principes civitatis adhibebat: ad hunc ordinem res optimas deferebat: summa cum [b] dignitate & constantia ad ea, quæ quæsita [c] erant, respondebat: [4] nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Cæsaris commentariis reperiebatur.

3 [d] Numqui exsules restituti? unum [e] ajebat, præterea neminem. num immunitates datæ? nullæ, respondebat. Assentiri etiam nos Ser. Sulpicio, clarissimo viro, voluit, nequa tabula post idus Martias ullius decreti Cæsaris aut beneficii figeretur. [5] Multa prætereo, [f] eaque præ-

b dignitate & *alii delent.*
c fuerant *alii.*
d Numquid *MS.*
P. B.
e aiebat *MSS.*
f ea quæ clara *MSS.*

irrepsit. In Amsterdamensi, Coloniensi, Francii codd. non legitur. *Gravius.*

3. *Per liberos ejus.*] Sic Vellejus: *Consul, velut pacis auctor, liberos suos obsides in Capitolium misit, fidemque descendendi tuto interfectoribus Cæsaris dedit.* Unus tamen Antonii filius significatur: nam infra: *Reipublicæ tuus parvulus filius, in Capitolium a te missus, pacis obses fuit.* & Phil. II. *Pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum nobilem, Bambalionis nepotem.* liberos etiam dixit pro lege Manilia, cum de M. Antonii oratoris filia loqueretur. *P. Manut. Per liberos ejus cum præstantissimis civibus confirmata est.*] Per Antonium, quem M. Antonius ex prima sua conjuge Fadia, M. Fadii Bambalionis filia, susceperat. infra: *Reipublicæ tuus parvulus filius, in Capitolium a te missus, pacis obses fuit.* Percussores enim Cæsaris Antonii Consulis, & M. Lepidi magistri equitum metu in Capitolium confugerant. Senatus in ædem Telluris convocatus: præclaram orationem habuit Antonius, & imprimis Cicero persuasit, ut omnem memoriam discordiarum sempiterna oblivione delerent. invitantur percussores, ut ad Senatum veniant, & in commune de summa republica deliberent. sed cum sibi adhuc metuerent, nec auderent e Capitolio descendere, filium suum obsidem in Capitolium misit M. Antonius. *Abram.*

4. *Nihil tum in C. Cæsaris commentariis.*] Non modo in antiquo, sed in aliis omnibus libris est hic ordo verborum, *nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Cæsaris commentariis reperiebatur.* Faërn. In nullo quatuor codicum, quos ego excussi, leguntur hæc verba, *nisi quod erat notum omnibus.* Grævius.

5. *Multa prætereo, eaque præclara.*] Antiquus liber corrupte habet, *ea quæ clara sunt*, unde Ant. Augustinus conjecit legendum, *eo quod clara sunt.* Sed non video cur receptam lectionem mutare necesse sit. *Ursin.*

6. Un-

præclara: ad singulare enim M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam, quæ g vim jam regiæ potestatis obsederat, funditus ex republica sustulit. de qua ne sententias quidem diximus. scriptum senatusconsultum, quod fieri vellet, attulit. quo recitato, auctoritatem ejus summo studio secuti sumus, h eique amplissimis verbis per senatusconsultum gratias egimus.

g vim regiæ *alii.*

h eique deest in *MSS.*

II. Lux quædam videbatur oblata, non modo regno, quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato: magnumque pignus ab eo reipublicæ datum, se liberam civitatem esse velle, cùm dictatoris nomen, quod sæpe justum fuisset, propter perpetuæ dictaturæ i recentem memoriam funditùs ex republica sustulisset. 4

i recentis *MS.*

Liberatus k cædis periculo paucis pòst diebus senatus, 6 uncus impactus est fugitivo illi, l qui in C. Marii nomen invaserat. atque hæc omnia communiter cum collega. alia porrò propria Dolabellæ: 7 quæ, nisi collega abfuisset, credo eis fuisse futura communia. Nam, cum serperet in m urbe infinitum malum, idque manaret in dies latiùs; iidemque bustum in foro facerent, 8 qui illam 9 inse- 5

k est cædis *MSS.*

l qui C. Mar. *Gul.*

m urbem *alii.*

6. *Uncus impactus est fugitivo illi.*] *Victus* corrupte, pro *uncus*, est in vetere quodam libro: unde conjiciebat amicus meus legendum esse, *vinclis impactus est fugitivus ille:* quod non placet. *Ursin.*

7. *Quæ, nisi collega abfuisset.*] Inculcandum est, quod tu, Victori, ante docuisti, ut homines sæpe admoniti, quomodo hoc verbum *abfuit* scribi debeat, recte tandem rationi scribendæ hujus vocis assuescant. non enim per *b* in antiquo libro legitur, sed per *a* tantum hoc modo, *afuit.* quod compositum videtur, non ut *abest*, ex *ab* & *est*; sed ab *a* præpositione & verbo *fuit.* Faërnus. *Nisi collega abfuisset.*] Vetus scriptura est, *Nisi conlega afuisset.* non est autem dubium, quin veteres, qui summo studio fugiebant asperitatem loquendi, quanquam, *absum*, aut interdum *apsum*, *abes*, *aberam*, dicerent: *afui* tamen, non, ut nunc, *abfui*, & scriberent, & pronuntiarent. Sic in epistola ad Curionem: *Ego te afuisse tamdiu a nobis.* & alibi: *Et afui proficiscens in Græciam.* Ignorata autem hæc scribendi ratio multis mendis bonos scriptores contaminavit. Qualia & multa aliàs, & nuper unum apud Tacitum animadverti, cum ejus Annales ego & Jacobus Cananus Ferrariensis, vir optimus & doctissimus, animi causâ unà evolveremus. Ubi enim legitur: *Piso, quanquam adfuturum se dixerat Cæsar, ob id magis agendum censebat:* sine controversia legendum est, *afuturum.* Muretus.

8. *Qui illam insepultam sepulturam refecerant.*] Ita Liliensis codex, melius omnino vulgato, *effecerant.* instauratum enim funus Cæsari. est autem heic imitatio Græcorum; *τάφος ἄταφος*, quod exstat apud Euripidem Phœnissis. *Gruter.*

 9. In-

[9] insepultam sepulturam refecerant: & quotidie magis [n] magisque, perditi homines, cum sui similibus servis, tectis ac templis urbis minarentur: talis animadversio fuit Dolabellæ [10] cùm in audaces sceleratosque servos, tum in impuros & nefarios liberos; talisque eversio illius [o] exsecratæ columnæ, ut mirum mihi videatur, tam valde reliquum tempus ab illo uno die dissensisse.

n ac magis MS.

o alii execratæ.

6 Ecce enim [p] Kalendis Juniis, quibus ut adessemus edixerat; mutata omnia: nihil per senatum, multa & magna per [q] populum, & absente populo, & invito. consules designati se audere negabant in senatum venire: patriæ liberatores urbe carebant [r] ea, cujus à cervicibus jugum servile dejecerant: quos tamen ipsi consules & in concionibus & in omni sermone laudabant. [11] Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissimè caverat, non ad conservationem earum rerum, quas habebant, sed

p Kalendæ Juniæ *alii.*
q ipsum. *alii.*
P. CLIV.
r ea *deest in MS.*

9. *Insepultam sepulturam.*] Petrus Victorius lib. X. Var. Lect. cap. 12. plura refert exempla hujus locutionis. Eum vide & Lælium Bisciolam prima parte Horarum Subsecivarum libro IV. cap. 13. *Abram.*

10. *Cum in audaces sceleratosque servos.*] In crucem egit, quod erat servile supplicium: liberos de rupe Tarpeja dejecit, in epist. ad Attic. *O mirificum Dolabellam meum:* jam enim dico meum, antea, mihi crede, subdubitabam magnam ἀναθεώρησιν *res habet de saxo in crucem: columnam tollere, locum illum sternendum locare.* Exstat Ciceronis luculenta ad Dolabellam epistola, quâ illum de hoc facto gratulans vehementer laudat. Et in epist. ad C. Cassium: *Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem & urbi, & otio diffiderem urbano: sed ita compressum est, ut mihi videamur omne jam ad tempus, ab illo dumtaxat sordidissimo periculo, tuti futuri.* P. Manut.

11. *Veterani qui appellantur.*] Ita Guilielmius è suis legebat, non male. editi tamen olim & Pall. nostri nihil dissentiunt a vulgata. prius, *appellabantur*; prorsus inepte. *Grut.* Cæsariani milites, quibus post emerita stipendia caverat Senatus, ut in agros sibi assignatos emolumenta, sive commoda militiæ percepturi primo quoque tempore mitterentur. Ait, *qui appellabantur*, vel quia non putat & nomine & commodis veteranorum dignos esse, qui Cæsaris auspiciis tulerant arma contra rempublicam, vel quia multi, nondum emeritis stipendiis, tamen pro veteranis se gerebant. *Abram.* Nec Abramius, nec Gruterus ceperunt mentem Tullii, qui ait veteranos appellatos fuisse ab Antonio. sive compellatos in concione ad ulciscendam Cæsaris necem ut coirent, quod patet ex historicis & epistolis ad Atticum, & verbis sequentibus. Non igitur mutanda est vulgata cum Grutero, quam etiam propugnat meus, Franc. & Amsterd. *Grav.*

12. Ven-

ſed ad ſpem novarum prædarum incitabantur. Quæ cùm audire mallem quàm videre, haberemque jus legationis [f] liberum, ea mente discessi, ut adeſſem Kalendis Januariis, quod initium ſenatus cogendi fore videbatur. [f] liberæ ed. *Lamb.*

7 III. EXPOSUI, patres conſcripti, profectionis conſilium: nunc reverſionis, quæ plus admirationis habet, breviter exponam. Cùm [t] Brundiſium iterque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſa vitaviſſem, Kalendis Sextilibus veni Syracuſas, quòd ab urbe ea transmiſſio in Græciam [v] laudabatur. quæ tamen urbs mihi conjunctiſſima plus una me nocte cupiens retinere non potuit. veritus ſum, ne meus repentinus ad meos neceſſarios adventus [x] ſuſpicionis aliquid afferret, ſi eſſem commoratus. Cùm autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod eſt promontorium agri [y] Rhegini, [12] venti detuliſſent, ab eo loco conſcendi, ut transmitterem: nec ita multùm provectus, rejectus auſtro ſum in eum ipſum locum, unde conſcenderam.

[t] Brundiſium *alii.* [v] claudeb. *MS.* [x] ſuſpectionis *MS.* [y] Regini *MSS.*

8 Cúmque intempeſta nox eſſet, manſiſſemque in villa P. Valerii, comitis & familiaris mei, poſtridiéque apud eundem, ventum exſpectans, manerem: municipes [z] Rhegini complures ad me venerunt; ex his quidam Româ recentes: à quibus primùm accipio M. Antonii concionem: quæ ita mihi placuit, ut, eâ lectâ, de reverſione primùm cœperim cogitare. [13] nec ita multò pòſt edictum Bruti affertur & Caſſii. quod quidem mihi, fortaſſè quòd eos etiam plus reipublicæ quàm familiaritatis gratiâ diligo, plenum æquitatis videbatur. Addebant præterea (fit enim plerumque, ut ii, qui boni quid volunt afferre, P. B. affin-

[z] Regini *MSS.*

12. *Venti detuliſſent.*] Nam Eteſiæ, quaſi boni civis relinquentem officium, proſequi noluerunt. vide Epiſt. 25. lib. XII. ad Cornificium & Epiſt. 4. lib. XVI. ad Atticum. *P. Manut.*

13. *Nec multo poſt.*] Video patrem in vitæ fine occurriſſe codici MS. unde exemplari ſuo adſcripſit diſcrepantes lectiones, quarum eas hîc colligam, quæ videntur eſſe alicujus momenti, ut hoc loco *nec ita multo p.* cap. 6. *quæ partim jam fuerunt*, & mox, *qui non probat*, ſine τῶ *id.* cap. 7. *qui non quid poſſet in rep. cogitavit.* cap. 8. *id numerabitis.* cap. 9. *quid eſt aliud igitur niſi adhortari.* & cap. 12. *gratulationi tuæ ſe non optarent.* cap. 13. *eſſe voluiſti: & tuus parvus filius in Capitolio a te.* ibid. *num hæc te, cum pro ſ. r. t. geſſiſſes, fortuna num.* cap. 14. *quare flectere quaſo.* cap. 15. *plauſus teſtimonia.* ibid. *& ſexageſimo tum demum anno palmam dari non put. Br. qui ludis ſuis ita c. ut nullo. . . . leniret, equidem iſtum, qui. . . . . contempſerit.* Gronov.

affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant, lætius) [14] rem conventuram: Kalendis Sextilibus senatum frequentem fore: Antonium, repudiatis malis suasoribus, remissis [a] Galliis provinciis, ad auctoritatem senatûs esse rediturum.

a Gallicis *MS.*

9 IV. Tum verò tanta sum cupiditate incensus [b] ad reditum, ut mihi nulli neque remi, neque venti satisfacerent: non quò me [15] ad tempus occursurum putarem, sed ne tardiùs quàm cuperem reipublicæ gratularer. Atque ego celeriter Veliam devectus [16] Brutum vidi, quanto meo dolore non dico. turpe mihi ipsi videbatur, in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus [c] cederet: & ibi velle tutò esse, ubi ille non posset. Neque verò illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi. erectus enim maximi ac pulcherrimi facti [d] conscientiâ, nihil de suo casu, multa de [e] nostro querebatur.

b ut ad reditum mihi *MS.*
c excederet *MS.*
d sui consc. *Grav.*
e vestro *MS.*

10 Ex quo primùm cognovi, quæ Kalendis Sextilibus in senatu fuisset L. Pisonis oratio: qui quamquam parum erat (id enim ipsum à Bruto audieram) à quibus debuerat, adjutus: tamen & Bruti testimonio (quo quid potest esse gravius?) & omnium prædicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc igitur ut sequerer properavi, quem præsentes non sunt secuti: non ut proficerem aliquid ([17] neque enim sperabam id, neque [f] præstare poteram) sed ut, si quid mihi humanitùs accidisset (multa autem impendere [g] videbantur

f *alii* patrare, *aut* perficere.
g videntur *Grav.*

14. *Rem conventuram.*] Haud aliter Pal. sec. non ut anteà vulgati, *remp. conventuram.* Sic Livius lib. xxx. *Ac spem facere sæpius ultro citroque agitantibus, rem conventuram.* videatur Ferrarius. *Gruter.*

15. *Ad tempus occursurum putarem.*] Ant. Augustinus, *ad id tempus occursurum &c.* Ursin.

16. *Brutum vidi.*] Cum incensis ob Cæsaris necem veteranorum animis Bruto & Cassio vitæ periculum immineret, Senatus ut eos præsenti periculo subduceret, his duobus annonæ curam mandavit, & quòd Prætores erant, decrevit ut legibus solverentur, si ab urbe plus quàm decem dies abfuissent. Brutum Veliæ vidit Cicero magno suo cum dolore, quod vir, unice amans rempublicam, non auderet in urbe subsistere. *Abram.*

17. *Neque enim sperabam id, neq. p. p.*] Ut Appulejo, qui in Apologia scripsit *potius spero quàm præsto*, similem faceret ordinem verborum & cogitationum Ciceronis, Pricæus malebat hîc è converso *nec enim præstabam id, nec sperare poteram*, si attendas & exigas, certe violente & sine jure. *Gronov.*

18. Hu-

tur præter naturam præterque fatum) [18] hujus [h] diei vocem [i] testem reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis. Quoniam utriusque consilii caussam, patres 11
conscripti, probatam vobis esse confido, prius quàm de republica dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii injuria, cui sum amicus: [19] idque me [20] nonnullo P. CLV.
ejus officio debere esse præ me semper tuli.

V. QUID tandem erat caussæ, cur in [k] senatum hesterno die tam acerbè cogerer? solusne aberam? an non sæpe minùs frequentes fuistis? an ea res agebatur, ut etiam ægrotos deferri oporteret? Annibal, credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur: ad quam caussam etiam Appium illum & cæcum & senem delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationibus refere- 12
batur: quo in genere senatores deesse non solent. coguntur enim non pignoribus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratiâ: quod idem fit, cùm de triumpho refertur. Ita sine cura [l] consules sunt, ut pænè liberum sit senatori non adesse. qui cùm mihi mos notus esset, cúmque [m] de via languerem & mihimet [n] displicerem, [21] misi, pro amicitia, qui hoc [o] diceret. At ille, vobis au-

h tamen diei *Mur.*
i hanc test. *Grav.*
k senatu *MS.*
l consulis, *aut* consul, *aut* consulares *MSS.*
m è via *alii.*
n displiceret *MS.*
o *alii* ediceret.

18. *Hujus tamen diei.*] *Tamen* positum est pro *saltem*, aut, *si nihil aliud.* ut sæpe aliàs. quod qui non viderant, sustulerant vocem illam, ut redundantem. *Muret.* *Hujus tamen diei vocem testem.*] Optime meus: *hujus diei vocem hanc testem.* Perperam ista vocula desideratur in aliis. *Tamen*, quod Faërnus & Muretus reposuerunt jure, in nullo meorum exstat. *Gravius.*

19. *Idque me nonnullo &c. debere esse.*] Ita & nostri. malè Lambinus & Manutius, qui *esse* mutarunt in *etiam*, adducti conjecturâ Faërni. quod idem dictum velim super voce *ediceret*, quam mutarunt in, *ei dicerent*, præter omnes libros. *Gruter.*

20. *Nonnullo ejus officio.*] Quod eum Antonius, post pugnam Pharsalicam, nondum impetratâ à Cæsare veniâ, Brundisii commorantem, cum interimere jure posset, noluit Phil. II. Et Antonius ipse in epist. qua scripsit ad eum de Sex. Clodio: *Meo*, inquit, *jure te hoc beneficium rogo. nihil enim non tuâ caussâ feci, ut omittam, quod P. Clodium stricto gladio, ut eum occideret, insecutus eram.* quod in oratione pro Milone scriptum est. *P. Manut.*

21 *Misi pro amicitia, qui hoc diceret.*] *Qui hoc ediceret*, o. l. s. quod aures meæ multo magis probant. *Edicere* autem non modo valet, edicto jubere: verum etiam dicere, indicare, atque etiam enuntiare significat. Sal. *Is cum se diceret indicaturum de conjuratione, si fides publica data esset: jussus a Cos. quæ sciret, edicere.* Cic. de Am. *Si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero.* Plaut. in Men. *Omnia, hercle, ego edictavi.* Quid? si corrigamus,

audientibus, cum fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracundè hoc quidem & valde intemperanter. cujus enim maleficii ista pœna est, ut dicere in hoc ordine auderet, se p publicis operis disturbaturum publicè ex senatus sententia ædificatam domum? quis autem umquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est ultra pignus, aut q multam? r qui si s scisset, quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profectò de severitate cogendi.

p publici MS.

q multa MS.

r quod si Lamb.

s sciret alii.

13 VI. An me censetis, patres conscripti, quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ut inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur? ut decernerentur supplicationes t mortuo? nihil dico, cui. Fuerit ille L. Brutus, qui & ipse regio dominatu rempublicam liberavit, & ad similem virtutem & simile factum stirpem v in propè quingentesimum annum propagavit: adduci tamen non possem, ut quemquam mortuum conjungerem x cum immortalium religione: 22 ut, cujus sepulcrum usquam exstet, y ubi parentetur, ei publicè supplicetur. Ego verò eam sententiam dixissem, patres conscripti, ut me adversus populum Romanum, si z qui accidisset gravior reipublicæ casus, si bellum, si morbus, si fames; facilè a possem defendere: quæ partim jam sunt, partim timeo ne b impendeant. Sed hoc ignoscant dii immortales velim & populo Romano, qui id non probat, & huic ordini, qui decrevit invitus.

t ita Grav. alii mortuorum.

v jam prope in Grav. & alii. P. B.

x cum deor. imm. alii.

y ibi MS.

z quis alii.

a possim alii.

b impendant alii.

14 Quid? de reliquis reipublicæ malis licetne dicere? mihi verò licet & semper licebit dignitatem tueri, mortem con-

hoc ei diceret. omnino mollius atque usitatius videretur. tot librorum tamen consensionem pro nihilo putandam non arbitror. *Ferrar.* *Qui hoc ediceret.*] Antiquus liber, *qui hoc ei diceret.* juxta conjecturam Hieronymi Ferrarii. *Faërnus.* *Qui hoc ei diceret.*] Hoc melius esse viderat & Ferrarius: cujus conjecturam optimi libri auctoritas confirmavit. *Muretus.* Si Faërnum & Muretum vidisset Gruterus, non reprehendisset Lambinum & Manutium, qui non conjecturam Ferrarii, sed antiquissimi codicis Vaticani scripturam secuti sunt. Sed Faërni & Mureti editionem Philippicarum, & in ea notas non vidisse Gruterum, ex multis aliis locis constat. *Grævius.*

22. *Ut cujus sepulcrum usquam exstet &c.*] Ita aliàs legi est ad oram ed. Lambini; sicque Maurit. ac S. Victoris membranæ. rectè. tangit morem Romanum. Diis enim supplicabant, ut Romulo, cujus nusquam sepulcrum. at viris illustribus ad sepulcrum cujusque parentabant, ut Tatio, aliis &c. *Gruter.*

23. *Ut*

contemnere. potestas modò veniendi in hunc locum sit: dicendi periculum non recuso. Atque utinam, patres conscripti, Kalendis Sextilibus adesse potuissem! non quò profici potuerit aliquid: sed ne unus modò consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus republica inveniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis populi Romani beneficiis usos, [c] L. Pisonem, ducem optimæ sententiæ non secutos. Idcircone nos populus Romanus [c] consulares fecit, [23] ut in altissimo [d] amplissimoque gradu dignitatis locati rempublicam pro nihilo haberemus? [24] non modò voce nemo L. Pisoni [e] consularis, sed ne vultu quidem assensus est.

c consules MS.
d ampl. deest in add. quibusd.
e consf. orationi MS.

[f] Quænam (malùm) est ista voluntaria servitus? fuerit quædam necessaria. nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam loco consulari dicunt. alia causa est eorum, quorum silentio ignosco: alia eorum, quorum [g] vocem requiro. quos quidem doleo in suspicionem [h] populi Romani venire, [25] non [i] metu, quod ipsum [k] esset turpe, sed alium alia de causa deesse dignitati suæ. 15

f Quæ Lamb.
g voce MS.
h populo Romano alii.
i metus Grav.
k est alii.

VII. QUARE primùm maximas gratias & habeo & ago L. Pisoni, qui non, quid [l] efficere posset in [m] republica, cogitavit, sed quid ipse facere deberet: deinde à vobis, patres conscripti, peto, ut, etiam si sequi minùs audebitis orationem atque auctoritatem meam, benignè tamen me, ut fecistis adhuc, audiatis. Primùm igitur acta Cæsaris servanda censeo: non [n] quò probem: quis enim id quidem potest? sed quia rationem habendam maximè arbitror pacis & otii. Vellem adesset Antonius, modò sine advocatis. sed, ut opinor, licet ei minùs valere: quod

l perfic. MS.
P. CLVI.
m remp. MSS.
16
n quod alii.

23. *Ut in altissimo gradu dignitatis locati.*] Liber Vaticanus habet, *Ut in altissimo amplissimoque gradu dignitatis locati.* Ursin.

24. *Non modo voce nemo L. Pisoni Consularis.*] Meus codex: *Non modo voce nemo L. Pisonis Consularis orationi, sed ne vultu quidem assensus est,* quod minime contemnendum censeo. *Grævius.*

25. *Non metu.*] Antiquus liber, *non modo metus.* Faërnus. Sic vel sine libro ratio locutionis scribendum esse docet, & merito recepit Faërnus, Muretus, Lambinus, qui in his Philippicis orationibus optime sequitur omnium optimum codicem Vaticanum, quem excusserant Faërnus & Muretus. Male hæc contemserunt editores posteriores, quòd Gruterus non fecisset, si Faërni & Mureti editionem harum orationum & in illas annotata vidisset. *Græv.*

quod mihi heri per illum non licebat. doceret me, vel potiùs vos, patres conscripti, quemadmodum ipse Cæsaris acta defenderet. [26] An in commentariolis, & chirographis, & libellis se uno auctore [o] prolatis; ac ne prolatis quidem, sed tantummodò dictis, acta Cæsaris firma erunt: quæ ille in æs incîdit, in quo populi jussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur?

o probatis *MS.*

17 Equidem sic existimo: nihil tam esse in actis Cæsaris quàm leges Cæsaris. [27] An, si cui [p] quid ille promisit, id erit [28] fixum, [29] quod idem facere non potuit? ut multis multa promissa non [q] fecit. quæ tamen multo plura reperta sunt, illo mortuo; quàm vivo beneficia per omnes annos tributa & data. sed ea non muto, non moveo: summo etiam studio præclara illius acta defendo. pecunia utinam ad [r] Opis maneret! cruenta illa quidem, sed his temporibus, [s] cùm iis, quorum est, non redditur, necessaria. quamquam ea quoque sit effusa, si ita in actis [t] fuit.

p quod *alii.*
q fecerit *alii.*
r ædem Opis *quad. edd.*
s quoniam ii, quor. *Lamb.*

18 [v] Ecquid est, quod tam propriè dici possit actum ejus, qui togatus in republica cum potestate imperioque versatus sit quàm lex? Quære acta Gracchi: leges Semproniæ proferentur. quære Sullæ: Corneliæ. quid? Cn. Pompeji tertius consulatus in quibus actis [x] constitit? [y] nempe in legibus. à Cæsare ipso si quæreres, quidnam egisset in urbe & [z] toga: leges multas responderet se &

t ejus fuit *edd. quad.*
v Et quid est *MS.*
x consistit *alii.*
y nempe deest in aliis.
z in toga *Grav.*

26. *An in commentariolis.*] In minutis schedulis, sive ephemeridibus ad servandam memoriam scriptis, & manuscriptionibus Cæsaris acta, vim & auctoritatem obtinebunt, nihili fient autem ea, quæ Cæsar in tabulas æneas jussit insculpi, tanquam leges populi Romani suffragio receptas & comprobatas. Ait invidiosè *populi jussa perpetuasque leges esse voluit.* quod videlicet populum non tam rogaret, quàm ad recipiendas leges jussu compelleret. *Abram.*

27. *An, si cui quid ille promisit, id erit fixum.*] Ἀνταπόδοτον, nisi fallor, hic est. alterum enim membrum omnino requirere sententia videtur, hoc videlicet, aut simile. Quod autem in æs incidit, id ratum non erit? Sed, quod hic omittitur, quia statim interponuntur multa, quæ ad Cæsaris promissa pertineant: id infra assumitur ex iis verbis; *Ecquid est, quod tam proprium dici possit actum ejus, qui togatus in rep. cum potestate imperioque versatus sit, quàm lex?* P. Manut.

28. *Fixum, quod idem facere non potuit?*] Secutus sum distinctionem Turnebi, quam habet lib. xv. Advers. cap. 2. *Gruter.*

29. *Quod idem facere non potuit.*] Videtur legendum, *non facere potuit.* Ursin.

30. De

& præclaras tulisse. chirographa verò aut mutaret, aut non daret: aut, si dedisset, non istas res in actis suis [a] duceret. Sed ea ipsa concedo: quibusdam in rebus etiam conniveo: in maximis verò rebus, id est legibus, acta Cæsaris dissolvi, ferendum non puto.

P. B. [a] diceret *MSS.*

VIII. QUÆ LEX melior, utilior, optima etiam [b] republica sæpius flagitata, quàm ne prætoriæ provinciæ plus quàm annum, [c] neve plus quàm biennium consulares obtinerentur? Hac lege sublata videnturne vobis acta Cæsaris servari? quid? ea lege, quæ promulgata est [30] de tertia decuria [d] judicum, nonne omnes judiciariæ leges Cæsaris dissolvuntur? Et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges ejus evertitis? nisi fortè, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis, & quamvis iniquum & inutile sit, defendetur: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæsaris non habebitur. 19

[b] in rep. *alii.* [c] ne plus *alii.* [d] judicum *deest in MS.*

[31] At quæ est ista tertia decuria? Centurionum, inquit. Quid? isti ordini judicatus lege Julia, etiam [e] antè Pompeja, Aurelia non patebat? [32] Census [f] præfiniebatur, 20

[e] *vel* Pompeja vel Cornelia. *MS.* [f] finieb. *MS.*

30. *De tertia decuria.*] Julius Cæsar, ut scribit Tranquillus in Julio cap. 41. *Judicia ad duo genera judicum redegit, equestris ordinis ac Senatorii: Tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit.* Antonius tertiam decuriam adjecit, non quidem ex tribunis ærariis, sed ex iis, qui quocunque modo ordines duxissent, aut etiam manipulares fuissent in legione Alaudarum; ut constat ex isto loco. Postea D. Augustus, ut scribit idem Tranquillus cap. 32. *ad tres judicum decurias quartam addixit.* ubi vide Casaubonum. Cajus etiam Caligula, *ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores, quintam decuriam addidit.* Idem Tranquillus c. 16. vide Cornel. Vitellium c. 20. *Abram.*

31. *At quæ est ista tertia decuria?*] Hanc Antonii legem ex eo reprehendit, quod antiquis legibus addiderit aliud nihil quàm ut in judicibus legendis tolleret omne discrimen & fortunæ & dignitatis. Jam enim legibus Pompejâ & Aureliâ in judices eligi poterant qui ordines duxissent, & qui equo publico meruissent, si adesset fortuna, sive census conveniens & splendor quidam & dignitas virtutibus rebusque præclare gestis comparata. At Antonius hoc discrimen auferebat, sanciens ut, quicunque centurio fuisset, quacunque tandem fortuna aut vitæ splendore vel obscuritate uteretur, is posset in judicum album referri. Neque solum centurionibus quibusvis aditum patere voluit ad judicum collegium, sed etiam militibus manipularibus & gregariis, qui in legione Alaudarum meruissent. *Idem.*

32. *Census præfiniebatur.*] Respondet Antonius. Fateor jam ante ex illis legibus in judices fuisse selectos qui ordinem duxissent:

tur, inquit. Non centurioni quidem solùm, sed equiti etiam Romano. Itaque viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, [33] res & judicant, & judicaverunt. Non quæro, inquit, istos, quicumque ordinem duxit judicet. [g] At si [h] ferretis, quicumque equo meruisset, quod est laudatius, nemini probaretis. In judice enim spectari & fortuna debet & dignitas. Non quæro, inquit, ista: addo etiam judices manipulares [34] ex legione Alaudarum. aliter enim nostri negant [i] posse se salvos esse. O contumeliosum honorem iis, quos ad judicandum nec opinantes vocatis! hic enim est legis index, ut ii [k] in tertia decuria judicent, qui liberè [l] judicare non audeant. in quo quantus est error, dii immortales! eorum, qui istam legem [m] excogitaverunt? ut enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissimè severitate judicandi sordes suas eluet; laborabitque, ut honestis decuriis potiùs

g *alii* Atque
h ferratis *alii.*
i posse salvos *MS.*
k res in *MS.*
l jud. *deest in MS.*
m tulerunt *id. MS.*
P. CLVII.

tamen est aliqua diversitas inter veteres illas leges & hanc recentem Antoniam. quia veteribus illis legibus definiebatur, quantum quisque deberet habere in censu ad hoc ut judex eligeretur, hac autem posteriore lege judices eliguntur, quicunque ordines duxerint, aut equo meruerint, nulla censûs habita ratione. *Abram.* In meo pervetusto codice legitur: *Census finiebatur.* Vereor ne quis sciolus hanc scripturam interpolarit, præfixa præpositione *præ*, qui ignoravit *finire* sæpe Tullio idem esse quod præfinire, sive modum definire ac constituere, ut in II. de Legibus: *Demetrius sepulchris novis finivit modum.* Exempla passim in promtu sunt & viris doctis notata. nec tamen improbo, *præfiniebatur*, si antiquissimi codices annuunt. *Gravius.*

33. *Qui res judicant.*] Pro, *qui judicant.* sic veteres loquebantur; paullo post: *Hic est legis index, ut ii res in tertia decuria judicent*, Phil. V. *Nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res judicare.* Phil. II. *Quorum res judicatas irritas fecimus.* Pro Postumo, *Si quis ob rem judicatam pecuniam cepisset.* Cœlius in Epist. ad Cic. *In hac discordia video Cn. Pompejum senatum, quique res judicant secum habiturum.* Asconius in Pis. *P. Manut.*

34. *Ex legione Alaudarum.*] Major turpitudo quàm si ex legione Romana lecti essent. Alaudæ enim Galli Transalpini erant, quos Cæsar, victo Pompejo, civitate donavit. Phil. V. ad augendam turpitudinem dixit: *Et manipulares, & Alaudas judices.* Suetonius in Julio, *Qua fiducia ad legiones, quas a rep. acceperat, alias publico, alias privato sumptu addidit, unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico: Alauda enim appellabatur: quam disciplina cultuque Romano institutam & ornatam postea universam civitate donavit.* Plinius lib. XI. cap. 37. *Ab illo Galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat Alauda.* Phil. V. & XIII. *Idem.*

35. *Istam*

tiùs dignus videatur quàm in [n] turpes jure conjectus.

IX. ALTERA promulgata lex est, [o] ut & de vi, &
de majestate damnati ad populum provocent, si velint. 21
Hæc utrùm tandem lex est, an legum omnium dissolutio? quis enim est hodie, cujus interfit [35] istam legem [p] manere? nemo reus est istis legibus: nemo [q] est, quem futurum putemus. armis enim gesta numquam profectò in judicium vocabuntur. [r] At res popularis, Utinam quidem vellet is aliquid esse populare! omnes enim jam cives de reipublicæ salute una & mente & voce consentiunt. Quæ est igitur [s] ista cupiditas [t] ejus legis ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? quid enim turpius quàm qui majestatem populi Romani per vim minuerit, eum, damnatum judicio, ad eam [v] ipsam vim reverti, propter quam sit jure damnatus?

Sed quid plura de lege disputo? quasi verò id agatur, 22
ut quisquam provocet. id agitur, id fertur, ne quis omnino umquam istis legibus reus fiat. Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui, reo condemnato, [x] objici se multitudini conductæ velit? aut judex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Non igitur provocatio ista lege datur: sed duæ maximè salutares leges quæstionesque tolluntur. Quid est aliud [y] igitur [z] adhortari adolescentes, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? [36] quam autem ad reipublicæ pestem furor tribunicius impelli non poterit, his duabus quæstionibus, de vi & de majestate, sublatis?

Quid, quod [a] obrogatur legibus Cæsaris, quæ jubent, 23
ei, qui de vi, itemque [b] ei, qui majestatis damnatus sit,

n turpem *Græv.*
o ut de *MS.*
p venire *MSS.*
q est *delet Græv.*
r Ad *MSS.*
s ea *quad. add.* hæc *MS.*
t ejus *deest in MS.*
v ipsam rev. *alii.*
x objicere *Lamb. Mur. alii.*
y igitur *deest in MSS.*
z quam adh. *alii.*
a abrog. his leg. *alii.*
b ei *deest in Lamb. &* *aliis.*

35. *Istam legem manere.*] O. l. s. non *manere*, sed *venire* probant. ego neutrum satis probo: nam *manere*, de legibus latis, non promulgatis dicitur. ut de Provinciis Cons. *Quare aut nobis statuendum est legem Æliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam.* Rursus *venire legem*, pro *ferri*, insolitum atque inusitatum. Quid faciendum, inquies? censeo tantisper in librorum antiquorum auctoritate delitescendum, dum verum investigemus: si tamen hoc verum non est: cum præsertim tam illud alterum, quàm hoc insolens sit. *Ferrarius.* In tribus quoque codd. Amsterdam. Franc. Græv. est, *venire.* In Colon. *venirem.*

36. *Quam autem ad Reip. pestem furor Tribunicius impelli non poterit.*] Vetus liber, *quem autem ad Reip. pestem furor Tribunicius impellere non poterit?* Ursin.

37. De

P. B.

sit, aquâ & igni interdici? quibus cùm provocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur? Quæ quidem ego, patres conscripti, qui illa numquam probavi, ita conservanda concordiæ causâ arbitratus sum, ut non modò, quas vivus Cæsar leges tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem: sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris prolatas esse & fixas videtis.

24 X. [37] DE EXSILIO [c] reducti à mortuo: civitas data non solùm singulis, [d] sed nationibus & provinciis universis à mortuo: immunitatibus infinitis sublata vectigalia à mortuo. Ergo hæc uno, verum optimo, [e] auctore domo prolata defendimus: eas leges, quas ipse, [38] [f] vobis inspectantibus, recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus latis gloriabatur, iisque legibus rempublicam [g] contineri putabat, de provinciis, de judiciis, eas, inquam, Cæsaris leges, nos, qui defendimus acta Cæsaris, evertendas [h] putabimus?

25 [i] Ac de iis tamen legibus, quæ promulgatæ sunt, saltem queri possumus: de iis, quæ jam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. illæ enim nulla promulgatione latæ sunt antè quàm scriptæ. [k] Quærunt [l] quid sit, cur aut ego, aut quisquam vestrûm, patres conscripti, bonis tribunis plebis leges malas metuat. paratos habemus, qui intercedant: paratos, qui rempublicam religione defendant: vacui metu esse debemus. Quas tu mihi, inquit, intercessiones, quas [m] religiones? Eas scilicet, quibus reipublicæ salus continetur. Negligimus ista & nimis antiqua & stulta ducimus. forum sepietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidiis multis [n] locis collocabuntur.

26 Quid tum? [39] Quod erit ita gestum, id lex erit; & in æs

c reductis *MS.* reducti sunt *alii.*
d sed etiam *alii.*
e actore *MS.*
f nobis *MSS.*
g continere *MSS.*
h putamus *Lamb. & alii.*
i at de iis quidem *alii.*
k Quæro *MSS.*
l quidam quid *Lamb.*
m religiones nominas? *alii.*
n in locis *alii.*

37. *De exsulio reducti a mortuo.*] Jocosa & eadem tamen acerba narratio. mortuorum enim actio nulla est: at Cæsar mortuus exsules reduxit: civitatem immunitates dedit. nam Antonius iis de rebus leges protulit & in Capitolio fixit, ut Cæsaris leges. Phil. II. *De exsulibus legem, quam fixisti, Cæsar tulit?* Phil. V. *Restituebantur exsules quasi lege sine lege.* P. Manut.

38. *Vobis inspectantibus.*] Optimi libri non modo Faërni, sed & mei, *nobis inspectantibus.* longe rectius. quod & merito probarunt Faërnus, Muretus & Lambinus. Male neglectum posterioribus editoribus. *Grav.*

39. *Quod erit ita gestum, id lex erit; & in æs incidi videbitis,*] Secutus sum Gulielmium, qui istud repererat in fragmento Coloniensi

tes incidi videbitis. o cedò illa legitima: [40] CONSULES POPULUM JURE ROGAVERUNT (p hoc enim à majoribus accepimus jus rogandi) POPULUSQUE JURE SCIVIT. Qui populus? isne, qui exclusus est? quo jure? an eo, quod vi & armis omne sublatum est? Atque ego q hoc dico de futuris, quod est r amicorum antè dicere ea quæ s vitari possunt: quæ si facta non erunt, refelletur oratio mea. Loquor de legibus promulgatis: de quibus est integrum vobis. demonstro vitia: tollite. [41] denuntio vim, arma: removete.

XI. [42] IRASCI t vos quidem mihi, Dolabella, pro republica dicenti, non oportebit. quamquam v te quidem id facturum non arbitror. x novi enim facilitatem tuam. collegam tuum ajunt in hac sua fortuna, quæ bona ipsi videtur: mihi, ne gravius quippiam dicam, [43] avorum & avunculi sui consulatum si imitaretur, fortunatior videretur: sed eum iracundum audio y factum. Video autem, quàm sit odiosum habere z eundem iratum & armatum, cùm tanta præsertim gladiorum sit impunitas. sed a proponam jus, ut opinor, æquum: quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. Ego, si quid in vitam ejus 27

o credo; illa MSS. & alii.
p hoccine id.
q hoc dic. alii.
P. CLVIII.
r augurum edd. qua.
s vitare alii.
t vos deest in aliis.
v te non est in edd. vett.
x novi fac. Lamb. & alii.
y esse fact. Faërn. & alii.
z ita Lamb. è MSS.
a promam edd. vett., proprium alii.

niensi atque libro S. Victoris: neque aliter Pal. sec. vulgo erat, *jubebitis*, minus rectè. non enim Senatus id jussurus erat; neque exspectaturus Antonius jussum Senatûs. quod ipsum omnino produnt & præcedentia & sequentia. *Gruter.*

40. *Consules populum jure rogaverunt.*] Principium hoc erat legum antiquarum. exemplum habemus apud Frontinum de Aquæduct. T. *Quinctius Crispinus, consul, populum sane rogavit, populus jure scivit.* P. Manut.

41. *Denuncio vim, arma; removete.*] De hac distinctione optimus virorum P. Victorius lib. XXXII. cap. 13. in quem dum heic invehitur Lambinus Lycambeis armis, ostendit quàm sit animi pusilli, imò nullius. *Gruter.*

42. *Irasci quidem mihi, Dolabella.*] Sic Gad. *Irasci te quidem mihi, Dolabella.* Lang. & cum eo multi alii, *Irasci vos quidem.* quod magis placet, subjungit enim, *Quanquam quidem te id facturum non arbitror.* Ferrarius. *Irasci te quidem.*] Hic locus in antiquo libro rectè, ut puto, ita totus legitur: *Irasci quidem vos mihi, Dolabella, pro rep. dicenti non oportebat. quamquam te quidem id facturum non arbitror, novi facilitatem tuam.* Faërnus. *Non oportebat* restituerunt ex Vaticano Faërnum secuti Muretus & Lambinus, quos & sequor. Vulgati *oportebit.* Græv.

43. *Avorum.*] Paterni, M. Antonii oratoris; materni, L. Cæsaris, qui cum P. Rutilio Lupo consul, cum P. Crasso censor fuit. *P. Manut.*

44. Mor-

b contu-con- ejus aut in mores b contumeliosè dixero, quo minus
tumelia mihi inimicissimus sit non recusabo. sin consuetudinem
Grav. meam, quam in republica semper habui, tenuero, id
est, si liberè, quæ sentiam, de republica dixero: primum
deprecor, ne irascatur: deinde, si hoc non impetro, pe-
c quibus to, ut sic irascatur, ut c civi. armis utatur, si ita necesse
armis alii. est, ut dicit, sui defendendi causâ: iis, qui pro republi-
ca, quæ ipsis visa erunt, dixerint, ista arma ne noceant.
Quid hac postulatione dici potest æquius?

28 Quòd si, ut à quibusdam mihi ejus familiaribus dictum
est, omnis eum, quæ habetur contra voluntatem ejus,
oratio graviter offendit, etiam si nulla inest contumelia,
d idem feremus amici naturam. sed d iidem illi ita mecum, Non
MSS. idem tibi adversario Cæsaris licebit, quod Pisoni socero.
e ammo- & simul e admonent quiddam, quod cavebimus: nec
nent MS. erit justior, patres conscripti, in senatum non veniendi
f morbus 44 f morbi causa quàm mortis.
MS.

29 XII. SED PER deos immortales! te enim intuens,
P. B. Dolabella, qui es mihi carissimus, non possum de utrius-
que vestrûm errore reticere. 45 Credo enim vos, homi-
nes

44. *Morbi causa quàm mortis.*] Lang. *morbus.* quod si non con-temnimus, *mors* pro *mortis* erit reponendum. Eodem quidem modo loquitur ille, qui scribit ad Heren. *Cui morbus causa est, cognitorem det.* Et Liv. lib. XXXIV. *Quibus aut emerita stipendia, aut morbus causa essent.* & lib. XXIV. *Nisi quibus morbus causa erit.* Et paulo infra, *Quibus neque vacatio justa militiæ, neque morbus causa fuisset.* Judicium tamen aurium funditus repudiat ac respuit: cui standum censeo. *Ferrarius.*

45. *Credo enim vos, nobiles homines.*] Quidam homo eruditus, in libro quem inscripsit Lexicon Juris Civilis, affirmavit, nobilem à veteribus vocatum esse neminem, nisi plebejum: in quo valde fallitur. Nullo enim discrimine & patricii, & plebeji, quorum patres, avi, majores clari atque honorati fuissent, nobiles vocabantur. Nam locus Asconii, ex quo id aperte colligi dicit, nullo plane modo ipsius sententiam adjuvat. Sed ne quis scrupulus relinquatur, proferam locos aliquot, qui manifesto doceant, nobiles etiam patricios dici. primum igitur, ne longius abeam, videmus hic P. Cornelium Dolabellam nobilem vocari. In Miloniana ita de Clodio scriptum est: *Homo enim nobilis in suis monumentis equitem Rom. occiderat.* ac ne quis cavilletur eum adoptione plebejum factum: Clodia certe ipsius soror ad plebem non transierat: quæ in M. Cælii defensione nobilis appellatur. totum locum describam, ut emendetur: nam in vulgatis libris depravatus est: *Vicinum adolescentulum aspexisti. candor hujus te & proceritas, vultus oculique perculerunt. sæpius videre voluisti: nonnum-*

nes nobiles, magna quædam ſpectantes, non pecuniam, g Ex Gravii
ut quidam nimis creduli ſuſpicantur, quæ ſemper ab am- *delet, & le-*
pliſſimo quoque clariſſimoque contempta eſt, non opes *git.* Eſt au-
violentas, & populo Romano minimè ferendam poten- tem.
tiam, ſed caritatem civium & gloriam concupiſſe. g Eſt h remp.
autem eſt gloria, laus rectè factorum magnorumque in fama mere-
h rempublicam meritorum: quæ cùm optimi cujusque, *alii.* rep.
tum etiam multitudinis teſtimonio comprobatur. merit. *Mu-*
ret.

Dicerem, Dolabella, qui rectè factorum fructus eſſet, 30
niſi te i paullisper eſſe [46] expertum k viderem. Quem po- i præter
tes recordari in vita tibi illuxiſſe diem lætiorem quàm ceteros
cùm, expiato foro, diſſipato concurſu impiorum, [47] prin- paul. *Gravii*
cipibus ſceleris pœna affectis, te domum recepiſti? cujus k videre-
mus. *alii.*
or-

numquam in iisdem hortis, vis o nobilis mulier illum filiumfamilias, patre parco ac tenaci, habere tuis copiis devinctum? non potes. & in eadem oratione: *Res eſt omnis in hac cauſa nobis, judices, cum Clodia, muliere non ſolum nobili, ſed etiam nota.* Sic in epiſtola ad Ap. Claudium: *Liberalitas tua, ut hominis nobiliſſimi, latius in provincia patuit.* & ad Lentulum: *In te enim homine omnium nobiliſſimo ſimilia invidorum vitia perſpexi.* Et Salluſtius in Jugurtha: *Sulla patricia gentis nobilis fuit.* Ad hæc argumenta ſi reſponderit is, qui patricios a nobilium numero excludere voluit, cedam. *Muretus.*

46. *Expertum videremus.*] *Viderem*, o. l. v. Ferrarius. *Niſi te paullisper eſſe expertum viderem.*] Interpone ex antiquo libro duas has voces, *præter ceteros*, in hunc modum, *niſi te præter ceteros paullisper eſſe expertum viderem.* Faërnus. *Niſi te paullisper eſſe expertum viderem.*] Lambinus & Manutius alia interponunt: ſed ita nulli mſſ. noſtri, ita nulli vetuſtius impreſſi. *Grut.* Si Gruterus vidiſſet animadverſiones Faërni, non hæc effudiſſet. Cognoſſet enim *præter ceteros* inveniri in Vaticano codice, qui antiquitate & bonitate ceteros omnes ſuperat, in quibus hæ orationes leguntur, quem merito Faërnus & Lambinus ſunt ſecuti. *Gravius.*

47. *Principibus ſceleris pænâ affectis.*] Poſt hæc verba in margine antiqui libri eadem manu, vel certe paulo minus vetuſta, ſunt additæ hæ voces, *urbe incendio & cædis metu liberata.* hoc autem hiſtoriæ conſonat: eaque, & quod ipſemet Cicero ait ad Atticum libro XIV. *Servique & egentes in tecta noſtra cum facibus immiſſi*; & quod Hirtius ad Ciceronem libro XV. earumdem epiſtolarum: *Noli ſinere hæc omnia perire, quæ funditus medius fidius rapinis, incendiis, cædibus pervertuntur.* Faërnus. *Urbe incendio & cædis metu liberata.*] Hæc omnia verba in omnibus libris, qui ante hos editi ſunt, deſiderabantur. *Muretus.* *Urbe incendio & cædis metu liberata.*] Ex libro antiquiſſimo Vaticano Faërnus hæc verba, quæ in vulgatis deerant, reſtituit; in quibus tamen *incendii*, pro *incendio*, videtur legendum. *F. Urſinus.* *Pænâ adfectis, te domum.*] Iidem intertextum habent, *adf. urbe incendio & cædis metu liberata, te domum,* præter vett. noſtros & olim editos. *Grut.* Vides ſis

ordinis, cujus generis, [l] cujus denique fortunæ studia tum laudi & [48] gratulationi tuæ se non obtulerunt? [m] Quin mihi etiam, quo auctore te in iis rebus uti arbitrabantur, & gratias boni viri agebant, & tuo nomine gratulabantur. Recordare, quæso, Dolabella, consensum illum theatri, cùm omnes earum rerum obliti, [49] propter quas tibi fuerant [n] offensi, [o] significaverunt, se novo beneficio memoriam veteris doloris abjecisse. Hanc tu, P.
31 Dolabella (magno loquor cum dolore) hanc tu, inquam, animo æquo potuisti tantam dignitatem deponere?

XIII. [p] Tu autem, M. Antoni, (absentem enim appello) unum illum diem, quo in æde Telluris senatus fuit, non omnibus iis mensibus, quibus te quidam, multum à me [q] dissentientes, beatum putant, anteponis? quæ fuit oratio de concordia? quanto metu [r] veterani, quanta sollicitudine civitas [s] tum à te liberata est? Tuum collegam, depositis inimicitiis, [50] oblitus auspiciorum, au-

[l] cujus *deest in MS.*
[m] Cum mihi *alii.*
[n] infensi *alii.*
[o] significarunt *aut* significarent *MSS.*
[p] *ita Grav. alii* Te autem.
[q] dissentientem *MS.*
[r] veteri *MSS.*
[s] tum *deest in MS.*

& hic Gruterum ignorantiâ lectionis Vaticani libri impegisse; ut crebro in his Philippicis orationibus. Illum autem jure Faërnus, Manutius, Muretus, Lambinus expresserunt. *Grav.*

48. *Gratulationi tuæ se non obtulerunt?*] Liliensis amplius, *tuæ defuerunt, & se non obtul.* non malè, nisi invenissem in Pal. pr. *gratulationi tuæ se non aptarunt.* quod mihi genuinum magis videtur; ut cetera scilicet fuerint ab interprete. *Grut.*

49. *Propter quas tibi fuerant.*] Hic totus locus in antiquo libro ita legitur: *propter quas fuerant tibi offensi, significarent, beneficio novo memoriam veteris doloris abjecisse*, ego, pro *abjecisse*, legendum puto, *abiisse.* non tamen muto. *Faërnus. Tibi fuerant offensi.*] Ita mss. nostri quatuor & vetus editio. postea vulgati, *infensi.* Grut.

50. *Oblitus auspicia te ipso augure nuntiante.*] Antiquus liber ita habet, *oblitus auspiciorum a te ipso augure pronuntiate.* nos, pro *pronuntiate*, ita legimus, *P. Ro. nuntiatorum.* ut hæ duæ notæ sint vel genitivi casus, & pendeant a voce augure, ut sit, a te ipso augure populi Romani; vel dativi, & rogantur a dictione nuntiatorum, ut sit populo Rom. nuntiatorum. Si quis tamen vellet legere *pronuntiatorum*, non repugnarem. *Faërnus.* Cur Gruterus retinuerit ex editionibus prioribus *auguria*, eumque qui post Ciceronem ediderunt sequantur; sic enim legit, *depositis inimicitiis, oblitus auspiciorum, auguria te ipso augure nuntiante*, caussam nullam video, cum id nec in Manutii, Lambini, Faërni & Mureti editionibus, nec in Colon. Franc. Græv. Amsterdam. MSS. compareat. Cum præcesserit *auspicia*, sic enim legitur in plerisque libris melioribus, inepte adderetur *auguria*, quam vocem credo interpretationem esse τῦ *auspicia*, & ex margine irrepsisse in contextum, quam male retinuerunt Gruterus & alii. Longe melius etiam Coloniensis: *Tu collegam, depositis.* Scripsisse Ciceronem existimo: *Tu tuum collegam, depositis inimicitiis, oblitus auspicia, te*

Ss ipso

auguria te ipso augure nuntiante, illo primùm die collegam tibi esse voluisti: [51] reipublicæ tuus parvulus filius in [t] Capitolium à te missus pacis obses fuit. P. CLXXI

t Capitolio MSS.

Quo senatus die lætior? quo populus Romanus? qui 32
quidem nulla in concione umquam frequentior fuit. tum denique liberati per viros fortissimos videbamur; quia, ut illi voluerant, libertatem pax sequebatur. Proximo, altero, tertio, reliquis consecutis diebus, non intermittebas quasi donum aliquod [v] quotidie afferre reipublicæ. maximum autem illud, quòd dictaturæ nomen sustulisti. hæc inusta est à te, à te, inquam, mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. Ut enim propter unius M. Manlii scelus, decreto gentis Manliæ, [52] neminem patricium M. Manlium vocari licet: sic tu propter unius dictatoris odium nomen dictatoris funditus sustulisti.

v quotid. *deest in MSS.*

[53] Num hujusce, cùm pro salute reipublicæ [x] tanta 33
gest-

x tanta *non est in MSS.*

ipso augure nuntiante. immemor auspiciorum, quæ tu ipse, cum augur illa captasses, populo Romano nuntiasti. *Grav. Oblitus auspiciorum.*] E variarum lectionum libello, quem celeb. Grævius suæ editioni subjecit, disces locum hunc admodum variè exhiberi tam in MSS. quàm editis. In Vatic. enim legitur, *oblitus auspiciorum à te ipso augure pronunciate.* Lamb. *oblitus auspiciorum à te ipso augure populo R. nuntiatorum*, ut Faërnus conjecerat. in aliis *oblitus auspiciorum à te ipso augure pronuntiatorum.* in Colon. & aliis MSS. *oblitus auspicia te ipso augure nuntiante.*

51. *Reip. tuus parvus filius.*] Sic l. Lang. *R. tuus parvulus filius.* Scalæ, *R.* nonnulli, *Carissimus.* plures *R. P.* ut impressi. quos ut probem locus ille facit in Catilinam: quem infra scripsi: *Nec meam mentem non domum sæpe revocat exanimata uxor, confecta metu filia & parvulus filius: quem mihi videtur amplecti respublica tanquam obsidem Consulatus mei.* Jam si *parvulus* pro *parvus* reposueris, magis placebit. *Ferrarius. Reipub. tuus parvulus filius.*] *Reipub.* non est in aliquibus libris, inter quos est noster antiquus. nec sane ea vox quicquam momenti habet, sufficit enim pacis obses fuit. *Faërnus.* Faërni sententiam & auctoritatem Vaticani codicis secutus est Muretus, qui *reip.* delevit, quos & ego sequor, & ratione Faërni, quamvis *reipublica* possit ferri, & meorum codicum, & veterum editionum fide, in quibus hæc vox non legitur, permotus. Coloniensis, Francii & edit. Junt. Argentorat. aliæque: *carissimus tuus parvus filius.* Amst. *tuus parvus filius.* Meus: *R. tuus parvulus filius.* Grævius.

52. *Neminem patricium M. Manlium vocari licet.*] Delet Ferrarius *Manlium.* Gulielmius transponit solummodò, *neminem patricium Manlium, Marcum vocari licet.* Gruter.

53. *Num te, cum hæc pro salute Reip. tanta gessisses, fortuna tua, num amplitudinis &c.*] Ita legitur hic locus in libro Vaticano. *Ursin.*

gessisses, fortunæ y te, num amplitudinis, num claritatis, num gloriæ pœnitebat? Unde igitur subitò tanta ista mutatio? non possum adduci, ut suspicer, te pecuniâ captum. Licet, quod cuique libet, loquatur. credere non est necesse. nihil enim umquam in te sordidum, nihil humile cognovi. [54] quamquam soleant domestici depravare nonnumquam: sed novi firmitatem tuam. atque utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses!

y tuæ MSS.

XIV. ILLUD magis vereor, ne, z ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes, plus te unum posse quàm omnes; [55] & metui à civibus tuis quàm diligi malis. quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Carum esse civem, bene de republica mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est. metui verò & a in odio esse invidiosum, 34 detestabile, imbecillum, caducum. Quod videmus etiam in b fabulis, c ipsi illi, qui „ *Oderint*, *dum metuant*, dixerit, perniciosum fuisse. Utinam, Antoni, avum tuum meminisses! [56] de quo tamen multa audisti ex d me sæpissi-

z ignores MS.

a id MS.

b fabula Grav.

c ipsis illis alii. P. B.

d me æque sæp. alii. me quam Muret.

54. *Quanquam solent domestici depravare nonnumquam.*] In aliis, *Quanquam nihil est tam sanctum, quod non soleant domestici depravare non numquam.* quæ tam multa verba unde fluxerint satis admirari non queo. neque vero video quid hic loci sanctitas habeat: & violandi, non depravandi verbo in iis quæ sancta sunt, utendum putarem. Denique ego veterem scripturam fideliter expressi. *Muret.* Hanc veterum codicum scripturam expresserunt in suis præter Muretum Faërnus, Lambinus, Manutius, sed etiam tam Caroli quam Roberti Stephani minor 1543. & antiqua Mediolanensis, imo omnes ante Victorianam, ut & MSS. Colon. & Græv. sed recentiores Francii & Amsterdamenses, & ed. Roberti Stephani major 1539. illa verba retinent. Ego veterioribus subscribo & Mureti rationibus. *Grævius.*

55. *Et metui a civibus tuis.*] In aliis hoc amplius, *quàm diligi malis.* quæ verba cum abessent ab optimo libro, putavi adjecta esse ab aliquo, qui non animadverteret, hanc quoque particulam pendere ex illo quod antecessit, *gloriosum putes.* Muret. *Et metui a civibus tuis quàm diligi malis.*] Hoc totum, *quàm diligi malis*, testificatur Muretus abesse a libris veter. quod tamen retinet Faërnus. *Lamb.*

56. *De quo tamen multa audisti ex me sæpissime.*] Antiquus liber, *audivi multa ex me æque sæpissime*; nos ita, *de quo tamen audisti multa ex me atque sæpissime* Guldoni Lolgio placet *eaque sæpissime:* cujus sententiæ accedo. *Faërnus.* Muretus edidit *quàm sæpissime.* *Audisti ex me.*] Videtur hoc loco id innui, quod Antonius paulo post Ciceroni objecit, II. Philipp. *Atenim te in disciplinam meam tradideras (nam ita dixisti) domum meam ventitaras. Ne tu si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consuluisses.* ubi vide Notas,

pissimè. Putasne illum immortalitatem mereri voluisse, ut e metuendorum edd. vett. propter armorum e habendorum licentiam metueretur? illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse f parem ceteris, principem dignitate. Itaque, ut omittam res avi f parem cum ceteris Grut. alii. tui prosperas, acerbissimum ejus diem supremum g malim quàm L. Cinnæ dominatum, à quo ille crudelissimè g mallem alii. est interfectus.

Sed quid oratione te flectam? si enim exitus C. Cæsaris h efficere non potest, ut malis carus esse quàm metui, nihil cujusquam proficiet nec valebit oratio. quem qui beatum fuisse putant, i miserrimi ipsi sunt. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te, quæso, & majores tuos respice, atque ita guberna rempublicam, ut natum esse te cives tui gaudeant: sine quo nec beatus, [57] nec clarus, nec unctus quisquam esse omni potestate potest. 35 h efficere hoc non Grut. & alii. i miseri alii.

XV. ET POPULI quidem Romani judicia multa ambo habetis, quibus k non satis moveri permolestè fero. Quid enim l gladiatoribus clamores innumerabilium civium? [58] quid populi concursus? quid Pompeji statuæ, plau- 36 k vos non alii. l gladiatorii alii.

tas, & in Cœlianam cap. 1. *Hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum.* Abram.

57. *Nec clarus, nec unctus quisquam esse omni potestate potest.*] Hæc est lectio Vaticani codicis. Muretus *unctus* mutat in *auctus*. non culpo. *nec clarus esse quisquam potest*. Lambinus. heic est Lambinus, interpolat faciem pulcram merdoso fuco. videatur tamen Turnebus lib. xv. Adverf. cap. 2. *Gruter.* Non merebatur Lambinus hic tam acerbe reprehendi, qui Mureti conjecturam recepit. In MSS. quatuor, quos ego evolvi, hæc verba, *nec unctus omni potestate potes*, non leguntur, nec in pristinis editionibus. Cur ergo scripturam veterem, cum liquida sit, repudiemus, cum quæ eliciunt ex Vaticani codicis hic corrupti lectione, sint ambigua & incerta, quin & *unctus* insulsum est. Petrus Pithœus conjiciebat: *nec clarus quisquam est, nec cinctus quidem omni potestate potest*. Sequor ego hic MSS. & editiones Manutii, Victorii & ipsius Faërni, qui quamvis Vaticani codicis scripturam proposuit, contextum tamen non interpolavit. *Potestate* natum ex iterata voce *potest* ab oscitante librario. uti *nec unctus* ex *nec clarus*. *Omni* vero perperam scriptum pro *omnino*. Sic enim Ciceronem reliquisse censeo: *sine quo nec beatus, nec clarus quisquam esse omnino potest.* Grævius.

58. *Quid populi concursus?*] Ita è suis Ferrarius. sed non displicet mihi reliquorum mss. item editorum lectio, *versus*. Pal. quidem sec. agnoscit *cursus*. sed id depravari potius potuit è *versus*, quam ut mutari debuerit in *concursus*. Gruter.

plausus [m] infiniti? quid [n] iis tribunis plebis, qui vobis adversantur? [59] parumne hæc significant, incredibiliter consentientem populi Romani universi voluntatem? Quid? Apollinarium ludorum plausus, vel testimonia [o] potiùs & judicia populi Romani vobis parva [p] videbantur? O beatos illos, qui, cùm adesse ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen & in medullis populi Romani ac visceribus hærebant! nisi fortè Accio tum [60] plaudi & sexagesimo post anno palmam dari putabatis, non Bruto; [61] qui ludis ita caruit, [62] ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus [q] tribuerit absenti, [r] desiderium liberatoris sui perpetuo plausu & clamore [s] lenierit.

m infinitus *MS.*
n ii *alii.*
o potentium *MS.*
p esse vid. *alii.*
q tribueret *MSS. & alii.*
P. CLX.
r ut desid. *alii.*

37 Equidem is sum, qui istos plausus, cùm [t] à popularibus civibus tribuerentur, semper contempserim: idemque cùm à summis, mediis, infimis, cùm denique ab universis hoc idem fit, cúmque ii, qui antè sequi populi consensum solebant, fugiunt: non plausum illum, sed judicium puto. Sin hæc leviora vobis videntur, quæ sunt gravissima: num etiam hoc contemnitis, quòd sensistis,

s leniret *alii.*
t à *deest in MS.*

59. *Parumne hac significant.*] Videtur esse vox theatralis, quam pro Sextio frequenter usurpat. ut *populi judiciis atque omni significatione florebant.* cap. 50. *Hac populi Romani tanta significatio: sine ulla varietate universi.* nec non: *Eos omni populi Romani significatione decorari.* Abram.

60. *Plaudi, & sexagesimo post anno palmam dari putabatis, non Bruto.*] Pal. sec. *plaudi sexag. post anno, & palmam dari non putabatis Bruto.* Gruter.

61. *Qui iis ludis ita caruit.*] L. Lang. *quid iis suis.* Gad. & Col. *qui ludis suis.* quam veram germanamque scripturam arbitror. Sic enim loquebantur antiqui, ut dicerent *ludos tuos*, quos tu feceras: *ludos suos*, quos ille fecerat. Cicero pro Domo sua, *Qui antea voce praconis a liberis semovebantur, tuis ludis non voce, sed manu liberos a se segregabant.* & in epist. ad Attic. *Ut spectem ludos suos.* Ferrarius. *Qui his ludis.*] Sive hoc a me, sive a librariis peccatum est, legi debet, *qui suis ludis*, & ita in veteribus libris legitur. *Muretus.* Verissimè. Et eò alludunt MSS. in meo est *qui dis suis.* In Amsterd. *qui suis caruit.* Sed in Franc. est liquidò, *qui ludis suis.* Cur suis in novissima editione omiserint ignoro. *Gravius.*

62. *Ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus R. tribueret absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu & clamore leniret.*] Ita hic quoque locus legitur in libro Vaticano, in quo est *tribueret*, non ut Faërnus edidit, *tribuerit.* Ursin.

63. Ta

ftis, [63] tam caram populo Romano [64] vitam A. Hirtii fuisse? [65] satis [v] enim erat, probatum illum esse populo Romano, ut est: [x] jucundum amicis, in quo vincit omnes: carum suis, quibus est [y] carissimus: tantam tamen sollicitudinem bonorum, tantum timorem [z] omnium, in quo meminimus? certè in nullo.

Quid igitur? hoc vos, per deos immortales! quale sit 38
non interpretamini? quid [a] eos de [b] vestra vita cogitare censetis, quibus eorum, quos sperant reipublicæ consulturos, vita tam cara sit? Cepi, patres conscripti, reversionis meæ fructum: quoniam [c] ea dixi, ut, quicumque casus consecutus esset, [66] exstaret constantiæ meæ testimonium: & sum à vobis benigne ac diligenter auditus. Quæ potestas si mihi sæpius sine meo vestroque periculo fiet, utar. si minùs, quantum potero, non tam mihi me

v erat ei *Lamb.*
x jocundum *MSS.*
y ipse car. *MSS.*
z omnium *deest in MS.*
a deos *MS.*
b nostra *alii.*
c & ea *Grav.*

63. *Tam caram populo Romano vitam A. Hirtii.*] Hirtio consule designato, graviter ægrotante, populus Romanus, quia speraret eum in consulatu rempublicam defensurum, pro ejus incolumitate vota suscepit. Phil. VII. *Æquum, credo, putavit, quam vitam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere.* Et Phil. X. *Quid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam contulit, quorum votis judicavit se à morte revocatum.* P. Manut.

64. *Vitam A. Hirtii fuisse.*] A. Hirtius Consul designatus in annum sequentem, eo pene ipso tempore, quo habita est hæc oratio, in morbum inciderat, a quo vix convaluit ante Kalendas Januarii, quibus cum Pansa iniit consulatum. Et eum quidem saltem ad mensem Majum valuisse certo colligitur è multis epistolis libri XV. ad Atticum. At libro XII. ad Familiares epistola 22. post XIII. Kalendas Januarias data. *Hirtius*, inquit, *noster tardius convalescit.* Ostendit igitur populus Romanus charam sibi vitam A. Hirtii ægrotantis fuisse, votis, opinor, pro ejus salute & incolumitate susceptis, ut quondam pro Cn. Pompeji valetudine susceperat. *Abram.*

65. *Satis enim erat.*] Antiquus liber. *Satis erat enim* nos putamus legendum. *Satis erat ei* non tamen mutamus. Hirtius autem per *t.* scriptum est in antiquis monumentis & libris. utpote deductum ab *Hirto:* ut quidam volunt qui hoc nomen per *c.* perperam scribunt. *Faërnus.*

66. *Exstaret conscientia mea testimonium.*] Antiquus liber *constantia mea.* quod & rectum puto. quem enim locum hic habet *conscientia:* at contra *constantia* Ciceronis fuit, & in profectione & in reditu eundem semper fuisse, & ad utilitatem reip. cuncta retulisse. *Idem.* Nihil verius. Si Faërni notas & ejus editionem vidisset Gruterus, non tulisset *conscientia*, quod hic locum nullum habet. *Constantia* est quoque in Coloniensi. *Gravius.*

 67. Mi-

ine quàm reipublicæ reservabo. 67 Mihi ferè satis est, quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam. huc si quid accesserit, non tam mihi quàm vobis reique publicæ accesserit.

67. *Mihi ferè satis est.*] Reddit rationem cur se non sibi, sed reipublicæ conservare velit, quia nihil habet in vita, quod sui ipsius caussâ magnoperè desideret: quippe qui jam annos duos & sexaginta vivendo exegerit, & tum eloquentiâ, tum decursis honoribus, tum etiam rebus gestis fuerit consecutus, ut jam nihil supersit, quod ipsi in vita expetendum esse videatur. Epistola I. ad Plancum: *Mihi maxima cura est non mea quidem vita, cui satisfeci vel ætate, vel factis, vel (si quid etiam hoc ad rem pertinet) gloria! sed me patria sollicitat; imprimisque, mi Plance, exspectatio consulatûs tui, &c.* Cestius Declamator apud Senecam: *Si ad desiderium populi respicis, Cicero, quandocunque perieris, parum vixisti; si ad res gestas, satis vixisti: si ad injurias fortunæ & præsentem reipublicæ statum, nimium diu vixisti: si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es.* Abram.

P. B.

M. TULLII CICERONIS IN M. ANTONIUM PHILIPPICA SECUNDA.

ORATIO SEPTIMA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Habita a Cicerone IV. *Non. Sept. oratio prima in Antonium, ille se in villam Tiburtinam contulit, ibique dies septemdecim, quod Ciceroni responderet, commentatus est.* XIII. *Kal. Oct. habito senatu in absentem Ciceronem, qui se tuto adesse non posse intelligebat, quæ cogitaverat evomuit. ei Cicero hac oratione respondit: quo die, si quæritur: eo, dicam, qui quartum diem ludorum Romanorum in circo proximus est consecutus, id Cicero ipse docet his verbis:* Nescis, heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, ut quinctus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? *Is igitur dies, ut ex Romano vetere Kalendario liquet,* XIII. *Kal. Oct. fuit. quo ipso die in Ciceronem*

Nam, Antonius est invectus. ita videtur præsens præsenti Cicero respondisse. quod ipse negat. Phil. III. Hunc ego, *inquit*, diem exspectans M. Antonii scelerata arma vitavi, tum, cum ille in me absentem invehens non intelligebat, quod ad tempus me & meas vires reservarem: si enim tum illi, cædis a me initium quærenti, respondere voluissem; nunc reip. consulere non possem. *Et Phil.* II. Adesse, *inquit*, in senatu jussit ad XIII. Kal. Oct. ipse interea septemdecim dies de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, cum is dies, quo me adesse jusserat, venisset: tum vero agmine quadrato in ædem Concordiæ venit, atque in me absentem orationem ex ore impurissimo evomuit. quo die si per amicos mihi cupienti in senatum venire licuisset, cædis initium fecisset a me: sic enim statuerat. *Et epist.* 2. *lib.* XII. *ad Cassium:* Cædem gladiator quærit, ejusque initium ad XIII. Kal. Oct. a me se facturum putavit. at quam paratus venerat, cum in villa Metelli complures dies commentatus esset. *Cum igitur & affuisse in senatu* XIII. *Kal. Oct. & idem non affuisse videatur: quærenda ratio est, quemodo pugnantes inter se loci conciliari possint. Cum se non affuisse dicit, vere dicit: Saluti enim consulendum censuit. Rursus, cum affuisse videtur, imago quædam veritatis, non ipsa veritas quæritur: ut, quæ oratio domi per otium scripta est, non in senatu habita, in ea legantur illa ipsa, quæ Cicero, si in senatum venisset, Antonio respondens locutus esset. Putemus igitur id quod res est fictam esse hanc orationem, sed ita legatur tamquam vera. ita omnis dubitatio de die, quo sit habita, cum habita numquam sit, auferetur. Genus idem est, quod superioris. Purgat se primum adversus Antonii calumniam, & ita purgat, ut omni eum loco non leviter pungat: deinde singulas ejus vitæ partes, a puerili prætexta exorsus, vehementer exagitat. nam illa brevis adhortatio, ut resipiscat, postremo loco reservata, diffidentis est, ab officio boni civis erga rempublicam profecta, minima tamen, vel nulla potius cum spe conjuncta.* P. Manut.

I. QUONAM meo [a] fato, patres conscripti, fieri dicam, ut nemo his annis viginti reipublicæ hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? [1] Nec vero necesse est a me quemquam nominari vo-

[a] a facto *MS.*

1. *NEc vero necesse est a me quenquam nominari vobis: cum ipsi recordemini.*] *Recordamini* o. f. l. quorum quidem consensus fecit, ut putarem ita scribendum esse, *Nec vero necesse est a me quenquam nominari, vobiscum ipsi recordamini.* nam statim loci illius pro Cæl. venit in mentem, *Ex quibus neminem mihi necesse est nominare, vosmet vobiscum recordamini.* Et pro Mur. *Nolite a me commoneri velle, vosmet ipsi vobiscum recordamini.* Opinionem meam Colotianus liber comprobavit. *Ferrar. Cum ipsi recordemini.*] Vetus liber, *recordamini.* idque verum censeo. ita enim sæpe optimos scriptores locutos animadverti. quod autem Ferrarius conjunctim legit, *vobiscum*, mihi quidem nullo modo probatur. *Muretus.*

vobis; cum ipsi recordamini. mihi pœnarum illi plus quàm optarem dederunt. Te miror, Antoni, quorum facta [b] imitere, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minùs mirabar. nemo illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes à me reipublicæ causâ lacessiti. tu, ne verbo quidem violatus, ut audacior quàm L. Catilina; furiosior quàm P. Clodius viderere,[1] ultro maledictis me lacessisti: [2] tuamque à me [3] alienationem tibi ad cives impios gloriæ fore putavisti.

b MS. imitare.

2 Quid putem? contemptumne me? non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despicere possit Antonius. An in senatu facillimè [c] de me detrahi posse [d] credidit? qui ordo [e] clarissimis civibus bene gestæ reipublicæ testimonium multis, [4] mihi uni conservatæ dedit? An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est. quid enim plenius, quid uberius quàm mihi & pro me, & contra Antonium dicere? Illud profectò est. non existimavit, [f] sui similibus probari posse, [5] se esse
3 hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. Cui priùs quàm de

c mihi detr. MSS.
d creditur MS.
e cariss. MS.
f suis sim. MSS.

2. *Tuamque ad me alienationem, tibi ad civeis impios gloria fore putasti.*] Retinui lectionem vulgatam; quæ ite[illegible]restat in Pal. pr. Ferrarii emendatio, *alienationem, commenda*[illegible] *tibi ad imp. civ. fore putavisti*, resipit sanè glossam. altera[illegible]ntumdem valet. *Grut.* Sane & pater ex ms. notavit, *tibi a*[illegible]*ios cives fore commendationem putavisti:* & cap. 3. *quod qu*[illegible] *cujus.* cap. 4. *hic iste* & *quanta jam.* & *crimen meum.* Gronov. Requiro hic judicium Gruteri. Nihil certius emendatione Ferrarii, ex MSS. hausta, quam jure probarunt in suis editionibus Muretus, Faërnus, Manutius, Lambinus. *Grav.*

3. *Commendationem tibi ad impios cives.*] *Apud impios* Ant. Augustinus. *Ursin.*

4. *Mihi uni conservatæ dedit.*] Supplicatio significatur; quam ei consuli, conjuratione Catilinæ patefacta, togato senatus decrevit. quod antea contigerat nemini. itaque Phil. XIV. *Mihi*, inquit, *consuli supplicatio, nullis armis sumptis, non ob cædem hostium, sed ob conservationem civium, novo & inaudito genere decreta est.* In epistola vero ad Catonem: *Tu idem supplicationem mihi decrevisti togato, non ut multis rep. bene gesta, sed ut nemini rep. conservata.* P. Manut.

5. *Se esse hostem patriæ.*] L. Col. *se esse patriæ.* ceteri cum impressis consentiunt: utrique probabiles. Horum scriptura significantior, illius concinnior ac numerosior. *Ferrar.* *Se esse patriæ.*] Antiquus liber, *esse hostem patriæ.* quibus putamus deesse vocem *se*, quam a posteriore syllaba præcedentis verbi, *esse*, mutuamur: ut fit, *esse se hostem patriæ.* Faërnus.

6. Ve-

de ceteris rebus respondeo, de amicitia, quam à me violatam esse criminatus est, quod g ego gravissimum crimen judico, pauca h dicam. P. CLXI. g ego deest in aliis. h dicamus alii.

II. CONTRA rem suam [6] venisse me nescio quando questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari & necessario i meo? non venirem contra gratiam, [7] non virtutis spe, sed ætatis flore collectam? non venirem contra injuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non jure prætorio? [[8] Sed hoc idcirco commemoratum à te puto, ut te infimo ordini commendares, cùm te omnes recordarentur libertini generum & liberos tuos, nepotes Q. Fadii, libertini hominis, fuisse.] At enim te in disciplinam meam tradideras: [9] nam (ita k dixisti) domum meam l ventitaras. m Næ tu, si id fecisses, meliùs famæ, meliùs pudicitiæ tuæ consuluisses. sed n nec fecisti, nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. i meo deest in MS. k dixi MS. l vendideras MS. m alii Nec n neque MSS.

4 Auguratûs petitionem mihi te concessisse dixisti. O incredibilem audaciam! ô impudentiam prædicandam! Quo enim tempore me augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompejus & Q. Hortensius nominaverunt (neque enim licebat à pluribus nominari) [10] tu nec solvendo eras, nec te ullo modo, nisi eversâ republicâ, incolumem fore putabas. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cùm in Italia Curio non esset? aut tum, cùm

6. *Venisse.*] In judicium, ut familiarem meum defenderem. Judiciale verbum, ut Phil. VIII. *cum suo magno esset beneficio venisse eum contra se.* Pro Q. Roscio: *Quid tu, Saturi, qui contra hunc venis, existimas alter?* Lib. II. in Verrem: *Quid si omnium mortalium Sthenio nemo inimicior quàm hic C. Claudius; tum semper, cùm in his ipsis rebus & temporibus fuit? si de litteris corruptis contravenit?* Et pro Muræna: *Si turpe existimas te advocato illum ipsum, contra quem veneris, caussâ cadere.* P. Manut.

7. *Non virtutis specie.*] *Spe* pro *specie* habet liber Vaticanus: quod placet. *Ursin.* Pal. sec. atque Mauritianus *virtutis spe.* neque aliter exemplar S. Victoris. *Grut.*

8. [*Sed hoc idcirco &c.*] Hæc uncis inclusimus, quòd in plerisque MSS. quibus viri doctissimi quique usi sunt, non reperiantur: & possunt abesse.

9. *Nam, ita dixisti, domum meam ventitaras.*] Sic iste locus interpungendus, vulgata distinctio reddit locum ἀσύνθετον. Græv.

10. *Nec tu solvendo eras.*] *Tu nec solvendo*, o. l. v. hoc amplius Col. *Incolumem fore putabas.* quo numero ita juvantur aures meæ, ut non dubitem, quin ita scriptum sit a Cicerone. *Ferrarius.*

cùm es factus, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? cujus etiam familiares de vi condemnati ſunt, quòd tui nimis ſtudioſi fuiſſent.

5 III. AT BENEFICIO ſum uſus tuo. Quo? quamquam illud ipſum, quod commemoras, ſemper præ me tuli. Malui me tibi debere confiteri quàm cuiquam minùs prudenti non ſatis gratus videri. Sed quo beneficio? [o] quòd me [11] [p] Brundiſii non occideris? quem ipſe victor, qui tibi, ut tute gloriari ſolebas, detulerat ex latronibus ſuis principatum, ſalvum eſſe voluiſſet, in Italiam [12] ire juſſiſſet, eum tu occideres? Fac potuiſſe. quod eſt aliud, patres conſcripti, [13] beneficium latronum, niſi ut commemorare poſſint, iis ſe dediſſe vitam, quibus non ademerint? Quod ſi eſſet beneficium, numquam ii, qui illum interfecerunt, à quo erant ſervati, quos tu ipſe viros clariſſimos appellare ſoles, tantam eſſent gloriam conſecuti. Quale autem beneficium eſt, quòd te abſtinueris [q] nefario ſcelere? qua in re non tam jucundum videri mihi debuit, [r] non interfectum à te, quàm miſerum, id te impunè facere potuiſſe.

6 Sed ſit beneficium, quandoquidem majus accipi à [ſ] latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu reipublicæ queri non debui, ne [t] in te ingratus viderer? [14] [v] Nam in illa querela, miſera quidem &

o quo *alii.*
p Brundu-ſii *alii.*
P. B.
q à nef. *alii.*
r me non *alii.*
ſ latronum principe *MS.*
t le te *alii.*
v An *alii.*

11. *Brundiſii.*] Quò ſe poſt aciem Pharſalicam, nondum impetratâ a Cæſare veniâ, ſatis temere contulit. *P. Manut.*

12. *Ire juſſiſſet.*] Non juſſerat Cæſar, ſed Ciceronis genero Dolabellæ dixerat, ut ad eum ſcriberet, ut in Italiam quàm primum veniret. epiſt. 7. lib. XI. ad Attic. *Idem.*

13. *Beneficium latronum.*] Salvianus libro VIII. de Gubernatione Dei: *Latrones quidem hoc proverbio uti ſolent, ut quibus non auferant vitam, dediſſe ſe dicant.* Xenophon libro II. de Expeditione Cyri Junioris. Menon Theſſalus: *Beneficii loco numerabat, ſi quis ab ipſo diſcederet, quod eum in poteſtate habens non occidiſſet.* In eandem pene ſententiam Seneca libro II. de Beneficiis cap. 12. *Cæſar dedit vitam Pompejo Penno, ſi dat qui non aufert.* Et cap. 20. *Brutus a Cæſare vitam accipere debuit: ob hoc tamen non habere illum parentis loco, qui in ius dandi beneficii injuriâ venerat. Non enim ſervavit is qui non interfecit, nec beneficium dedit, ſed miſſionem.* Plinius lib. XVI. cap. 42. *Hinc civica coronæ meritum virtutis inſigne clariſſimum: poſtquam civilium bellorum profano, meritum cœpit videri civem non occidere.* Abram.

14. *An in illa querela.*] *At* nonnulli ſcripti l. quod probo: ut eorum mentibus reſpondeat, qui hoc dicere potuiſſent, *Tu quidem de interitu reip. queri debuiſti, ſed tamen id facere ſine ulla con-*

tu-

& luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me senatus populusque Romanus collocavit, necessaria, x quid est dictum à me cum contumelia? quid non moderatè? quid non amicè? y Quod [15] quidem cujus temperantiæ fuit, de M. Antonio querentem, abstinere z maledicto? præsertim cùm tu reliquias reipublicæ dissipavisses? cùm domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia? cùm leges eas, quæ numquam promulgatæ essent, & de te, & à te latas confiterere? cùm auspicia augur, intercessionem consul sustulisses? cùm esses fœdissimè stipatus armatis? cùm omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustrisque confectus? At ego, tamquam 7 mihi cum M. Crasso contentio esset, quocum multæ & magnæ fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo, de republica graviter querens, de homine nihil dixi.

x quid dictum *alii.*

y *ita MSS. alii* &.

z maledicti *MS.*

IV. ITAQUE hodie perficiam, ut intelligat, [16] quantum à me beneficium tum acceperit. At etiam litteras, quas me sibi misisse diceret, recitavit, homo & humanitatis expers, & vitæ communis ignarus. Quis enim umquam, qui paullùm modò bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit palamque recitavit? quid a est aliud, tollere è vita vitæ societatem, [17] quàm tollere amicorum colloquia absentium? [18] quàm multa joca solent esse in epistolis, quæ prolata si sint inepta b esse vi-

P. CLXII.

a hoc est *edd. vett.*

b esse deest in *MS.*

tumelia Antonii. Quibus respondet, Quid non moderate? quid non amice? Quemadmodum illud ad Cæcinnam, *Nunquam nisi honorificentissime Pompejum appellat: At in ejus personam multa fecit asperius. Armorum ista & victoria sunt facta, non Cæsaris.* Ferrar.

15. *Et quidem cujus temperantiæ.*] *Quod quidem*, o. l. v. quod tamen abiudico. *Ferr. Et quidem.*] Antiquus liber cum omnibus in hac parte consentiens habet, *quod quidem.* & paulo post pro eo quod in eo est, *abstinere maledicti*, nos *maledictis* legimus. *Faërnus. Quod quidem* cum exstet etiam in omnibus meis, ut & in Faërni, Mureti, Lambini editionibus, non potui repudiare. *Gravius.*

16. *Quantum tam a me beneficium accepirit.*] Plerique libri *tum* non habent. in quibus reperitur, ii sic: *Quantum a me beneficium tum acceperit.* Ferrarius. Sic & Vaticanus, & qui eum expresserunt Faërnus, Muretus, Lambinus, Manutius. *Grav.*

17. *Quam tollere amicorum.*] Melius istud è tribus mss. nostris quàm vulgatum, *societatem? tollere am. &c.* Gulielmius. *Gruter.*

18. *Quam multa ioca solent esse in epistolis.*] Idque mihi placet. Veneti tamen & alii, *loca*, non *joca*, Camerar.

19. Qui

videantur? quàm multa seria, neque tamen ullo modo divulganda?

8 Sit hoc inhumanitatis [c] tuæ: stultitiam incredibilem videte. Quid habes, quod mihi opponas, homo diserte, ut [d] Mustellæ Tamisio & Tironi Numisio [e] videris? [19] qui cùm hoc ipso tempore stent cum gladiis in conspectu senatûs, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. Sed quid [f] opponas tandem, si negem, me umquam istas litteras ad te misisse? quo me teste convinces? an chirographo? in quo habes scientiam quæstuosam. Quî possis? [20] sunt enim librarii manu. Jam [g] invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, [h] quantam jam proferam, nihil sapere [i] docuit.

9 Quid enim est minùs, non dico oratoris, sed hominis, quàm [k] id objicere adversario, quod ille, si verbo negarit, longiùs progredi non possit, qui objecerit? At ego non nego: teque in isto ipso convinco, non inhumanitatis solùm, sed etiam amentiæ. Quod enim verbum in istis litteris est non plenum humanitatis, officii, benivolentiæ? omne autem crimen tuum est, quòd [l] de te in his litteris non malè existimem: quòd scribam tamquam ad civem, tamquam ad bonum virum; non tamquam ad sceleratum & latronem. At ego tuas litteras, etsi jure poteram à te lacessitus, tamen non proferam: quibus petis, ut tibi per me liceat quendam de [m] exsilio reducere: adjurasque, id te, invito me, non esse facturum:

c vestræ *MS.*
d Mustelæ *alii.*
e videaris *MS.*
f oppones *edd. vett.*
g enim inv. *MS.*
h quantâ *MS.*
i doceat *Grav.*
k id *deest in MS.*
l est in *MS.*
m exsulio *Lamb.* exilio *MS.*

19. *Qui cùm hoc ipso tempore.*] Muretus indicat exstare in Vaticano cod. *ipsumo*, quod mutare religio fuit Gulielmio. quid enim, addit, vetat, veteres dixisse *ipsumus*, cum iidem frequentarint *ipsissimus?* At Turnebus lib. xv. Adverſ. cap. 2. transpositis elementis leviterque mutatis, inde faciebat, *qui cum hoc pessimo &c.* Gruter. *Isto* est etiam in Franc. & Græviano. quod cur tam absurdum sit visum Mureto, ego non video. Recte tuetur vetustissimorum librorum scripturam Ferrarius. Cur enim *hoc isto* absurdius sit illo, quod non longe post sequitur, *teque in ipso isto convinco.* Sic enim meus liber. Vulgati *isto ipso.* Grævius.

20. *Sunt enim librarii manu.*] Pal. pr. & Maur. item P. *libera manu.* sec. *liberè.* unde suspicemur verum esse, *liberti manu.* Liliensis tamen legit, *sum enim libera manu.* omnino nescio quid latet. *Gruter.* Eadem varietas est in codicibus, quos excussi. Colon. *Sunt enim libere manu.* Amsterd. Franc. & Græv. *Sunt enim libera manu.* Mihi Gruteri conjectura blanditur, *Sunt enim liberti manu* scilicet scriptæ. *Grævius.*

21. *Quid*

rum: idque à me impetras. [21] quid enim [n] me interponerem audaciæ tuæ: [o] quam neque auctoritas hujus ordinis, neque existimatio populi Romani, neque leges ullæ possent coërcere? Verumtamen quid erat, quòd me rogares, si erat is, de quo rogabas, Cæsaris lege reductus? Sed videlicet meam gratiam voluit esse: in quo ne ipsius quidem ulla poterat esse lege latâ. 10

n me desunt in aliis. P. B.
o quem alii.

V. SED CÙM mihi, patres conscripti, & pro me aliquid, & in M. Antonium multa dicenda sint: alterum peto à vobis, [22] ut me pro me dicentem, benignè; alterum ipse efficiam, ut, contra illum cùm dicam, attentè audiatis. simul illud oro: si meam cùm in omni vita, tum in dicendo moderationem modestiamque [p] cognostis, ne me hodie, cùm isti, ut provocavit, [q] respondebo, oblitum esse putetis mei. non tractabo ut consulem: ne ille quidem me ut consularem. etsi ille nullo modo consul, vel quòd ita vivit, vel quòd ita rempublicam gerit, vel quòd ita factus est [r] consul: ego sine ulla controversia consularis.

p cognoscitis alii.
q respondero alii.
r cons. non est in aliis.

[23] Ut igitur intelligeretis, qualem [s] ipse se consulem profiteretur, objecit mihi consulatum meum. qui consulatus verbo meus, patres conscripti, re vester fuit. [24] quid enim ego constitui, quid gessi, nisi ex hujus ordinis consilio, auctoritate, sententiâ? Hæc tu homo sapiens, 11

s me esse consularem profiterentur edd. vett.

21. *Quid enim interponerem audacia tua?*] *Quid enim me interponerem* L. Col. quo modo locutus est in ep. ad Q. Fratrem, *Me nihil interpono.* Et in Verr. *Cur te interponis invitissimis.* C. Ferrar.

22. *Ut pro me dicentem, b.*] *Ut me pro me dicentem* nonnulli v. l. in queis Col. *Idem.* Non debebat omitti primum *me* ut omisit Gruterus, quod recte sunt amplexi Faërnus, Muretus, Lambinus, Paullus Manutius, confirmante id Coloniensi. *Gravius.*

23. *Ut igitur intelligeretis, qualem me esse consularem profiteretur.*] *Qualem ipse Consul profiteretur*, o. l. v. præclare: ut sit: Objecit mihi consulatum meum, ut intelligeretis, qualem ipse Consul profiteretur. Confirmatione non eget. Pisoni idem objicienti idem prope respondit, *Qua cum reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita forte accidisset, fueris illo tempore Consul futurus.* Ferrar. *Qualem ipse consulem profiteretur.*] Nos a proxime præcedenti dictione, *ipse*, posteriorem syllabam mutuantes conjeceramus legendum, *qualem ipse se consulem profiteretur:* quod postea antiqui libri auctoritas comprobavit. *Faërnus.*

24. *Quid enim constitui?*] Sic o. l. v. *Quid enim ego constitui? quid gessi? quid egi?* Ferrarius. Consentiunt omnes mei quoque libri. Itaque id receperunt Faërnus, Muretus, Lambinus, Manutius. Cur respuit Gruterus & editores ceteri? *Gravius.*

25. Pra-

piens, non solùm eloquens, apud eos, quorum consilio sapientiâque gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum consulatum, [25] præter P. Clodium, qui vituperaret, inventus est? [26] cujus quidem t te fatum, sicuti C. v Curionem, manet: [27] quoniam id domi tuæ est, [28] quod fuit illorum utrique fatale.

t tibi *Grav.*
v Curioni *Idem.*

Non.

25. *Præter P. Clodium.*] Liber Vaticanus, *præter te P. aut Clodium*, unde conjici potest legendum esse, *præter te aut P. Clodium*. Ursin.

26. *Cujus quidem te fatum, sicuti C. Curionem, manet.*] *Cujus quidem tibi fatum manet* o. l. v. omnino impressi propius accedunt ad sermonis Latini consuetudinem: tot tamen tamque vetustorum librorum quasi conspirationem negligendam non putavi: præsertim cum & grammatici tradant, antiquos ita locutos esse, & id poëtæ nescio cujus testimonio confirment, *At tibi pœna manet*. Quod si sequimur emendandum erit, *C. Curioni*. Ferrarius. *Cujus quidem te fatum.*] Hic locus ita legitur in antiquo libro: *cujus quidem tibi fatum, sicut Curioni, manet*. quam etiam lectionem comprobant libri, quos Ferrarius vidit. *Faërn.* *Cujus quidem te fatum, sicuti C. Curionem manet.*] Non habeo dubium, quin legi debeat ita, ut in optimo libro scriptum est: *Cujus quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni manet*. Sed nescio quomodo fit, ut quicquid paulo longius ab usitata loquendi consuetudine discedit, id quorundam aures protinus repudient. *Muret.* Faërnum & Muretum secutus est Lambinus. in meo quoque codice est *tibi*. Laudat etiam sic hunc locum Sanctius in Minerva lib II. cap. 4. & constructionem pluribus exemplis confirmat, ut illo Virgilii:

Hac eadem matrique tua, generique manebunt.

Sed præstat ut alia ibi legas. *Grav.*

27. *Quoniam id domi tua est, quod fuit illorum utrique fatale.*] Fato præscriptum videtur, ut qui uxorem Fulviam ducant, omnes immatura morte intereant. sic primus ejus vir Clodius, sic secundus Curio cæsus est: tertium te manet idem fatum. infra: *Dum istis consiliis uteris, non potes, mihi crede, esse diuturnus. etenim ista tua minime avara conjux nimium diu debet populo Romano tertiam pensionem.* Id est mortem tuam: cum duas jam populo Romano satis mature solverit, unam Clodii, alteram Curionis morte. quod enim populo Romano debet, in eo persolvendo avara esse non solet. nunc solutionem ab ea tam diu differri jure homines mirantur? *P. Manut.*

28. *Quod fuit utrique fatale.*] Fatalis maritis suis Fulvia, quod eos & ambitione inflaret, & ad ciendas turbas excitaret. Plutarchus in Antonio: *Nuptiis animum adjecit, ducens Fulviam, qua olim Clodio populari concionatori nupserat, mulierem neque lanificio, neque rei domestica deditam, neque viro privato imperare dignantem, sed magistratum obtinenti praesse, & imperanti volentem imperare.* Adeo ut in proscriptione triumvirali multos ipsa suo nomine proscripserit, ut referunt Dio & Appianus, & tum ipsa, tum Antonius Senatum ludibrio habuerint, ut auctor est Dio lib. XLVIII.

placet M. Antonio consulatus meus. At placuit P. o, ut ˣ eum primum nominem ex illius temporis aribus, qui proximè mortuus est: placuit Q. Lutatulo, cujus ʸ semper in hac republica ᶻ vivet auctoplacuit duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, irioni, ²⁹ M. Lepido, C. Pisoni, ³⁰ M'. Glabrioni, olcatio, C. Figulo, D. ᵃ Silano, L. Murenæ, qui erant consules designati: placuit idem, quod conius, M. Catoni: qui cùm multa, vitâ excedens, lit, tum quod te consulem non vidit. Maximè verò con-

12 x cum primo MSS. y singularis temp. alii. P. CLXIII. z vivit MSS. a Syllano aut Silano MS. b tunc alii.

i. *Eas ludibrio habuerunt, tum aliis modis, tum Senatum convocantes, quod Senatores calceamentis militaribus uterentur.* Et ost victos Brutum & Cassium, absente Antonio, bellum Cæsarem Octavianum, qui in Italiam redierat, excitarit. ello, ut ibidem narrat Dio, *Fulvia & gladio accingebatur, itibus tesseram dabat.* Hæc illa est Fulvia quæ tam fœde vit abscisso capiti Ciceronis. Idem Dio lib. XLVII. *Fulvia id caput arreptum, priusquam auferretur, insultansque amarurbis & conspuens genibus suis imposuit: orique ejus aperto linextractam acubus (quales secum comendi capitis caussâ mulieres compunxit, additis crebris ac turpibus opprobriis.* uxor Xylansione. Ut mirum non sit turbulentam hanc mulierem Andici fatalem. Etsi enim insanus amor Cleopatræ extremam em invenit, id tamen Plutarchus Fulviæ refert acceptum: *edem Fulviæ, quod ancillari Antonium docuisset fœminis, de- Cleopatra, quæ plane cicurem & velut a tirocinio institutum ad randum fœminis accepit.* Hæc Plutarchus. Neque tamen uxolum, sed etiam equum fatalem habuisse creditus est An-. Vide Gellii lib. III. Noct. Attic. c. 9. *Abram.*

M. Lepido.] Tres fuerunt M. Æmilii Lepidi Consules sedenorum decursu ante M. Tullii Consulatum, unus Qu. Lucatuli collega: alter anno proxime sequenti cum D. Junio tertius cum L. Volcatio Tullo, tribus annis ante Cicero- Primus superstes non fuit, sed Bruto & Lepido Consulilum patriæ bellum infert, a Catulo & Pompejo victus in iam fugit, ibique morbo exstinguitur. De ceteris duobus onstat uter superstes fuerit & approbaverit Tullii Consula- *Abram.*

M. Labeoni.] *Glabrioni* emendo. quod ex quodam loco ad Attic. licet intelligere, quo in loco horum fere, qui pellantur, omnium mentionem facit, Consularium putat s fuisse, Catuli, Servilii, Lucullorum, Curionis, Tor- Lepidi, Gellii, Volcatii, Figuli, Cottæ, L. Cæsaris, onis, etiam M. Acilii Glabrionis, Silani, Murenæ designa- Coss. Hic autem Glabrio C. Pisonis collega fuit in con- Jam Col. liber sententiam nostram comprobat. *Ferrar.*

Glabrioni.] Est à conjectura Ferrarii, sed quam sustentat Pal. quo *Glabrioni*, vulgata *L. Labeoni*. *Gruter.*

31. Qui

consulatum meum Cn. Pompejus probavit: qui ut me primùm decedens ex Syria vidit, complexus & gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Sed quid singulos commemoro? frequentissimo senatui sic placuit, ut esset nemo, qui mihi non, ut parenti, gratias ageret: qui non mihi vitam suam, liberos, fortunas, rempublicam referret [c] acceptam.

c accepta *MS.* acceptum *alii.*

13 VI. SED QUONIAM illis, quos nominavi, tot [d] & talibus viris respublica orbata est: veniamus [e] ad vivos, [31] qui duo è consulari numero reliqui sunt. L. Cottà, vir summo ingenio summâque prudentiâ, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decrevit verbis amplissimis: eique illi ipsi, quos modò nominavi, consulares senatusque cunctus assensus est. qui honos post conditam hanc urbem habitus est togato ante me nemini.

d ac tal. *alii.*
e *ita MSS.* *alii* ad eos.

14 L. Cæsar, avunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua gravitate sententiam dixit in sororis suæ virum, vitricum tuum? hunc tu cùm auctorem & præceptorem omnium consiliorum totiusque [f] vitæ debuisses habere, vitrici te similem quàm avunculi [g] esse maluisti. [32] hujus ego alienus consiliis consul usus sum: tu sororis filius, [h] ecquid ad eum umquam de republica retulisti? [i] ad quos refert? dii immortales! ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt.

f vitæ meæ *MS.*
g esse *non est in MS.*
h Et quid *MSS.* Quid *edd. vett.*
i at ad *Grav.*

15 [33] Hodie non descendit Antonius. [k] cur? [34] dat

k cur non? *alii.*

31. *Qui duo e consulari numero.*] Sic loqui solet Latina consuetudo, ut dicat *e numero* disertorum, amicorum, civium: E numero tribunorum militum, centurionum, equitum: cujus rei plurima exempla apud M. Tullium & Cæsarem passim licet invenire. Jam Livius, ut propius accedam, lib. IX. *Legatos*, inquit, *e consularium numero mittendos ad eum Senatus censuit.* Et Suetonius in Tit. Vespas. *Curatores restituendæ Campaniæ e consularium numero sorte duxit.* Quorsum hæc, inquies? ut videas rectumne sit, *e numero consulari*: an *consularium*, pro *consulari*, reponendum sit: præsertim cum hoc & ejusmodi cetera per notas scriberentur, ut ex eo facile error creari potuerit. *Ferr.* *Consularium* recepit recte Faërnus & Lambinus ex Vaticano. *um* in *consularium* absorpsit sequens *num* in *numero*, ut sæpe. *Gravius.*

32. *Hujus ego alienus consiliis consul usus sum.*] *Hujus ego consilii alienus.* c. Ferrarius. Male hoc imitati sunt Gruterus & recentiores. Rectius vetustiores cum Vaticano & aliis MSS. Nam *alienus* pulchrius jungitur cum *consiliis*. Grævius.

33. *Hodie non descendit Antonius.*] In forum. nam in collibus nobiliores habitabant. hoc sensu verbum, *descendere*, sæpe usurpat Cicero, ut Phil. VIII. *Consul se cum præsidio descensurum esse dixit*

34 dat natalicia in hortis. cui? neminem nominabo. 35 putatote l eum Phormioni alicui, tum Gnatoni, m tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam! ô impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam! tu cùm principem senatorem, civem singularem, tam propinquum habeas, ad eum de republica 36 nihil referas: ad eos referas, qui suam rem nullam habent, tuam exhauriunt? Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus.

l tum *alii*. m tum etiam *alii*. P. B.

VII. ADEONE 37 pudorem cum pudicitia perdidisti, ut

dixit. Phil. XIV. *Scitis per hos dies creberrimum fuisse sermonem me cum fascibus descensurum fuisse*. Ad Attic. lib. IV. *Cum sacrâ viâ descenderem*. P. Manut. Manutius optime rationem reddit, cur *descendere* sic accipiatur. Proprie quidem *descendere* dicebantur, qui in collibus habitabant, in quibus habitabant nobiliores Romani, postea generatim *descendere* dicebantur, qui prodibant, sive in collibus habitarent, sive in plano, ut *descendere* sit idem quod prodire. Exempla passim sunt obvia. *Gravius*.

34. *Dat natalitia in hortis*.] In antiquo libro est, *nataliciam*. ego subaudio, *cenam*. ut intelligamus Antonium in natalibus tenuiorum amicorum suorum natalicias cenas eis dare consuesse, quas alioqui ipsi, quorum natales erant, dare aliis debuissent. is enim mos antiquorum erat, teste Marco Euangelista cap. VI. Item Gellio libro XIX. cap. 9. Item Martiali lib. X. *Natali, Diodore, tuo conviva Senatus Accubat*. Faërnus. Hic etiam maluerunt Vaticanum sequi Faërnus & Lambinus quàm vulgatos aut minoris pretii & antiquitatis libros, qui *natalitia* scribunt, quamvis id possit ferri. *Gravius*.

35. *Putatote Phormioni alicui, tum Gnatoni. c.*] *Tum*, pro *eum*, mihi magis arrideret: sed o. l. refragantur. *Ferrarius*. *Putatote eum*.] Idem liber, *putate tum*, & paulo post, addendo dictionem *etiam*, legendum, *tum etiam Ballioni*. Faërnus. *Putate tum*.] Alii, *Putatote eum*. hoc quod nos scripsimus e vetere libro expressum est. *Muretus*. Equidem hic quoque longe melius Vaticanus, ut Faërnus & Muretus docuit & expressit, sequentibus Manutio & Lambino. Male respuerunt recentiores editores. *Grav*.

36. *Nihil refers, ad eos refers, qui domum suam nullam habent*.] In antiquo libro hic totus locus ita legitur: *Ad eum de rep. nihil referas? referas ad eos, qui suam rem nullam habent*. Faërnus. *Nihil referas, referas ad eos*.] Quanto sit hoc melius quàm quod antea legebatur, *Nihil refers, ad eos refers:* qui per se vident, me monitore non egent: qui non vident, eis non laboro. Itaque talia plurima sciens prudens prætermitto: quod mihi, credo item ceteris, nihil æque displiceat quàm charta verborum plena, rerum inanis. *Muretus*. Miror & hic Gruterum frugibus inventis glandes maluisse, cum tamen Manutius & Lambinus jam veram ostenderint scripturam. *Grav*.

37. *Pudorem cum pudicitia*.] Pudor est animi, pudicitia corporis. Tu igitur, Antoni, qui pudicitiam perdideras, parum de pu-

usu atque exercitatione rerum valere, tamen ad h
causam non sine aliqua spe & cogitatione venerunt.

8 III. (r) Iratum te regi Dejotaro fuisse non e
nescii, (s) e affectum illum (t) quibusdam incomm
& detrimentis, propter offensionem animi tui, mem
rant: teque cùm huic iratum, tum sibi amicum f cog
verant: cúmque apud g ipsum te de tuo periculo d
rent, fore putabant, ut in exulcerato animo facilè fic
crimen h insideret. (u) Quamobrem hoc nos prim
metu, C. Cæsar, per fidem & constantiam & clem
tiam tuam, libera, i ne residere in te ullam partem
cundiæ suspicemur. Per k dexteram te istam oro, q
regi Dejotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inqu
dexteram, non tam in bellis l & in prœliis quàm
promissis & fide firmiorem. Tu illius domum in
(x) tu vetus m hospitium renovare voluisti: te ejus dii
nates acceperunt: te amicum & placatum Dejotari
gis aræ focique viderunt.

9 Cùm facilè n exorari, Cæsar, tum semel exorari s
nemo umquam o te placavit inimicus, qui ullas rese
in te simultatis reliquias senserit. (y) Quamquam cui
p inauditæ cum Dejotaro querelæ tuæ? numquam
illum q accusavisti ut hostem, sed 7 ut amicum of
parum functum, quòd propensior r in Cn. Pompeji

e afflictum *MSS. multi.*
f esse cogn. *MSS.*
g te ipsum de *MSS.*
h confid. *MS.*
i nec *MS.*
k dextram *plerique MSS.*
l neque in *MSS.*
m officium *MSS.*
n orari *MSS.*
o tibi inimicus *MSS.*
p auditæ *MS.*
q accusasti *alii.*
r in Pomp. *MS.*

SCHOLIASTES.

(r) *Iratum te regi Dejotaro.*] Quia multaverat illum regno.

(s) *Adflictum illum.*] Non dixit partem regni.

(t) *Quibusdam incommodis.*] Ne videatur iratus voluisse occ
re. nam si dixisset partem regni. ergo ideo iratus hoc fecit.

(u) *Quamobrem hoc nos metu, Cæsar.*] Venialis pars. ergo rog
ne adhuc irascaris.

(x) *Tu vetus hospitium renovare voluisti.*] Quasi non iste in
rit. ne videatur ad insidias invitasse tu sponte egisti.

(y) *Quamquam cui sunt inaudita cum Dejotaro querela.*] Eo t
pore, quo Dejotarus in partem transierat Pompei, dedit ad
literas Cæsar. Turpe est. & ego amicus tuus fui. quæ caus
ut ad Pompejum transires. sed ignosco tibi, si secutus es no
senatûs. mitte exercitum Pompejo. mitte filium; tu tantum
cusatione utere, quia senex es. Sic ergo eum accusaverat.
quasi hostem, sed quasi perfidum amicum.

---

7. *Ut amicum officio parum functum.*] Vulgò *amici:* sed co
mss. nostros meliores, in quibus etiam postea erat *cum*, non
de quo videatur etiam Muretus lib. 11. Var. Lect. cap. 16. C

8.

probum evadere, nisi accessisset etiam disciplina?

VIII. TAM autem eras excors, [40] ut tota in oratione [d] tua tecum ipse pugnares: [e] ut non modò non cohærentia inter se diceres, sed maximè disjuncta atque contraria? ut non tanta mecum, quanta tecum tibi esset contentio? Vitricum tuum in tanto fuisse scelere [f] fatebare, pœnâ affectum querebare. ita, [41] quod propriè meum est, laudasti; quod totum senatûs est, reprehendisti. [42] nam, comprehensio sontium mea; animadversio senatûs fuit: homo disertus non intelligit, eum, quem contra dicit, laudari à se; eos, apud quos dicit, vituperari.

d tua deest in Grut. & aliis.
e nec modo alii.
f comprehensum MS.

Jam illud cujus est non dico audaciæ ([g] cupit enim se 19
audacem dici) sed, quod minimè vult, stultitiæ, quâ vincit omnes, clivi Capitolini mentionem facere, cùm inter subsellia nostra versentur armati? cùm [43] in hac cella Concordiæ, ô dii immortales! in qua me consule, salutares sententiæ dictæ sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines collocati stent? Accusa senatum:

g cœpit e. f. a. dicere MS.

h ac-

40. *Ut tota in oratione tua tecum ipse.*] Post hæc verba adde dictionem *tua*, ex antiquo libro. quod vero paulo post sequitur, ut non modo non cohærentia, in eo libro non est vox, *ut*; nos putamus legendum vel *nec modo*, vel, *&* *non modo*. pristinam tamen lectionem tenemus. *Faërnus*. Hoc cum Mureto & Lambino sequimur. *Grav.*

41. *Quod propriè meum est, laudasti: quod totum Senatûs &c.*] Ita mss. Ferrarii, acceduntque Pal. sec. Maur. P. S. Victoris. prius impressi, *quod propriè meum &c. totius Senatus*. Grut.

42. *Nam comprehensio sontium &c.*] Habent & istud quoque nostrûm quatuor, quæ adnoto, quòd P. Manutius & Lambinus isthæc quoque receperint in textum, neque tamen meminerint unde. è mss. scilicet Hier. Ferrarii, cui Philippicæ istæ nimium quantum debent. *Idem.*

43. *In hac cella Concordiæ.*] Deprehensis conjuratorum litteris, ut narrat Plutarchus in Cicerone, *Senatui in cellam Concordiæ convocato litteras recitavit, & indices audivit*. Unde illud pro Sextio: *Erat eodem tempore Senatus in æde Concordiæ, quod ipsum tempus repræsentabat memoriam consulatus mei*. Fuit autem hæc ædes illud Luc. Opimii *monumentum celeberrimum in foro*. de quo eadem oratione. Marlianus lib. III. cap. 11.: *In area Volcani templi Concordiæ ædem Fulvius, libertino patre natus, trecentis tribus annis post Capitolii instructionem, si populo ordinem Senatorium reconciliasset, vovit. Extructam deinde ex condemnatorum fœneratorum multatitia pecunia in Palatini radicibus, Opimius Consul postea restauravit*. Abram. Fuit ad clivum Capitolinum. vide Alex. Donatum II. Vet. Romæ, cap. 14. *Grav.*

h accusa *deest in MS.* h accusa equestrem ordinem, qui tum cum senatu c latus fuit: accusa omnes ordines, omnes cives, i Ityradiis *MS.* confiteare, hunc ordinem, hoc ipso tempore, ab i reis circumsederi. Hæc tu non propter audaciam k *ita Grav. alii* quia tam impudenter, 44 sed k qui tantam rerum repu tiam non videas. nihil profectò sapis. Quid est enir l contra remp. *alii.* mentius quàm, cùm ipse l reipublicæ perniciosa arm peris, objicere alteri salutaria?

45 At etiam quodam loco facetus esse voluisti. C m te *non habet Grut.* id (dii boni!) m te non decebat? in quo est tua n nulla *alii,* n nonnulla. aliquid enim salis 46 ab uxore mima tr potuisti. CEDANT ARMA TOGÆ. 47 Quid? tum n

44. *Sed qui tantarum rerum repugnantiam non videas.*] Ta o. l. v. Liber Col. non *qui*, sed *quæ*. nonnulli *quia*: quod Sic enim interpunctiones ponendas arbitror: *Hæc tu non audaciam dicis tam impudenter: sed quia tantam rerum repugn non videas. Nihil profecto sapis.* Ferr. *Sed qui tantam rerum rep tiam, &c.*] Hic locus varie scriptus est in lib. manusc. va impressus in vulg. Miror autem Faërnum & Muretum non non indicasse, quomodo in optimo illo cod. manuscr. scr sit, verùm etiam dissimiliter hunc locum edidisse. sic enim nus: *Sed quia tantarum rerum repugnantiam non videas, nih fecto sapis.* Muretus sic: *Sed qui tantarum rerum repugnanti videas, nihil profecto sapis. Quid enim, &c.* Neminem esse qui non videat, quantum inter has lectiones intersit. Qu ergo, quo modo in codice illo Romano scriptum sit, cog re non potuimus: ad nostros confugiamus. hi sic habe edidit Muretus, nisi quod, pro *tantarum*, habent *tantam*. n igitur secuti sumus. Licet tamen etiam sic legere; *Sed quia rerum repugnantiam non videas, nihil profecto sapis.* Lambinus. codex; *Sed qui tantam rerum repugnantiam non videbas.* quo inconcinnum, si pro *qui* cum vulgatis scribas *quia*; aut si cum aliis retineas, omnino legendum est, *qui*; quod me quoque præ se ferunt. *Gravius.*

45. *At etiam quodam loco facetus esse voluisti.*] Conjicit Schottus, *joco.* lib. I. Nodor. cap. 12. qui adeatur. *Grut.*

46. *Ab uxore mima.*] A Cytheride, amica sua: quam vel in castra ducebat. unde Virg. *Tua, Galle, Lycoris Perqu alium, perque horrida castra secuta est.* Cytheridem signific ait Probus: quæ & Volumnia vocabatur, quod eam Volu Eutrapelus, antequam Antonius, amavit. vide infra & ult. lib. IX. Fam. & apud Plutarchum. Uxor erat Fulvia: se rem appellavit mimam ob assiduam consuetudinem. *P. M.*

47. *Quid tum? nonne cesserunt?*] Incorrupta verba, sed tam, meo quidem judicio, distincta. Nam sic interpunge arbitror, *Quid? tum nonne cesserunt?* Illud declarat, quod tur, *at postea*, quod ad *tum* refertur. Cicero de Provinciis

cesserunt? At postea tuis armis cessit toga. Quæramus igitur, utrum melius fuerit: libertati populi Romani sceleratorum arma, an libertatem nostram armis tuis cedere. Nec verò tibi de versibus o respondebo: tantum dicam breviter; neque illos, neque ullas te omnino litteras nosse: me nec reipublicæ, nec amicis umquam defuisse, p & tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse 48 operis subsecivis, ut meæ vigiliæ meæque litteræ & juventuti utilitatis & nomini Romano laudis aliquid q afferrent. Sed r hæc non hujus temporis; s ad majora veniamus. P. R.

o resp. plura. tantum Lamb.
p ut tamen MS.
q afferent MS.
r hoc add. vett.
s majora videamus Grav.

IX. P. CLODIUM meo consilio interfectum esse dixisti. 21 Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cùm tu

sul. *Tum unquam Bisantii, & postea signa illa, & reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita tenuerunt.* Ferrar.

48. *Operis subcisivis.*] *Subsecivis* Lang. Col. Sc. & ceteri l. v. *opera* autem *subseciva* sunt, non principales (ut ita dicam) sed proximæ, quas ludis & feriis, scilicet quas a functione muneris in remp. forum, amicos, studiis ac musis damus. Dictæ (opinor) *subseciva* ab iis, quæ in agrorum assignationibus subseciva nominantur: quæ sunt tanquam assignatorum finium reliqua: de quibus Frontinus, *Subsecivum*, inquit, *est, quod a subsecante linea nomen accepit. Subsecivorum genera duo: unum, quod in extremis assignatorum finium, centuria expleri non potuit. alterum genus subsecivorum, quod in mediis assignationibus & integris centuriis intervenit. quicquid enim inter IV. limites minus quàm interclusum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui assignationi superest, linea claudatur & subsecetur: nam & reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem lineam & extremitatem interest, subsecivum appellatur.* Idem & eo plus etiam Agennus & Urbicus tradunt. hæc autem, ut scribit Hyginus, divisionum atque assignationum auctores fere sibi reservabant. Ab hac similitudine igitur operæ, horæ, tempora, quæ amicorum, fori, reip. supersunt, atque ex iis eripiuntur & quasi subsecantur: quæ nobis reservamus, nec perire sinimus, sed in legendo, commentando, scribendo consumimus, subseciva nuncupantur. Quare apud Varr. lib. 1. de Re Rustica, in *subsecivum*, non *subcisivum*, apud M. Tull. multis in locis, apud ceteros scriptores eodem modo scribendum est. Hæc ex Angeli Colotii Thesauris deprompsimus, quem omnes a litteris non alieni pene venerari debemus, non solum propter ejus eruditionem atque doctrinam prope singularem, sed etiam propter incredibilem quendam in hoc hominum genus amorem & charitatem: ita ejus omnis gratia, opes, domus, atque adeo ipse totus omnibus studiosis patet. *Idem. Operis subsecivis.*] Harum duarum vocum in optimo illo libro ne tenuissimum quidem vestigium est: quod tamen librarii culpâ factum puto. *Muretus. Operis subcesivis.*] Absunt hæc duo verba ab antiquissimo libro Vaticano. *Fulv. Ursinus.*

t spectante alii. tu illum in foro, t inspectante populo Romano, gladio
v ita MSS. alii se sub scal. stricto insecutus es, negotiumque transegisses, nisi ille v se in scalas 49 tabernæ librariæ conjecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset? 50 Sed quid? ego favisse me tibi fateor, suasisse ne tu quidem dicis. At Miloni ne favere quidem potui. priùs enim rem transegit quàm eum quisquam facturum id suspicaretur. At ego suasi! Scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse reipublicæ
x alii Quid ergo? MS. Quid igitur? sine suasore non posset. At lætatus sum. x Quid? ergo in tanta lætitia cunctæ civitatis me unum tristem esse oportebat?

22 Quamquam de morte P. Clodii fuit quæstio non satis prudenter illa quidem constituta. Quid enim attinebat
y tum cùm edd. vett. nova lege quæri de eo, qui hominem occidisset, cùm esset legibus quæstio constituta? quæsitum est tamen.
z & alii. Quod ergo, y cùm res agebatur, nemo in me dixit; z id
23 tot annis pòst tu es inventus, qui diceres? Quòd verò dicere ausus es, idque multis verbis, operâ meâ Pompejum à Cæsaris amicitia esse disjunctum, ob eamque causam meâ culpâ civile bellum esse natum, in eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus errasti.

P. CLXV. X. Ego M. Bibulo, præstantissimo civi, consule, nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompejum à Cæsaris conjunctione avocarem. in quo Cæsar fuit felicior. ipse enim Pompejum à mea familiaritate disjunxit. Postea verò quàm se totum Pompejus Cæsari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere conarer? stulti erat sperare: suadere impudentis.

Duo

49. *Taberna libraria.*] Horatius lib. 1. Sat. 4.

Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.

Taberna proprie & stricte dicitur locus tabulis clausus, ut notant Festus & Isidorus, quamvis, ut ait Ulpianus de Verb. Significat. lib. CLXXXIII. *Taberna appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium.* ubi notat Godefredus reperiri tabernam argentariam, D. de contrahend. empt. l. 32. Lanionis, de orig. juris l. 2. §. 24. ferrariam, D. de leg. l. 88. casseariam D. si servit. vindicet. Cauponiam, D. de instr. l. 13. institoriam, de instit. l. 3. 18. Pistrinariam, D. de instructo l. 15. Purpurariam, D. de leg. l. 91. *Abram.*

50. *Sed quid ego? favisse me tibi &c.*] Ita videtur distinguendum, non ut publicatur? *Sed quid? ego favisse &c.* non malè etiam Gulielmius conjiciebat: *Ecquid ego? favisse.* Gruter. Malui & hic sequi veterrimum codicem Vaticanum cum Mureto & Lambino quàm triviales libros. *Gravius.*

51. Ne

Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompejo suaserim. ea velim reprehendas, si potes: unum, ne quinquennii imperium Cæsari [a] prorogaretur. alterum, [51] ne pateretur fieri, ut absentis ejus ratio haberetur. quorum si utrumvis persuasissem: in has miserias numquam incidissemus. Atque idem [b] cùm jam omnes opes & suas & populi Romani Pompejus ad Cæsarem detulisset, seróque [c] eadem sentire cœpisset, quæ ego antè multo [52] præviderem, inferrique patriæ bellum nefarium viderem, pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti: meaque illa vox est nota multis, Utinam, [d] Pompei, cum C. Cæsare societatem aut [e] numquam coisses, aut numquam [f] diremisses! fuit alterum gravitatis, alterum prudentiæ tuæ. Hæc mea, M. Antoni, semper & de Pompejo & de republica consilia fuerunt. quæ si valuissent, respublica staret: tu tuis flagitiis, egestate, infamiâ, concidisses. 24

a prorogaret *Grav.*
b ego, cum *Idem.*
c ea *alii.*
d Cn. Pomp. *Grut.*
e nunq. *alii.*
f dirim. *MS.*

XI. [53] SED HÆC vetera: illud verò recens, Cæsarem meo consilio interfectum. Jam vereor, patres conscripti, ne, quod turpissimum est, prævaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solùm meis laudibus ornaret, [54] sed 25

51. *Ne pateretur fieri, ut absentis &c.*] Victorius lib. XXII. Var. lect. putat legendum *ferri*; non male. *Gruterus. Ferri* haustum est ex Vaticano, itaque merito receperunt Faërnus, Muretus, Lambinus, Manutius, quos non consuluisse Gruterum mirum est. *Gravius.*

52. *Previderam.*] *Pravideram* liber Vaticanus. *Ursin.*

53. *Sed hæc vetera.*] Ordo rerum gestarum exigebat, ut prius de castris Pompeji quàm de nece Cæsaris loqueretur. Sed fortasse respondendo secutus est eum ordinem, quem Antonius objiciendo servarat: & ut ostenderet Ciceronem naturâ turbulentum esse & seditionibus delectari, crimina per quinque personas digesserat. Ipsum Antonium, cujus ille amicitiam violarat, Lentulum, quem prætextu conjurationis Consul in carcere jugularat, P. Clodium, quem suis consiliis manu Milonis occiderat: Cæsarem, quem & a Pompeji conjunctione primo distraxerat, unde civile bellum exarsit; deinde suo consilio Consul interfecerat, Brutum & Cassium, suos necessarios, ad ejus necem impellens. Ipsum denique Pompejum, cujus animum bello civili partim mœstitiâ, partim jocis alienarat. Ex quibus omnibus colligebat Ciceronem, qui neminem amaret, a nemine etiam amari, adeo ut omnibus odio esset, nec a quoquam amicorum heres scriberetur. Hæc igitur fuit causa cur, ordine & tempore intermisso, omnia, quæ ad personam Cæsaris pertinebant, oratione conjunxerit. *Abram.*

[54] sed etiam oneraret alienis. Quis enim meum [55] in istius gloriosissimi facti conscientia nomen audivit? cujus autem, qui in eo numero fuisset, nomen est g occultatum? occultatum dico? cujus non statim divulgatum? citiùs dixerim [56] jactasse se aliquos, ut fuisse in ista societate [57] viderentur, qui socii non fuissent, quàm ut quisquam celare vellet.

g occult. *non est in MS.*

P. B.

26 Quàm verisimile porro est, in tot hominibus, partim obscuris, partim adolescentibus neminem occultantibus, meum nomen latere potuisse? Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur illis auctoribus, Brutos ego impellerem, quorum uterque L. Bruti imaginem quotidie videret, alter etiam Ahalæ? h His igitur majoribus orti ab alienis potiùs consilium peterent quàm à suis? & foris potiùs quàm domo? Quid? C. Cassius, in ea familia natus, quæ non modò dominatum, sed ne potentiam quidem cujusquam ferre potuit, me auctorem, credo, desideràvit: qui etiam sine his clarissimis viris hanc rem in i Cilicia ad ostium fluminis Cydni confecisset, [58] si ille ad eam

h Hi igit. his parentibus orti *multa edd.*

i Ciliciam *edd. vett.*

54. *Sed etiam oneraret alienis.*] Verbum *oneraret* abest ab optimo libro Vaticano. *Ursin.*

55. *In istius gloriosissimi facti conscientia.*] Editi prius *societate*, proculdubio ignoratione vocis prioris, quam neque cepit Ferrarius, à quo tamen scimus eam hærere in omnibus libris scriptis: neque aliter Pall. Gemb. Maur. & P. nec non S. Vict. *Gruter.* Sed nihil planius est scriptura Vaticani codicis, quam expresserunt Faërnus, Muretus, Manutius, Lambinus, a qua non erat recedendum cum Grutero. *Grav.*

56. *Jactasse se aliquos.*] Ut C. Octavium, Lentulum Spintherem, qui postea auctore Augusto ostentationis & jactantiæ suæ pœnas dedere. *P. Manut.*

57. *Viderentur socii, cum socii non fuissent.*] Hæc est scriptura priscarum editionum; neque abeunt mss. nostri, nisi quod Pal. pr. *viderentur socii quod fuissent.* recentiores admiserunt conjecturam Ferrarii, *viderentur qui socii non fuissent.* non rectè, si enim attendimus, videbimus voces aliquot esse à librariorum sinistra liberalitate. itaque legendum erat; *viderentur, quàm ut quisquam &c.* etsi non négem, posse etiam abjici, *quàm ut quisquam &c.* Gruter. Non argutaretur Gruterus, si vidisset Vaticani libri lectionem, quam cum Faërno, Mureto, Manutio complectimur tanquam certissimam & verissimam. *Gravius.*

58. *Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam navis applicuisset.*] *Navi appulisset*, o. l. v. aperte rectum. *Ferrarius.* *Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam navis appulisset.*] Ferrarius ex libris suis emendavit *navi appulisset*; antiquus tamen liber habet *navis*, accusativum pluralem, pro *naves.* quod ip-

eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam [k] navi appulisset. k *alii* navis *aut* navim.

Cn. Domitium non patris interitus, clarissimi viri, non 27 avunculi mors, non spoliatio dignitatis, [59] ad recuperandam libertatem, sed mea auctoritas excitavit? An C. Trebonio [l] ego persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. l *alii non* quo etiam majorem ei respublica gratiam debet, qui li- *habent*. ego. bertatem populi Romani unius amicitiæ præposuit; depulsorque dominatûs quàm particeps esse maluit. An L. [m] Tillius Cimber me est auctorem secutus? quem ego m Tullius magis fecisse illam rem sum admiratus quàm facturum *MSS. &* putavi. admiratus sum autem ob eam causam, quòd im- *alii*. memor beneficiorum, memor patriæ fuisset. Quid duos n Cassios Servilios? [n] Cascas dicam, an Ahalas? [o] & hos auctori- *MSS. mali.* tate mea [p] censes excitatos potiùs quàm caritate reipubli- o at hos cæ? Longum est persequi ceteros: idque reipublicæ *Lamb.* [60] præclarum fuisse; tum multò ipsis gloriosius est. p censetis *alii*.

XII. At quemadmodum me coarguerit homo acutus 28 recordamini. Cæsare interfecto, inquit, statim cruentum altè extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nomina- P. CLXVI. tim

ipsum, id est *naves*, in aliquibus aliis libris est. *Faërnus*. *Navi appulisset*.] Qui *navi* maluerat, non cogitarat *navis*, quarto casu dictum esse, pro *naves*. nam quod de omnium veterum librorum consensu dixerat falsum est. Sed non habeo necesse omnia singillatim persequi. *Muret*. *Navi appulisset*.] Sic omnes Ferrariani. nam nostri, *navis appulisset*. editio recepta, *navim applicuisset*. Grut. Vaticani scripturam arripuerunt Faërnus, Muretus, Manutius, Lambinus.

59. *Ad recuperandam libertatem*.] Jusseram scribi *reciperandam*: ut in vetere libro est: sed librarii non paruerunt. Porro ut, *optimus* & *optumus*: *lacrima* & *lacruma*: sic *reciperare* & *recuperare* veteres nullo discrimine dixerunt. *Muret*.

60. *Præclarum fuisse, tum multo ipsis gloriosius est*.] Ita edd. priscæ. ita Pall. ambo. nisi quod sec. *tamen*, & verò testatus est, nostram exstare in omnibus suis scriptis Ferrarius. probo; sed superat adhuc vox *fuisse*, quæ spurium quid sapit. deinde abjiciendum *est* à fine, suasu Pal. pr. neoterici receperunt Ferrarii conjectaneum, *præclarum fuisse tam multos*, *ipsis gloriosius est*. at Victoriana, *fuisse tam multos*, *tum multo ipsis gloriosius*. Gruter. Nec hic fuit recedendum ab auctoritate præstantissimi codicis, quem secuti sunt Faërnus, Muretus, Lambinus, Manutius, nisi quod hic retineat *gloriosius*. *idque reipublicæ præclarum*, *fuisse tam multos*, *ipsis gloriosum*. Fuit id reipublicæ magnæ laudi, fuisse tam multos in illa cives, qui ejus salutem, dignitatem & libertatem assererent contra impotentem dominatum Cæsaris, ipsis autem tot vindicibus libertatis hoc fuit gloriosum. *Gravius*.

tim exclamavit, atque ei [q] recuperatam libertatem est gratulatus. Cur mihi potissimum? [r] quòd sciebam? Vide ne illa caussa fuerit appellandi [s] me, quòd cùm rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gesseram, [t] me potissimum testatus est, se æmulum mearum [v] laudum exstitisse.

29 Tu autem omnium stultissime non intelligis, si id, quod me arguis, voluisse interfici Cæsarem, crimen sit: etiam lætatum esse morte Cæsaris crimen esse? quid [x] enim interest inter suasorem facti & probatorem? aut quid refert, utrùm voluerim fieri, an gaudeam factum? ecquis [y] est igitur, [61] te excepto, & iis qui illum regnare gaudebant, qui illud [z] aut fieri noluerit, aut factum improbarit? omnes enim in culpa. etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit: voluntas nemini.

q recip. alii.
r qui Grav.
s mei Id. & alii.
t me deest in MS.
v laudium Grav.
x en. deest in MS.
y est non est in MS.
z auferri MS.

30 Sed stuporem hominis, [a] vel dicam pecudis, attendite. sic enim dixit, M. BRUTUS, QUEM EGO HONORIS CAUSA NOMINO, CRUENTUM PUGIONEM TENENS, CICERONEM EXCLAMAVIT: EX QUO INTELLIGI DEBET, EUM CONSCIUM FUISSE. Ergo ego sceleratus appellor à te, quem tu suspicatum aliquid suspicaris: ille, qui stillantem [b] præ se pugionem [62] tulit, is à te honoris caussâ nominatur? Esto: [c] sit in verbis tuis hic stupor. quanto in rebus sententiisque major? Constitue hoc, consul, aliquando; Brutorum, C. Cassii, Cn. Domitii, C. Trebonii, reliquorum, quam velis esse caussam: edormi crapulam, inquam, & exhala. An faces admovendæ sunt, quæ te excitent, [d] tantæ caussæ indormientem? numquamne intelligis, statuendum tibi esse, utrùm illi, qui istam rem gesserunt, [e] homicidæ sint, an vindices libertatis?

a vel ut ita dicam MSS.
b post MS.
c sit verbis MS.
d tanta causa MS.
e homicidii rei alii.

31 XIII. ATTENDE enim paullisper [63] cogitationemque

[61]. *Te exceptó, & iis qui eum regnare gaudebant.*] Redintegravi hanc periodum ex Pal. sec. Gembl. Lil. & S. Victoris. alludebatque item Pal. pr. in quo *te excepto, is, qui eum regnare gaudebat.* Gruter.

[62]. *Tulit, is à te honoris.*] Abundat heic, aut *ille* aut *is*, & pro hoc agnoscebat Mauricianus *his*, unde fecerat Gulielmius *hic.* Idem.

[63]. *Cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suscipe.*] L. v. partim cum impressis consentiunt: plerique, *punctum* tantummodo: nonnulli, *puncto.* omnes probabiles. *Ferrar.* *Ad punctum temporis suscipe. & ego qui sum.*] Delenda præpositio *ad* & copula

que sobrii hominis [f] punctum temporis suscipe. [g] etenim ego, qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris; ut à te arguor, socius, nego quidquam esse medium: confiteor eos, [h] nisi liberatores populi Romani conservatoresque reipublicæ sint, plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm [i] parricidas esse: siquidem est atrocius patriæ parentem quàm suum occidere. Tu homo sapiens & considerate, quid dicis? si [k] parricidæ: cur honoris causâ à te sunt & in hoc ordine & apud populum Romanum semper appellati? cur M. Brutus, te referente, [64] legibus est solutus, si ab urbe plus quàm decem

f ad punct. *alii.* P. B.
g etenim *Grav. deleta*
h ni *MS.*
i patricidas *Lamb.*
k patricidæ *Idem.*

pula *&*, deinde post aliqua, ubi est, *ab eodem te*, vox *te* non est in antiquo exemplari, quæ tamen non videtur tollenda. *Faërnus.*

64. *Legibus est solutus.*] Dio lib. LIII. *Λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατινικὰ ῥήματα λέγει, τοῦτ' ἔστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσι. Legibus enim solvuntur, ut ipsa verba Latina sonant, hoc est ab omni legum necessitate liberi sunt.* Quæ verba Xylander (opinor, ut se legibus interpretandi solutum ostenderet) ita verterat: *Legibus enim soluti sunt Imperatores: quo ipso solo & ea qua retulimus, ac reliqua etiam omnia agendi licentia eis datur.* Neque vero Dio repugnat Ciceroni, ajens id ante mutatam rempublicam nemini unquam Romano fuisse concessum. Nemo enim solutus ante fuerat legibus absolute & in omnibus rebus, sed tantum ab aliqua lege peculiari, ut Scipio Æmilianus a legibus annalibus, Cæsar ea lege, quæ vetabat absentis rationem haberi, in petitione Consulatûs, Brutus ea lege, quæ Prætorem urbanum ab urbe plus quàm decem dies abesse prohibebat. Imo libera republica legibus facillime fuisse solutos tradit Asconius in præfationem Cornelianæ: *Promulgavitque legem, qua auctoritatem Senatûs minuebat, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur: quod antiquo quoque jure erat cautum. Itaque in omnibus tum S. C. quibus tum aliquem legibus solvi placebat, adjici erat solitum, ut ea de re ad populum ferretur: sed paulatim ferri erat desitum, resque jam in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adjiceretur quidem de rogatione ad populum ferenda, eaque ipsa S. C. per pauculos admodum fiebant.* Paulo post, cum eam legem non pertulisset: *Tum Cornelius ita ferre rursus cœpit, ne quis in Senatu legibus solveretur, nisi C C adfuissent, &c. eam tulit invitis optimatibus, qui vel pauci S. C. facere solebant.* In aliis tamen rebus, ut dicemus, Senatusconsultum non fiebat, si pauciores quadringentis aut saltem receptis adfuissent, è quibus videas quam facile etiam post legem Corneliam legibus solverentur. *Abram.* *Legibus solvi* apud Romanos dicebantur, qui una tantum lege solvebantur, ut ex hoc & pluribus locis Livii & aliorum liquet. Hujus locutionis vim non intellexit Dio Cassius. Nam in hac notione, qua legibus omnibus quis solutus dicitur, nec Julius Cæsar, nec ejus successores, nisi posterioribus temporibus, cum nimis invalesceret adulatio & servitus, unquam fuerunt

cem dies [l] abfuisset? cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur provinciæ Cassio & Bruto, datæ? cur quæstores additi? [65] cur legatorum numerus [m] auctus? Atque hæc acta per te. non igitur homicidæ. sequitur, ut liberatores tuo judicio [n] sint: quandoquidem tertium nihil potest esse.

32 Quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis, quæ [66] distinctiùs dicuntur, intelligis. sed tamen hæc est summa conclusionis meæ: quoniam scelere à te liberati sunt, ab eodem te amplissimis præmiis [o] dignissimi judicati sunt. Itaque jam retexo orationem meam. scribam [p] ad illos, ut, siqui fortè, quod à te mihi objectum est, quærent, sitne verum: ne cui negent. etenim vereor, ne aut [q] celatum [r] me ab ipsis, illis non honestum, aut invitatum refugisse, mihi sit turpissimum. Quæ enim res [s] umquam (prô sancte Jupiter!) non modò in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta major? quæ gloriosior? quæ commendatior [t] erit hominum memoriæ sempiternæ? In hujus me consilii societatem, tamquam in equum Trojanum, [67] cum principibus includis? non recuso.

33 Ago etiam gratias, quoquo animo facis. tanta enim res est, ut invidiam istam, quam tu in me vis concitare,
P.CLXVII. cum laude non comparem. Quid enim beatius illis, quos tu expulsos à te prædicas & relegatos? qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos, quò accesserint, non affari atque appetere videatur? qui homines tam agrestes, qui se, cùm eos adspexerint, non maximum cepisse vitæ fructum putent? quæ verò tam immemor posteritas, quæ tam ingratæ litteræ reperientur, quæ

l affuisset *Græv.* fuisset *Lamb.*
m est additus *edd. vett.*
n sint *deest in multis edd.*
o. dignissimos judicatos *MSS.*
p orationem ad *MS.*
q delatum *quæd. edd.*
r me esse ab *Lamb.*
s unquam *deest in MS.*
t erit *Lamb. & alii non habent.*

runt soluti, ut patet ex Suetonio, Tacito, & in primis illo S. C. antiquo Romæ invento, in quo legibus solvi dicitur Vespasianus, quibus soluti fuerint Julius, Augustus & ceteri. *Gravius.*

65. *Cur legatorum numerus additus.*] L. Lang. & alii multi, *est additus*. Col. *numerus actus*. ego *auctus* emendaram. Quod postea nescio cujus liber, vetus quidem certe, mihi penitus confirmavit. *Ferr. Cur legatorum numerus auctus.*] Honoris causâ auctus legatorum numerus. Vide orat. de Provinciis Consularibus, *actum est de decem legatis*. Abram. A Coloniensi abest *auctus* & *additus*. Et sane potest abesse & ex præcedentibus repeti. *Gravius.*

66. *Distinctius.*] *Disjunctius* liber Vaticanus. *Ursin.*

67. *Cum principibus includis? non recuso.*] Ita Pall. ita Liliensis & Maur. non, *includi cum principibus non recuso*, uti retrò cusi. *Gruter.*

68. Non

quæ eorum gloriam non immortalitatis memoriâ prosequantur? Tu verò adscribe v me talem in numerum. 34

XIV. SED UNAM rem vereor, ne non probes. si enim fuissem, [68] non solùm regem, sed regnum etiam de republica sustulissem: &, si meus stilus ille fuisset (ut dicitur) mihi crede, non solùm unum actum, sed [69] totam fabulam confecissem. [70] Quamquam si interfici Cæsarem voluisse crimen est, vide, quæso, Antoni, quid x tibi futurum sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est, & ob ejus consilii societatem, cùm interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus sevocari. Ego autem (vide quàm tecum agam non inimicè) quòd benè cogitasti aliquando, laudo: y quòd non indicasti, gratias ago: quòd non fecisti, z ignosco. z virum res illa quærebat.

v me deest in MS. x enim MS. y quòd indic. alii. z verum MS.

Quòd si te in judicium quis adducat usurpetque illud 35 Cassianum, CUI BONO FUERIT: vide, quæso, ne hæ-

68. *Non solum regem, sed regnum etiam.*] Hoc est quod sæpe queritur. ut epistola prima ad Cassium: *Non regno, sed rege liberati videmur. Interfecto enim rege regios omnes nutus tuemur. Neque vero id solum, sed etiam quæ ipse ille, si viveret, non faceret, ea nos quasi cogitata ab illo probamus: nec ejus quidem rei finem video. Tabulæ figuntur: immunitates dantur: pecuniæ maximæ describuntur: exsules reducuntur: Senatusconsulta falsa referuntur: ut tantummodo odium illud hominis impuri & servitutis dolor depulsus esse videatur: Respublica jaceat in iis perturbationibus, in quas eam ille conjecit.* Et epistola 8. lib. XIV. ad Atticum: *O Dii boni! vivit tyrannis: tyrannus occidit. Ejus interfecti morte lætamur, cujus acta defendimus.* Vide eodem libro epist. 10. & 16. *Sublato enim tyranno tyrannida manere video. Nam quæ ille facturus non fuit, ea fiunt.* Innuit autem cum Cæsare occidendum etiam fuisse Antonium. *Abram.*

69. *Totam fabulam confecissem.*] Quasi quinctus & ultimus fabulæ actus defuit, cum tu non sis eo die, quo Cæsar, interfectus. sed ego si affuissem ad exitum fabulam perduxissem. In ep. ad Trebonium: *Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas idibus Mart. me invitasses: reliquiarum nihil haberemus. at nunc cum his tantum est negotii, ut vestrum illud divinum in remp. beneficium nonnullam habeat querelam.* P. Manut.

70. *Quanquam si interfici Cæsarem voluisse crimen est.*] Antonius cum Cæsari ex Hispania redeunti, victis Pompeji liberis, Narbonem usque obviam progressus comitem habuit & contubernalem C. Trebonium. isque oblique necandi Cæsaris mentionem injecit. Antonius Trebonii consilio non acquievit ille quidem, sed fideliter rem silentio suppressit, ne ad aures Cæsaris manaret. Cicero rem aliter interpretatus contendit, Antonio necandi Cæsaris voluntatem adfuisse, sed audaciam defuisse. *Abram.*

hæreas. quamquam illud quidem fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, [71] qui servire nolebant: tibi tamen præcipuè, [a] qui non modo non servis, sed etiam regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti: qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam [b] dissipavisti: ad quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt: [72] cujus domus quæstuosissima est falsorum commentariorum & chirographorum officina: agrorum, oppidorum, [c] immunitatum, vectigalium, flagitiosissimæ [73] nundinæ.

a qui modo *MS.*
b dissipasti *MS.*
c immunitatis *MS.* P. B.

36 Etenim quæ res egestati & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subvenire potuisset? Nescio quid conturbatus [d] mihi esse videris. numquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur? [e] libero te metu: nemo credet umquam: non est tuum de republica benè mereri: habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros respublica auctores: ego te tantum gaudere dico: fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus: nunc etiam reliquis respondendum est.

d mihi *in Lamb. & aliis deest.*
e liberabo *alii.*

37 XV. Castra mihi Pompeji atque illud omne tempus objecisti. quo quidem tempore si, ut dixi, meum consilium auctoritasque valuisset: tu hodiè egeres, nos li-

71. *Qui servire nolebant.*] Vulgata, *qui uni servire*, quod neque in Pall. aut Mau. Col. aut Ferrarii membranis; nisi quod quidam *inservire*; unde proculdubio natum alterum illud. *Gruter.*

72. *Cujus domus.*] Hæc lectio placet. est tamen in antiquo libro, *cujus domi*, & paulo post, *esse videris*, sine dictione *mihi*. & post aliqua, pro *liberasset*; quod convenit cum eo, quòd præcedit, *conficeret angoribus*. & pro *abalienabat*, *alienabat*. Faërnus.

73. *Nundinæ.*] Nundinæ rerum emptioni & venditioni fuerunt destinatæ, unde & hoc loco *nundina* pro venditione ponuntur, quod sæpe videbis apud Ciceronem. Misitheus epistola quadam ad Gordianum tertium, quæ a Julio Capitolino refertur: *Qui pepulerit homines, per quos antea velut in auctione positus nundinatus est.* id est venditus. Rescribit enim in hæc verba Gordianus: *Nisi Dii omnipotentes Romanum tuerentur imperium, etiam nunc per emptos spadones velut in hasta positi venderemur.* Ammianus libro XIV. *Batne, municipium, &c. refertum mercatoribus opulentis: ubi annua solemnitate prope Septembris mensis initium ad nundinas magna promiscua fortuna convenit multitudo, ad commercanda, quæ Indi mittunt & Seres, aliaque plurima vehi terrâ marique consueta.* Ad hunc mercatum etiam spectant illa Plinii lib. XXVIII. cap. I. *Ungues resecari nundinis Romanis tacenti atque a digito indice multorum pecuniæ religiosum est.* lego: *a digito tacenti atque indice.* ut digitus pollici proximus dictus sit index, quòd eo intento res præsens indicatur, & tacens, quod eo, labiis admoto, silentium indicitur. *Librum.*

74. *Exer-*

liberi essemus, respublica non tot duces [s] & 74 exercitus amisisset. Fateor enim, me, cùm ea, quæ acciderunt, [g] providerem futura, tanta in mæstitia fuisse, quanta ceteri optimi cives, si idem providissent, fuissent. Dolebam, [h] dolebam, patres conscripti, rempublicam, vestris quondam meisque consiliis conservatam, brevi tempore esse perituram. [i] neque verò eram tam indoctus ignarusque rerum, ut frangerer animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus: dimissa molestiis omnibus [k] liberasset. illos ego præstantissimos viros, lumina reipublicæ, vivere volebam, tot consulares, [l] tot prætorios, tot honestissimos senatores, omnem præterea florem nobilitatis [m] ac juventutis, tum optimorum civium exercitus: qui si [n] viverent, quamvis iniqua conditione pacis (mihi enim omnis pax cum civibus bello civili utilior videbatur) rempublicam hodie teneremus.

Quæ sententia [o] si valuisset, ac non ii maximè [p] mihi, 38 quorum ego vitæ consulebam, spe victoriæ elati, obstitissent: ut alia omittam, 75 [q] tu certè numquam in hoc ordine, vel [r] potiùs numquam in hac urbe mansisses. At verò Cn. Pompeji voluntatem à me [s] abalienabat oratio mea. An ille quemquam plus dilexit? cum ullo aut sermones, aut consilia contulit sæpius? quod quidem erat magnum, 76 de summa [t] re dissentientes, in eâdem consue-

f exercitusque *MS.*
g prævidērem *alii.*
h *illud* dol. *deest in MS.*
i nec *MS.*
k liberavisset *MS.*
l *undecim seq. voces desunt in MS.*
m atque *MSS.*
n viverent *MS.*
o mea si *alii.*
p mihi *non est in multis.*
q tu nunq. *alii.*
P. CLXVIII.
r potius in *MS.*
s alienabat *Lamb. alii.*
t rep. *Grav. alii.*

74. *Exercitus.*] Tres, quorum unus in Thessalia apud Pharsalum, alter in Africa apud Thapsum, tertius in Hispania apud Mundam deletus est. Primus Imperatorem habuit Cn. Pompejum, secundus P. Scipionem, tertius Cnejum & Sextum, liberos Pompeji. *Abram.*

75. *Tu nunquam in hoc ordine.*] Sic omnes fere l. v. *Tu certe nunquam.* quod ita placet, ut mihi nunc denique sententia hujusce circumscriptionis perfecta esse videatur. *Ferrarius.*

76. *De summa re dissentientes.*] Lang. quo cum plerique consentiunt; *re dissidentes: de summa*, non habet. nonnulli, *de summa reip.* Lang. sequor. *Idem.* *De re dissidentes.*] Hic locus varie legitur; sed in antiquo libro sic, *de summa rep. dissentientis.* Faërn. *De summa republica dissentientis.*] Ita optimus liber, non, ut alii, *de re dissidentes.* Sic sæpe veteres loquebantur. ut *summam rem* aut *summam rempublicam* dicerent: pro quo nunc imperiti, *summam reipublicæ.* Virgilius: *Quo res summa loco Panthu?* Plautus in Mercatore: *Ubi loci res summa nostra est publica?* Idem in Milite glorioso:

Is publice legatus Naupactum hinc fuit
Magnai reipublicai gratia.

Quem locum fœdissime corrupit Joachimus Camerarius: felicissime

suetudine amicitiæ permanere. Sed & ego, quid ille, & contrà ille, quid ego sentirem v & spectarem, videbat. ego x incolumitati civium primùm, & postea dignitati; ille præsenti y dignitati potiùs consulebat. quòd autem habebat uterque quod sequeretur, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. 77 Quid verò ille z consularis vir ac pænè divinus de me senserit, sciunt qui eum a de Pharsalica fuga Paphum b prosecuti sunt. numquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii, cùm me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora.. Et ejus viri nomine me insectari audes, cujus me amicum, te c sectorem esse fateare?

v perspicuè verum MSS. x incolumitatem MS. y dignit. deest in multis. z Manut. clarissimus Græv. singularis. a alii non habent de. b secuti MS. c sectatorem MS. d locis alii.

39 XVI. SED OMITTATUR bellum illud, in quo tu nimium felix fuisti. 78 Ne d jocis quidem respondebo, qui-

sime restituit Gabriël Faërnus. Cato libro septimo Originum: *Multa me dehortata sunt huc venire: anni, ætas, vox, vires, senectus. verum enimverò cum tantam rempublicam agi arbitraret.* Muretus.

77. *Quid vero ille C. V.*] Hanc lectionem attulit Hieronymus Ferrarius, cum prius conjecisset legendum, *ille singularis vir*, ut in antiquo libro est. in quo paulo post legitur, *de Pharsalica fuga.* Faërnus. *Ille singularis vir.*] Ingeniosissimi hominis Ferrarii conjecturam liber omnium optimus comprobavit. *Muretus. Quid vero ille consularis vir.*] Minus est *consularis* quàm ut hæc vox possit huic loco convenire. legunt alii, *singularis vir*, quod placet. *Abram.* *Singularis* ex Vaticano restituerunt Faërnus, Muretus, Lambinus. optimè. Manutius recepit conjecturam Ferrarii alteram & legit, *ille clarissimus vir ac pæne divinus.* Grævius.

78. *Ne jocis quidem.*] Prætermissio. Quod spectat ad jocos, quibus me in castris intempestive usum esse dixisti, illud crimen indignum est responsione. De jocis Plutarchus in Cicerone jam ante laudatus: *Ipse quidem sine risu & mæstus obibat exercitum, aliis autem, cum minime requirerent, ridendi materiam suggerebat.* Sed quid nocebit, si tum ipse, tum Macrobius uterque loco citato, nonnihil nobis harum facetiarum impertiat? Macrobius: *Cum ad Pompeium venisset, dicentibus sero eum venisse respondit: Minime sero veni: nam nihil hic paratum video.* In eo jocus fuit, quod tanquam ad epulas invitatus responderit, orationemque a bello ad convivia traduxerit: *Deinde interroganti Pompejo, ubi gener ejus Dolabella esset, respondit: cum socero tuo.* Elegans plane jocus, obscure crimini dabat Pompejus, quod in adversis partibus esset gener Ciceronis, quasi genero & socero non bene conveniret, ipse quasi aliud agens crimen retorsit, & Pompejo crimini vertit, quod a Cæsare socero suo dissideret. Plutarchus: *Cum Domitius quendam usu militari non satis probatum ad ordines militiæ promovere vellet, diceretque eum & probum esse, & frugi; cur igitur, inquit, eum non servas, ut sit curator tuorum liberorum? Quibusdam Theophanem Lesbium, præfectum fabrûm laudantibus, quod Rhodios amissa classe com-*

...us me in castris usum esse dixisti. Erant quidem illa ...a plena curæ: verumtamen homines, quamvis in tur... rebus sint, tamen, si modò homines sunt, inter... 79 animis relaxantur. Quòd autem idem mæstitiam ...m reprehendit, e idem f jocum: magno argumento ...s me in utroque fuisse moderatum. Hereditates mi...egasti venire. Utinam hoc h tuum verum crimen es... plures amici mei & necessarii viverent. Sed i qui ... tibi venit in mentem? ego enim amplius H-S. du...ies acceptum hereditatibus retuli. Quamquam in hoc ...ere fateor feliciorem esse te. me nemo, nisi amicus, ...t heredem, ut cum illo commodo, si quod erat, ani... quidam dolor jungeretur: te is, k quem tu vidisti ...nquam, 80 L. Rubrius l Cassinas, fecit heredem. Et

e & idem *MS.* f locum *alii.* g simul me *MSS.* & simul me *alii.* h unum *Manut.* i quid *MSS.* k quem nunq. vidisti *alii.* l Casinas *alii.*

...*ede consulatus esset, Quam bonum est, inquit, Græcum habere præ...s? Cum Cæsari plurima ex animi sententia succederent, isque ...mmodo jam ipsos obsideret, Lentulo dicenti se comperisse Cæsaris ...s esse tristes respondit, Dicis eos Cæsarem odisse. Marico autem ...m ex Italia veniente dicentequæ Romæ famam esse, Pompejum obsi... Deinde, inquit, huc navigasti, ut esses testis oculatus? Post cla... Pharsalicam, Nonnio dicente, bene sperandum esse, quod e Pompeji ...ito septem aquilæ superessent, Bene, inquit, hortaris, si cum gra... bellum gereremus. Labieno divinationibus nitente quasi in fatis es...ut penes Pompejum esset totius belli victoria; Videlicet, inquit, hoc ...ratagemate modo castra amisimus.* Abram.

...h. *Animis relaxantur.*] Arcûs similitudo ad unum verbum con...ta, quam fusius tractat Amasis apud Herodotum libro secun...d finem vergente. Is negotiis publicis ante meridiem dili...er & magna animi contentione tractatis, *deinde potabat & ...mpotores dicta jaciebat.* Monitus ab amicis quasi alienum id ...a regia dignitate, ita respondit: *Qui arcum possident, qui ...pus habent, intendunt; postquam autem usi sunt, remittunt. Nam ...petuo intentus esset, frangeretur, ut cum opus esset, uti jam illo ...essent. Talem & hominis conditionem esse: si assidue seria tractare, ...tiam partem ad lusum sibi indulgere velit, fore ut sensim sine sensu ...mente captus aut stupidus evadat.* Eandem similitudinem usurpat ...gorius Nazianzenus oratione de suo Reditu, rationem reddens ...d litus maris animi relaxandi causâ se contulisset: *Neque fu...ntentionis vim servat, si semper tendatur, sed necesse est ut ali...lo ex annulis relaxetur, si rursum sit tendendus, neque futurus ...utilis sagittatori, cum utendi tempus advenerit.* Hanc similitudi...trahit in contrarium Publius Mimus:

Remissio animum frangit, arcum intentio. Idem.

. *L. Rubrius Cassina.*] L. Col. *Casinas*, alter *Cassinas.* è Cassino ...et oppido. atque hoc quidem probant inscriptiones veterum ...numentorum, *T. Cl. Cassinati conjugi bene merenti fecit Virginia.* ...omæ in quodam sepulchro inscriptum est. *Ferrar.*

41 Et quidem vide, quàm te amarit is, qui, albus m ater ve fueris ignorans, fratris filium præteriit: [81] Q. Fusii, honestissimi equitis n Romani o suique amicissimi, [82] quem palàm heredem semper factitarat, [83] ne p nomen quidem perscripsit: te, quem numquam viderat q ac numquam salutaverat, fecit heredem. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. r Turselius qua facie fuerit; quâ staturâ, quo municipio, qua tribu. nihil scio, inquies, nisi quæ prædia habuerit. Igitur fratrem exheredans te faciebat heredem. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum, f ejectis veris heredibus, tamquam heres esset, invasit. Quamquam hoc maximè t admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, cùm ipse hereditatem patris non adisses.

42 XVII. Hæc ut colligeres, homo v amentissime, tot dies in x aliena villa declamasti? quamquam tu quidem (ut tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, non ingenii acuendi causâ declamitas. y Et verò adhibes z joci causâ magistrum, suffragio tuo & compotorum tuorum [84] rhetorem: cui concessisti, ut a in te, quæ vellet, diceret.

m aterne *alii.*
n P. R. Rom. *deest in MS.*
o sibique *alii.*
p meminit quid. *Lamb. alii.*
q aut certè nunq. *Faërn. Muret. Grav.*
r Tursetius *alii.*
f vi ejectis *alii.*
t demir. *alii.*
v amantissime *MS.*
x altera *alii.*
y *alii* Tu, *aut* Tum, *aut* At.
z loci *alii.*
a non in te *alii.*

81. *Q. Fusii, honestissimi equitis R. suique amicissimi.*] Vetus liber, *sibique amicissimi.* Ursin.

82. *Quem palam heredem semper factitarat.*] Ego in hujus loci emendatione olim Mureto assensus sum, scripturam antiquam ipsis vestigiis persequenti, a Faërno, qui ex *nominat* facit *meminit*, dissensi. Fateor tamen me ex *nominat* fecisse *nominavit*, ut cohærerent tempora. nunc *meminit* probavi: neque tamen *nominavit* rejeci. *Lambinus.*

83. *Ne nomen quidem perscripsit: te, quem numquam viderat ac numquam salutaverat, fecit heredem.*] Multa hic errata sunt, sed illud absurdum; *quem numquam viderat ac numquam salutaverat*; quasi salutare potuerit quem numquam antea viderit. quare totus hic locus ita legendus: *Q. Fusii, honestissimi equitis Romani suique amicissimi, quem palam heredem semper factitarat, ne meminit quidem, te, quem numquam viderat, aut certe numquam salutaverat, fecit heredem*, hæc ex antiquo libro, in quo tamen, pro *meminit*, scriptum est, *nominat.* quod stare non potest. *Faërnus. Ne nomen quidem perscripsit.*] Vetus liber: *Q. Fusii, honestissimi equitis Romani suique amicissimi, quem palam heredem semper factitarat, ne nominat quidem: te, quem numquam viderat, aut certe numquam salutaverat, fecit heredem.* quæ scriptura, si recte distinguatur, videatur fortasse vera. Suo quisque utatur judicio. mihi quidem, quod in vetere libro legitur, minime displicet. *Mur.*

84. *Rhetorem.*] *Sextus Clodius e Sicilia*, inquit Tranquillus lib. de Claris Rhet. *Latina simul Græcaque elegantia professor.* Rhetor autem, ut notat noster Cresolius, proprie dictus est Latinæ eloquen-

tet. Salsum omnino hominem! sed materia facilis in te [85] & in tuos dicta dicere. b Vide autem inter te & avum tuum quid intersit. ille sensim dicebat, quod causæ prodesset; tu cursim dicis aliena.

b Vide inter MS.

At quanta merces rhetori data est? Audite, audite, patres conscripti, & cognoscite reipublicæ vulnera. duo millia c jugerum [86] campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti, 43

c jugera MSS.

quentiæ professor, cum qui Græcè docebat Sophistes diceretur. D. de excusat. *Grammatici, Sophistæ, Rhetores, &c. a tutela requiem habent.* Cod. de studiis lib. urb. Rom. *Habeat igitur auditorium specialiter nostrum, in his primum, quos Romana eloquentia doctrina commendat, Oratores quidem tres numero, Grammaticos vero decem: in his etiam, qui facundiâ Græcitatis pollere noscuntur, quinque numero sint Sophistæ, & Grammatici item decem.* Nihilo tamen secius tam Latinæ quàm Græcæ facundiæ doctores Rhetorum nomen habuerunt. Noster 1. de Officiis: *Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plateis.* Suetonius Vespasian. 18. *Primus e fisco Latinis Græcisque Rhetoribus annua centena constituit.* Cod. Theod. de med. & pr. *Rhetores Atticæ Romanaque doctrinæ.* Et sane tum Rhetoras, tum Sophistas apud Græcos. Chrysostomus agnoscit in cap. 2. primæ ad Corinth. Καὶ Σοφισταὶ, καὶ Ῥήτορες, καὶ Φιλόσοφοι, καὶ Συγγραφεῖς. Et in cap. 1. secundæ ad Thessal. Καὶ ποιηταὶ, καὶ Ῥήτορες, καὶ Σοφισταὶ, καὶ Λογογράφοι πάντες. Quare idem Cresolius cap. 2. lib. 1. Theatri Rhet. distinctionem inter Rhetorem & Sophistam aliunde derivat. *ut* Ῥήτωρ, *cum quidem ad docendum refertur, sit politicus, veluti eloquentiæ professor, qui præcepta modo communia explicat;* Σοφιστὴς *autem, qui præterea plurimarum artium scientiam complectatur, & dictionem mirabilius exornet, omnibus luminibus pictam, flosculis & copiâ redundantem.* Id colligit ex Gregorio Nazianzeno, qui, commendans Eudoxio Rhetori Nicobulum adolescentem affinem suum: *Velim*, inquit, *eum a nobis accipias,* τὸ μὲν ῥητορικὸν ἔργον τῷ πατρὶ χαριζόμενος, τὸ δὲ σοφιστικὸν ἡμῖν. *Rhetoricam quidem tantam patri, Sophisticam autem nobis largiturus.* Sed adi Cresolium. Nobis enim, quod ad rem præsentem spectat, pauca de multis libasse suffecerit. *Abram.*

85. *Et in tuos dicta dicere.*] Schottus noster cap. 22. abjiciendum censet *dicta*, aut *dicere* mutandum in *jacere*. Gruter.

86. *Campi Leontini.*] Sext. Clodius Siculus fuit: Campus Leontinus in Sicilia dictus ab urbe Leontio, cujus meminerunt Plinius & Ptolemæus: is autem ager fuit Siciliæ totius uberrimus. M. Tullius Frumentaria in Verrem: *Ætnensis vero ager, qui solebat esse cultissimus, &, quod caput est rei frumentariæ, campus Leontinus, cujus antea species hæc erat, ut cum obsitum vidisses, annonæ caritatem non vererere, sic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus. labefactarat enim vehementer aratores jam superior annus, proximus vero funditus everterat.* Jam si fuit uberrima Siciliæ pars, facile vides quantum Antonius hac largitione reipublicæ vulnus inflixerit. Nam, ut auctor est Polybius de ci

nasti, & quidem immunia, ut pro tanta mercede nihil sapere disceres. Num etiam hoc, homo audacissime, ex Cæsaris commentariis? Sed dicam alio [d] loco & de Leontino agro, & de Campano: quos iste agros, ereptos reipublicæ, turpissimis possessoribus inquinavit. Jam enim, quoniam criminibus ejus satis respondi, de ipso [e] emendatore & correctore nostro quædam dicenda sunt. nec enim omnia effundam, ut, si sæpius decertandum sit, ut erit, [87] semper novus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur. Visne igitur te inspiciamus à puero? sic opinor. à principio ordiamur.

d loco de *alii.*

e enim datore *MS.*

P. CLXIX.

44

XVIII. Tenesne memoriâ, prætextatum te decoxisse? Patris, inquies, [f] ista culpa est. concedo. etenim est pietatis plena defensio. [88] Illud tamen audaciæ tuæ, quòd [g] sedisti in quattuordecim ordinibus, cùm esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamvis [h] quis fortunæ vitio, non [i] suo decoxisset. [89] Sumpsisti viri-

f ista *deest in MS.*

g sedisti *alii delent.*

h qui *MSS. & alii.*

i suæ *MS.*

cilia scribens, Καλῶσι δ' αὐτὴν ταμιεῖον τῆς Ῥώμης. *Siciliam vocant urbis Romanæ cellam penariam.* Noster Verrina de jurisdict. Siciliensi: *Ille M. Cato sapiens cellam penariam reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit. Nos vero experti sumus, Italico maximo difficillimoque bello, Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo majorum vetere ac referto fuisse.* Abram.

87. *Semper novus veniam.*] Hunc locum explanans Petrus Victorius lib. XXI. Variar. Lect. cap. 17. *Novum oratorem*, inquit, *Cicero quandoque appellavit eum, qui in simili vel potius eodem argumento nova quædam anteaque inaudita afferret, non qui prius auditus non foret.* Profert & alium locum ex Bruto: *Maxime vero perspecta est utriusque nostrûm exercitatio paulo ante quàm perterritum armis hoc studium, Brute, nostrum conticuit subito & obmutuit: cum lege Pompeja, ternis horis ad dicendum datis, ad caussas simillimas inter se, vel potius easdem, novi veniebamus quotidie.* Item illud Dionysii Halicarnassei de Lysia: Οὗτοσί δε χωρὶς ὁ Ῥήτωρ ἐστὶ καθ' ἕκαστον τῶ λόγων. *Hic autem singulis orationibus est novus Orator.* Idem.

88. *Illud tamen.*] Lex Roscia theatralis a L. Roscio Othone Tribuno plebis lata, ne quis spectaret in quatuordecim primis graduum ordinibus, qui proxime ad orchestram & podium accedebant, nisi si esset ingenuus ab ingenuo patre & censum equestrem, id est, quadringenta sestertia possideret. Iis autem ex Senatorio vel equestri ordine natis, qui sive suo, sive fortunæ vitio decoxerant, neque jam censum equestrem obtinebant, peculiarem locum constituit. Ex hoc igitur capite Antonii carpit audaciam, quod legem Rosciam præfracte violarit & sederit in quatuordecim cum decoxisset. *Idem.*

89. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddi-*

virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. primò vulgare scortum: certa flagitii merces, nec ea parva: k sed citò Curio intervenit, qui te à meretricio quæstu ab- k sic MSS.

disti.] In antiquo libro ita legitur, *sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti*. quam lectionem valde probamus. nam toga meretricum erat stola matronarum. virilem autem vel absolute dictam accipiemus, vel dictio *togam* ex inferioribus subaudienda erit. Faernus. *Sumsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti.*] Aliud si nihil in hac oratione emendassem quàm hunc locum, operam tamen præclare a me positam judicarem. quis est enim eorum, qui has litteras tractant, cui unquam venerit in mentem, eum aliter legendum esse quàm ita, uti vulgo ante nos legebatur? *Sumsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti*. quæ tamen scriptura quàm prava quámque vitiosa sit, spero cognituros esse omnes, qui totam rem accurate consideraverint. Hoc enim ait Cicero, Antonium, ubi primùm togam puram, seu quod idem est, virilem sumsit, (quod fieri solitum, cum pueri ad annum XVII. pervenissent, omnes sciunt) primo quidem prostitisse ad libidinem omnium, & quasi diobolarem aliquam meretriculam, omnes omnium impuritates corpore suo excepisse: postea vero, repudiatis ceteris, uni Curioni morigerum atque obsequentem fuisse, uni fecisse copiam sui, cum ab eo prope in uxoris loco haberetur. Primum illud tempus notat, cum ait, *Sumsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti*. Quæ enim mulieres vulgo patebant venalemque habebant pudicitiam, eæ, ignominiæ causâ, ut ab aliis internoscerentur, togam ferebant, non, ut matronæ, stolam. Horatius:

—— quid inter-
Est in matrona, ancilla peccesne togata?

Idem:

—— atque etiam melius persæpe togata.

At de matrona loquens, stolam nominat:

—— quid vis tibi? numquid ego a te
Magno prognatum deposco consule cunnum,
Velatumque stolâ, mea cum conferbuit ira?

Et in eadem Satyra:

Ad talos stola demissa & circumdata palla.

Sed & adulterii damnatæ impudicitiam profiteri cogebantur & togam gestare. unde est illud Martialis:

Coccina famosa donas & hianthina mœchæ.
Vis, mage qua meruit, mittere? mitte togam.

Et illud ejusdem:

Thelyn viderat in toga spadonem:
Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Cum igitur toga meretricum esset matronarum stola, constat, ad exprimendum illud tempus, quo Antonius meretricum more prostabat, stolæ nomen aptum non esse. at postea, ubi tanquam nupsisse Curioni dicitur, & apposite in primis & salse adhibitum est stolæ vocabulum: *Sed cito*, inquit, *Curio intervenit, qui te*

abduxit: &, tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo locavit.

45 Nemo umquam puer, emptus libidinis caussa, tam fuit in

te a meretricio quaestu abduxit, & tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo locavit. Est autem hic locus in eo libro, qui nobis ad has emendationes dux fuit, ita ut eum ipsi edidimus, plane ac sine ulla vel minima liturae suspicione scriptus. *Muretus.* *Quam statim muliebrem togam reddidisti.*] *Toga*, praeterquam quod erat virorum, erat etiam meretricum. unde mulieres togatae meretrices intelliguntur. Horat. Sat. 2. lib. 1.

—— quid inter-
Est in matrona, ancilla peccesne togata?

Sed hac de re plura Muretus ad hunc locum. *Lambinus.* *Quam statim muliebrem stolam fecisti.*] Nihil variant mss. nostri. Idem amicus noster monet Faërnum edidisse è veteri cod. Romano, *muliebrem togam.* ego totam illam vocem eradicatam mallem. Lambinus *togam* Faërni recepit in contextum. *Grut.* Verissime ex Vaticano Faërnus & Muretus hunc locum restituerunt, quibus suffragati sunt Paullus Manutius & Lambinus, male spreti a Grutero. *Gravius.* *Sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti.*] Totus hic locus ex Æschine contra Timarchum videtur expressus. Pauca delibo. Perstrictis breviter pueritiae flagitiis: Οὗτος, inquit, πρῶτον πάντων μὲν ἐπειδὴ ἀπηλλάγη ἐκ παίδων ἐκάθητο ἐν Πειραιεῖ ἐπὶ τοῦ Εὐθυδίκου ἰατρείου, προφάσει μὲν τῆς τέχνης μαθητής, τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ πωλεῖν ἑαυτὸν προῃρημένος. ὅσοι μὲν οὖν τῶν ἐμπόρων ἢ τῶν ἄλλων ξένων, ἢ τῶν πολιτῶν τῶν ἡμετέρων κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο τῷ σώματι Τιμάρχου, ἑκὼν καὶ τούτους παραβήσομαι. Latina non attexo: confer tantum ἐπειδὴ ἀπηλλάγη ἐκ παίδων. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem reddidisti.* Quanto acutius & elegantius Noster? *vulgare scortum.* Presse & cursim, ut in re turpi decebat, quod Graecus fusius fortasse quàm modestius tractavit. *Certa flagitii merces, nec ea parva*, quod ille dixerat πωλεῖν ἑαυτὸν, & paulo post: καταισχύνων τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πόλιν μισθαρνῶν ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ. Quid deinde, quae sequuntur, quàm honesta? *Sed cito Curio intervenit, &c.* Quàm etiam in vilissimis rebus splendida, si cum Graecanicis illis sordibus conferantur. Graecus enim, postquam Misgolam nescio quem, qui ut Curio Antonium, ita Timarchum ab illo quaestu abduxit, abunde laudavit: Ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κἀγαθὸς, καὶ οὐδαμῇ ἄν τις αὐτὸν μέμψαιτο, περὶ δὲ πρᾶγμα τοῦτο δαιμονίως ἐσπουδακώς. *Vir cetera sane bonus, nec ullo nomine reprehendendus, ceterum istius rei impotenter studiosus.* Subdit: Οὗτος αἰσθόμενος ὧν ἕνεκα τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο Τίμαρχος οὑτοσὶ ἐπὶ τοῦ ἰατρείου, ἀργύριόν τι προαναλώσας, ἀνέστησεν αὐτὸν, καὶ εἶχε παρ᾽ ἑαυτῷ εὔσαρκον ὄντα καὶ νέον, καὶ βδελυρὸν, καὶ ἐπιτήδειον πρὸς τὸ πρᾶγμα, ὃ προῃρεῖτο ἐκεῖνος μὲν πράττειν, οὗτος δὲ πάσχειν. Sed adverte quanto cautius Noster hanc impuritatem verbis ab honesto matrimonio velarit, qui quantopere abhorreat ab illa Graeculorum obscoenitate testatur oratione pro Flacco, in Asclepiadem testem invehens.

Dam-

in domini potestate, quàm tu in Curionis. quoties te pater ejus [l] domo sua ejecit? quoties [90] custodes posuit, ne li- [l] domu MS. & Muret.

Damnatus, inquit, *turpissimis judiciis domi, notatus litteris publicis: cujus de probris, adulteriis ac stupris exstant Æmonensium litteræ: quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscænitatem verborum prætereundas puto.* Hæc ille. *Statim*, dixit, nimirum primo forensis tirocinii anno, de quo Noster in Cœliana: *Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus: & ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur, &c. Quæ in ætate, nisi qui se ipse sua gravitate & castimonia, &c. defenderat, &c. quoquomodo a suis custoditus esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia ætatis integra atque inviolata præstitisset; de ejus fama ac pudicitia, cum is se corroboravisset ac vir inter viros esset, nemo loquebatur.* vide Notas, & ex iis collige jure Antonium notari, quod statim post sumptam togam virilem, eo ipso anno, de quo pendebat judicium & existimatio totius ætatis, in omnem impudicitiam se effuderit. *Abram.*

90. *Custodes posuit.*] Custodes, qui matronas servabant, ne adulteros admitterent. Sexcenta exempla sunt, ut apud Tibullum lib. I. Eleg. II.

> *Nam posita est nostra custodia dura puellæ,*
> *Clauditur & durâ janua firma serâ.*

Item Elegia VII, IX. & alibi frequenter. unde & apud Horatium matrona dicitur *vallo circumdata*, quod illi sint

> *Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ.*

Juvenalis Sat. VI.

> *Pone seram, cohibe. Sed quis custodiet ipsos*
> *Custodes.* ——

Hujusmodi custodes frequenter in catenis fuerunt, ut ne latum quidem unguem a janua discederent. Tranquillus libro de Claris Rhetoribus: *Luc. Otacilius Pilitus servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse.* Ovidius I. Amorum, Eleg. VI.

> *Janitor indigne, durâ religate catenâ,*
> *Difficilem moto cardine pande forem.*

Item:

> *Excute, sic nunquam durâ religêre catenâ,*
> *Nec tibi perpetuo serva bibatur aqua.*

Canes etiam adhibebant, & ad hunc morem Lyricus allusit III. Carm.

> *Inclusam Danaën turris ahenea*
> *Robustæque fores, & vigilum canum*
> *Tristes excubiæ munierant satis*
> *Nocturnis ab adulteris.*

Tibullus lib. II. Eleg. IV.

> —— *hinc clavim janua sensit,*
> *Et cœpit custos liminis esse canis.*
> *Sed pretium si grande feras, custodia victa est,*
> *Nec prohibent claves, & canis ipse tacet.*

Fibulis etiam puerorum verenda constringebant, comœdorum præ-

limen intrares? cùm tamen tu, nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas m demitterere. 91 quæ flagitia domus illa diutiùs ferre non potuit. Scisne me de rebus mihi notissimis dicere? recordare tempus illud, cùm pater n Curio mærens jacebat in lecto: filius, se ad pedes meos prosternens, lacrymans te mihi commendabat; orabat, ut o te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem: tantum enim se pro te p intercessisse. ipse autem amore ardens confirmabat, 92 quòd desiderium tui q discidii ferre non posset, se in exsilium esse iturum.

m dimitt. Grav. & alii.
n cura MS.
o se alii.
p intercess. dicebat alii.
q diffidii alii.

46 93 Quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ r sedavi, vel potius sustuli. patri persuasi, ut æs alienum filii dissolveret: redimeret adolescentem, summa spe & animi & ingenii præditum, rei familiaris facultatibus: eumque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione patrio jure & potestate prohiberet. Hæc tu cùm per me acta meminisses: nisi illis, quos videmus, s gladiis confideres, maledictis me provocare ausus esses?

r non sedavi sed pot. MS.
P. B.
s glad. deest in MS.

XIX. Sed jam stupra & flagitia t omittam; sunt 47 quædam, quæ honestè non possum dicere: tu autem eo liberior, quòd ea in te admisisti, quæ à v verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum x vitæ cursum videte: quem quidem celeriter perstringam. ad hæc enim, quæ

t omittamus multa edd.
v verecundante MSS.
x vitæ deest in MS.

præsertim & cantorum, ne usu Venereo vocem obtunderent, ut docent interpretes Juvenalis ad illos versus Sat. VI.

Solvitur his magno comœdi fibula. ———
Si gaudet cantu, nullius fibula durat
Vocem vendentis Prætoribus. ———

Abram.

91. *Quæ flagitia domus illa diutius ferre non potuit.*] Gemblacensis, *quo flagitio domus illa diutius stare non potuit.* quod adfricabunt ad historiæ Lydium lapidem otiosiores. nam mihi valde adlubescit. *Gruter.*

92. *Quod desiderium tui discidii ferre non posset.*] *Vel desiderium tui discidii*, intelligendum est illud desiderium, quod ei ex discidio tuo inerat, vel certe supervacaneum est verbum *discidii*, & fine eo legendum, *quod desiderium tui ferre non posset*, non tamen muto. *Faërnus. Tui discidii.*] Ita optimus liber: ut a discindendo ducatur. *Muretus. Diffidium* est animorum discordia, *discidium* corporum separatio, ut dudum multis declararunt viri docti. *Grav.*

93. *Quo ego tempore tanta mala.*] Liber Vaticanus, *quo tempore ego quanta mala &c.* Ursin.

94. Ejus

quæ in civili bello, in maximis reipublicæ miseriis fecit, y & ea, quæ quotidie facit, festinat animus. quæ peto, ut, quamquam multo notiora vobis quam mihi sunt, tamen, ut facitis, attentè audiatis. debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solùm rerum, z sed etiam recordatio. a tametsi incidamus b oportet media, ne nimis serò ad extrema veniamus.

y & ad ea Grav.
z verum & alii.
a etsi alii.
b opinor alii.

Intimus erat in tribunatu Clodio: qui sua erga me be- 48
neficia commemorat. 94 ejus omnium incendiorum fax. cujus etiam domi quiddam jam tum molitus est. quid dicam, ipse optimè intelligit. 95 Inde c itum Alexandriam 96 con-

c iter MSS. & quad. add.

94. *Ejus omnium incendiorum fax.*] Vel est allegoria, & incendiorum nomine quasvis seditiones intelligit, quarum omnium Antonius fuit administer, & quasi quidam incendiarius facem subjecit. vel loquitur de incendiis, à Clodio excitatis, quibus ipsa domus Ciceronis, ædes Nympharum & alia loca deflagrarunt. B. Cyprianus ad Cornelium de Hæreticis: *Novatianus fax & ignis ad conflanda seditionis incendia, turbo & tempestas ad facienda fidei naufragia.* Nec alio sensu, opinor, Paris ille Alexander fax patriæ dictus. VII. Æneidos:

—— Nec face tantum
Cisseis prægnans ignes enixa jugales.

Quamquam id ad Hecubæ somnium referri potest. Vetus Poëta I. de Divinatione:

Quia mater gravida parere se ardentem facem
Visa est in somnis Hecuba. ——

Quod portendebat:

Eum esse exitium Trojæ, pestem Pergamo.

Item:

Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio.
Multos annos latuit. Cives, ferte opem & restinguite.

Dictus igitur Paris fax belli & civitatis, quòd bello Trojano causam præbuerit fueritque ἀρχέκακος, ut Græci loquuntur. Eodem modo fax incendiorum dicetur Antonius, quod Clodium ad seditiones excitarit, & turbis incendendis quasi facem subjecerit. De incendiis Clodianis, etiam vocis proprietate servata, frequenter Orator, ut pro Domo sua: *Domus ardebat in palatio non fortuito, sed oblato incendio.* Pro Cœlio de Sexto Clodio satellite furoris Clodiani: *Qui ædes sacras, qui sensum populi Romani, qui memoriam publicam suis manibus incendit.* Abram.

95. *Inde iter Alexandriam.*] *Alexandream* habet liber Vaticanus, & ita est in argenteo denario M. Lepidi, de quo supra meminimus. *Ursin.* *Inde iter Alexandriam direxit.*] *Direxit* non est in Colon. ut nec in aliis veteribus codicibus, quod procul dubio profectum est a quodam magistro. *Iter* subaudi *instituit*, vel *suscepit*. Græv.

 96. Con-

d remp. contra sen. atus. e religiones iid. 96 contra d senatus auctoritatem, contra e religionem: sed habebat ducem Gabinium, quicum quidvis rectissime facere posset. Qui tum inde reditus aut qualis? prius in ultimam Galliam ex Ægypto quàm domum. Quæ autem erat domus? suam enim quisque domum tum obtinebat, neque erat usquam tua. domum dico? quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres, præter unum Misenum, quod cum sociis 97 tamquam Sisaponem tenebas?

XX. Ve-

96. *Contra Senatûs auctoritatem, contra religiones.*] Liber Marcelli Cervini Cardinalis, quem pro ejus eximia virtute atque dignitate causâ honoris appello: non *religiones*, sed *religionem*. quod vehementer probo. etenim in legendo ac pervolutando Cicerone observavi, quoties hanc eandem rem commemorat (commemorat autem sæpissime) toties non aliter locutum esse. ut in Pis. *Auderet, quam provinciam P. Lentulus, amicissimus huic ordini, cùm & auctoritate Senatûs, & sorte haberet, interposita religione, sine ulla dubitatione deposuisset, eam sibi tum adsciscere, cùm etiam si religio non impediret, &c.* Sed quid te obtundo? Sexcenta loca sunt in ep. ad Lentulum. *Ferr. Contra Senatûs auctoritatem, contra religionem.*] In antiquo libro ita legitur: *Contra Senatûs auctoritatem, contra rempublicam & religiones.* & paulo post, *parentem tuum.* & paucis interjectis, *acceperam jam ante*, sine dictione *etenim.* Faërn.

97. *Tanquam Sisaponem.*] Manutius: *Cum probro dictum, quasi civitatem vitiis infamem & luxu perditam.* Magis arridet Turneb. lib. X. Adversar. cap. 12. id referens, *Ad miniaria metalla Sisaponensium, quæ societates publicanorum exercebant: dicit enim Antonium non unum possessorem Miseni fuisse, sed possessionis socios habuisse multos.* Sisapo oppidum est in Hispania olim in conventu Cordubensi, ut auctor est Plinius lib. III. Naturalis Historiæ, cap. 1. ibi, ut ex Turnebo diximus, miniariæ fodinæ. Plinius lib. XXXIII. cap. 7. *Juba minium nasci & in Carmania tradit, Hermogenes & in Æthiopia. Sed neutro ex loco invehitur ad nos, nec fere aliunde quàm ex Hispania. Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bætica. miniario metallo vectigali populi Romani, nullius rei diligentiore custodia. Non licet id ibi perficere excoquique. Romam perfertur vena signata, ad dena millia fere pondo annua. Romæ autem lavatur, in vendendo pretio lege statuto, ne modum excederet* LXX. *in libras.* Vel, ut alii legunt, X. LX. *in libras.* E quibus vides sexies centena denariorum millia ex illis fodinis aureo proventu fuisse collecta: quæ non unus publicanus, sed aliqua publicanorum societas redimebat. subdit enim: *Sed adulteratur multis modis, unde præda societati.* Item: *Hoc ergo adulteratur minium in officinis sociorum.* id est, publicanorum, ut patet ex Vitruvio lib. VII. cap. 9. *Id genus venæ postea est inventum Hispaniæ regionibus, ex quarum metallis gleba portantur, & per publicanos Romæ curantur. Eæ autem officinæ sunt inter ædem Floræ & Quirini.* E quibus facile vides cur Misenum tanquam Sisaponem habuerit, quia videlicet non unus illud prædium possidebat, sed multos habebat socios illius possessionis suæ, quemadmodum mi-

XX. VENISTI è Gallia ad quæsturam petendam, 98 f aude 49
[illegible] dicere, f audes MS.

miniaria Sisaponensium metalla non unus, sed plures habebant publicani. Videtur autem fuisse adagium: non enim aliter M. Tullius hunc dicendi modum inde neque ab Hispania petiisset, cum ipse monuerit voraginem patrimonii potius quàm syrtim esse dicendam, ne voces longius arcessitas aliò transferamus. Quod si novos huic orationi sensus vellemus affingere, diceremus Misenam Antonii villam Sisaponensibus miniariis eo etiam similem esse, quod quemadmodum fodinæ miniariæ pestilentem auram exhalant, quapropter *Qui minium*, inquit loco citato Plinius, *in officinis poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando perniciàlem pulverem trahant, & tamen ut per illas spectent*, ita Antonii villula opposita esset ad ventum horribilem atque pestilentem, id est, oppignerata creditoribus, &, ut loquuntur, hypothecata. Quidquid sit de mente Ciceronis, ab hac explicatione non abludit Catullus:

Furi villula nostra, non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Favoni,
Nec Sævi Boreæ, aut Apeliotæ;
Verum ad millia quindecim ac ducentos.
O ventum horribilem atque pestilentem! Abram.

98. *Aude dicere, te prius ad parentem tuam venisse.*] Sic hunc locum restitui, Georg. Buchanani auctoritatem secutus. vulgata autem scriptura est hæc, neque aliter habent codd. manuscr. *Venisti è Gallia ad quæsturam petendam. aude dicere, te prius ad patrem tuum venisse quàm ad me.* nisi quod nonnulli habent, *parentem tuum*. His argumentis ac verbis Buchananus hanc lectionem oppugnat, atque adeo evertit. Et si in hac lectione omnia consentiunt exempla, si quis tamen propius inspexerit, mendum deprehendet. Nam pater Antonii atque etiam vitricus, Lentulus, qui in conjuratione fuerat Catilinæ, multò ante hoc tempus excesserant è vita. Neque *patruum* legi potest. Nam C. Antonius, M. Antonii patruus, damnatus fuerat repetundarum, accusantibus Macedonibus Coss. Cæsare & Bibulo, ut ex Cicerone & Suetonio perspicuum est. Cicero enim in oratione pro Domo sua ita scribit; *Hora fortasse sexta diei questus sum in judicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de republica, quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter atque a me dicta erant detulerunt. horâ nonâ, illo ipso die, tu es adoptatus.* ex quibus Ciceronis verbis intelligere licet, quo die P. Clodius a patribus ad plebem transiit, eo die C. Antonium causam dixisse: Clodium vero ad plebem transiisse constat ex Suetonio, Cæsare & Bibulo Coss. Iisdem igitur Coss. C. Antonius in exsulium abiit, damnatus repetundarum, neque dum redierat M. Antonio & Dolabella Coss. Exprobrat enim Cic. in hac Philippica M. Antonio, quod, ceteris ab exsulio revocatis, patruum non restituisset. M. autem Antonius, præfectus equitum, cum Gabinio profectus fuerat in Syriam, è Syria cum Ptolemæo in Alexandriam, ab Alexandria in Galliam ad Cæsarem,

dicere, te prius [99] ad parentem tuam venisse quam ad me. acceperam [g] enim jam antè Cæsaris litteras, ut mihi satisfieri paterer à te. itaque ne loqui quidem sum te passus de gratia. [1] Postea custoditus sum à te, [2] tu à me observatus in petitione quæsturæ. quo quidem tem-

g enim alii delent.

por-

rem, è Gallia Romam rediit ad quæsturæ petitionem, etiam tunc exsulante patruo. Non potest igitur, ut ante dixi, pro *patrem*, supponi *patruum*. Neque, *ad fratres tuos*, posse legi arbitror, sive quod non tam facilis sit lapsus ex mutatione tot litterarum, sive quod fratres ejus etiam tunc adolescentes & ignoti essent, nec ulla re postea, nisi flagitiis nobilitati. Itaque, *ad matrem tuam*, legendum censeo. fuit autem ex vicinitate litterarum librario facilis peccandi occasio. præterea satis constat Juliam M. Antonii matrem, matronam illustrem & spectatæ probitatis, ad triumviralem usque proscriptionem vixisse, ac L. Cæsarem fratrem suum proscriptum servasse. unâ igitur mutatâ litterâ, *matrem tuam*, legendum censeo. Hæc Buchananus. Si quis tamen propius accedens ad scripturam antiquam *parentem tuum*, *parentem tuam*, legendum esse contendet, non pugnabo. Cum hæc olim anno CIↃ IↃ LXV. scripsissem, & Ciceronem eo ipso tempore edidissem: Petrus Victorius tamen libris Var. Lectionum posterioribus, anno CIↃ IↃ LXIX. editis, hoc est, annis quattuor post nostram primam Ciceronis editionem, scripsit. cap. 17. lib. XXXIII. hunc locum esse mendosum, ut vulgo legitur, & fortasse legendum esse, *ad parentem tuam*: quasi rem aliquam novam & a nemine excogitatam, immo ne cogitatam quidem, afferens: cum dissimulare aut negare non possit, meam illam Ciceronis editionem a se esse visam. Hæc cujus sunt hominis? *Lambinus. Aude dicere.*] Simile est illud Licinii Calvi in Vatinium apud Fabium lib. IX. cap. 2. *Perfricâ frontem, & dic te digniorem, qui prætor fieres, quàm Catonem.* Abram. *Te prius ad parentem tuam.*] Est a Buchanani conjectura. nam mss. meliores *parentem tuum*. vulgati, *patrem tuum*. Muretus lib. XIIX. Var. Lect. cap. 6. conjicit, *amatorem tuum*. Gruterus.

99. *Ad parentem tuum.*] Suspicor hunc locum esse mendosum. nam Antonii pater multo ante perierat: & post ejus obitum nupserat Antonii mater Julia P. Lentulo, qui cum Catilina conjuravit & in carcere strangulatus est. quod si tertiò nupsisset Julia; non tamen ad parentem tuum, sed ad vitricum tuum Cicero dixisset: ut Lentulum quoque vitricum Antonii supra vocavit. legendum igitur, *ad parentem tuam*, crediderim. *P. Manut.*

1. *Postea custoditus sum à te, tu à me observatus.*] Ita quidem Pal. pr. sed sec. *postea cultus à te*. quod & in uno Ferrarii, neque mihi admodum displicet: quamvis pro vulgato pugnet Gulielmius in Asinariam Plautinam cap. 5. Muretus lib. XIIX. Var. Lect. cap. 7. quod invenisset in uno ms. *beatus*, in altero *ovatus*, conjiciebat, *sublevatus*. Grut.

2. *Tu à me observatus in petitione quæstura.*] *Oratus* corrupte scriptum est in libro Vaticano; pro quo verbo Ant. Augustinus legebat, *comitatus*: sive, ut amicus meus, *ornatus*. Ursin.

3. *Unum*

pore P. Clodium, approbante populo Romano, in foro es conatus occidere: cúmque eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo, tamen ita prædicabas, [h] te non existimare, nisi illum interfecisses, umquam mihi pro tuis in me injuriis satis esse facturum. In quo demiror, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cùm te ultrò mihi idem illud deferentem numquam sim adhortatus. quamquam, si in eo [i] perseverares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam quàm ad meam gratiam. Quæstor es factus. deinde continuò sine senatusconsulto, sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi. id enim [3] unum in terris, egestatis, æris alieni, nequitiæ, perditis vitæ rationibus perfugium esse ducebas. Ibi te cùm & illius largitionibus, & tuis rapinis explevisses ([4] si hoc est explere, quod statim effundas) [k] advolas [l] egens ad tribunatum, [5] ut in eo magistratu, si posses, viri tui similis esses.

P. CLXX.

h te exist. *MS.*

i perseverasses *Grav.*

k advolasti *multi alii.*

l ejus *alii.*

XXI. ACCIPITE nunc, quæso, non ea, quæ ipse in se [m] atque in domesticum dedecus impurè atque intemperanter, sed quæ in nos fortunasque nostras, id est [n] in universam rempublicam, [6] impiè ac nefariè fece-

m atque dom. *MS.*

n in *deest in aliis.*

3. *Unum in terris,*] Hæc verba indicant raritatem. supra: *Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres?* lib. IV. ad Attic. epist. 5. *Nemo enim in terris est mihi tam consentientibus sensibus.* Hac rursum oratione: *Etenim quod unquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est?* Abram.

4. *Si hoc est explere, quod statim effundas.*] Hîc aliquid deesse videtur. puta *haurire*, vel *devorare*, vel aliquid tale post verbum *explere.* ut sit, *si hoc est explere, haurire quod statim effundas.* nihil tamen addo reclamantibus omnibus libris. *Faërn.* In Gallia cum te effusis Cæsaris donationibus explevisses, multa etiam rapuisses, & provinciam expilasses, & statim malè parta malè perdidisses, ad pristinam egestatem redactus Romam curriculo rediisti ad petendum Tribunatum, ut rursum ab illa egestate posses emergere. Addit oratoriam correctionem, quia videri poterat non satis propriè locutus, *Si hoc est explere, quod statim effundas.* Quod est dictum obscurius, nisi legatur. *Si hoc est explere, devorare, quod statim effundas.* Abram. Hæc est conjectura Faërni. Forte scripsit Cicero, *si hoc est explere, rapere quod statim effundas.* Verbum sane desideratur in Tullio, ideoque in editione Faërni his verbis præposita est stellula index vitii. *Grav.*

5. *Ut in eo magistratu, si posses, viri tui similis esses.*] Pro *Viri* in libro Vaticano est *virtutis*; omnino mendose: *vitrici* est in alio libro. quod placet, & de P. Lentulo intelligendum est. *Ursin.*

6. *Impiè ac nefariè.*] *Impiè*, quasi in matrem, *nefariè*, quasi in deos,

abduxit: &, tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo locavit.

45 Nemo umquam puer, emptus libidinis caussa, tam fuit in

te a meretricio quaestu abduxit, & tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo locavit. Est autem hic locus in eo libro, qui nobis ad has emendationes dux fuit, ita ut eum ipsi edidimus, plane ac sine ulla vel minima liturae suspicione scriptus. *Muretus. Quam statim muliebrem togam reddidisti.*] Toga, praeterquam quod erat virorum, erat etiam meretricum. unde mulieres togatae meretrices intelliguntur. Horat. Sat. 2. lib. 1.

—— quid inter-
Est in matrona, ancilla peccesne togata?

Sed hac de re plura Muretus ad hunc locum. *Lambinus. Quam statim muliebrem stolam fecisti.*] Nihil variant mss. nostri. Idem amicus noster monet Faërnum edidisse è veteri cod. Romano, *muliebrem togam*. ego totam illam vocem eradicatam mallem. Lambinus *togam* Faërni recepit in contextum. *Grut.* Verissime ex Vaticano Faërnus & Muretus hunc locum restituerunt, quibus suffragati sunt Paullus Manutius & Lambinus, male spreti a Grutero. *Gravius. Sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti.*] Totus hic locus ex Æschine contra Timarchum videtur expressus. Pauca delibo. Perstrictis breviter pueritiae flagitiis: Οὗτος, inquit, πρῶτον πάντων μὲν ἐπειδὴ ἀπηλλάγη ἐκ παίδων ἐκάθητο ἐν Πειραιεῖ ἐπὶ τοῦ Εὐθυδίκου ἰατρείου, προφάσει μὲν τῆς τέχνης μαθητὴς, τῇ δ' ἀληθείᾳ πωλεῖν ἑαυτὸν προῃρημένος. ὅσοι μὲν οὖν τῶν ἐμπόρων ἢ τῶν ἄλλων ξένων, ἢ τῶν πολιτῶν τῶν ἡμετέρων κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο τῷ σώματι Τιμάρχου, ἑκὼν καὶ τούτους παραβήσομαι. Latina non attexo: confer tantum ἐπειδὴ ἀπηλλάγη ἐκ παίδων. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem reddidisti.* Quanto acutius & elegantius Noster? *vulgare scortum.* Presse & cursim, ut in re turpi decebat, quod Graecus fusius fortasse quàm modestius tractavit. *Certa flagitii merces, nec ea parva*, quod ille dixerat πωλεῖν ἑαυτὸν, & paulo post: καταισχύνων τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πόλιν μισθαρνῶν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ. Quid deinde, quae sequuntur, quàm honesta? *Sed cito Curio intervenit, &c.* Quàm etiam in vilissimis rebus splendida, si cum Graecanicis illis sordibus conferantur. Graecus enim, postquam Misgolam nescio quem, qui ut Curio Antonium, ita Timarchum ab illo quaestu abduxit, abunde laudavit: Ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κἀγαθὸς, καὶ οὐδαμῇ ἄν τις αὐτὸν μέμψαιτο, περὶ δὲ πρᾶγμα τοῦτο δαιμονίως ἐσπουδακώς. *Vir cetera sane bonus, nec ullo nomine reprehendendus, ceterum istius rei impotenter studiosus.* Subdit: Οὗτος αἰσθόμενος ὧν ἕνεκα τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο Τίμαρχος οὑτοσὶ ἐπὶ τοῦ ἰατρείου, ἀργύριόν τι προαναλώσας, ἀνέστησεν αὐτὸν, καὶ εἶχε παρ' ἑαυτῷ εὔσαρκον ὄντα καὶ νέον, καὶ βδελυρὸν, καὶ ἐπιτήδειον πρὸς τὸ πρᾶγμα, ὃ προῃρεῖτο ἐκεῖνος μὲν πράττειν, οὗτος δὲ πάσχειν. Sed adverte quanto cautius Noster hanc impuritatem verbis ab honesto matrimonio velarit, qui quantopere abhorreat ab illa Graeculorum obscoenitate testatur oratione pro Flacco, in Asclepiadem testem invehens.

Dam-

in domini potestate, quàm tu in Curionis. quoties te pater ejus [l] domo sua ejecit? quoties [90] custodes posuit, ne li-

[l] domu MS. & Muret.

Damnatus, inquit, *turpissimis judiciis domi, notatus litteris publicis: cujus de probris, adulteriis ac stupris exstant Æmonensium litteræ: quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscenitatem verborum prætereundas puto*. Hæc ille. *Statim*, dixit, nimirum primo forensis tirocinii anno, de quo Noster in Cœliana: *Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus: & ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur*, &c. *Qua in ætate, nisi qui se ipse sua gravitate & castimonia*, &c. *defenderat*, &c. *quoquomodo a suis custoditus esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia ætatis integra atque inviolata præstitisset; de ejus fama ac pudicitia, cum is se corroboravisset ac vir inter viros esset, nemo loquebatur*. vide Notas, & ex iis collige jure Antonium notari, quod statim post sumptam togam virilem, eo ipso anno, de quo pendebat judicium & existimatio totius ætatis, in omnem impudicitiam se effuderit. *Abram*.

90. *Custodes posuit*.] Custodes, qui matronas servabant, ne adulteros admitterent. Sexcenta exempla sunt, ut apud Tibullum lib. I. Eleg. II.

Nam posita est nostra custodia duræ puellæ,
Clauditur & durâ janua firma serâ.

Item Elegia VII, IX. & alibi frequenter. unde & apud Horatium matrona dicitur *vallo circumdata*, quod illi sint

Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ.

Juvenalis Sat. VI.

Pone seram, cohibe. Sed quis custodiet ipsos
Custodes. ——

Hujusmodi custodes frequenter in catenis fuerunt, ut ne latum quidem unguem a janua discederent. Tranquillus libro de Claris Rhetoribus: *Luc. Otacilius Pilitus servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse*. Ovidius I. Amorum, Eleg. VI.

Janitor indigne, durâ religate catenâ,
Difficilem moto cardine pande forem.

Item:

Excute, sic nunquam durâ religêre catenâ,
Nec tibi perpetuo serva bibatur aqua.

Canes etiam adhibebant, & ad hunc morem Lyricus allusit III. Carm.

Inclusam Danaën turris ahenea
Robustæque fores, & vigilum canum
Tristes excubiæ munierant satis
Nocturnis ab adulteris.

Tibullus lib. II. Eleg. IV.

—— *hinc clavim janua sensit,*
Et cœpit custos liminis esse canis.
Sed pretium si grande feras, custodia victa est,
Nec prohibent claves, & canis ipse tacet.

Fibulis etiam puerorum verenda constringebant, comœdorum præ-

XXII. Tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps C. Cæsari, omnia perturbare cupienti, caussam belli contra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat? quam caussam dementissimi sui consilii & facti afferebat, nisi quòd intercessio neglecta, jus tribunicium sublatum, [11] circumscriptus [x] à senatu esset Antonius? omitto quàm

x à senatu deest in aliis.

nes, exilia, mulctationes, ceu è tripode vaticinans, dirisque devovens eos, qui caussa essent tantorum malorum. Quare arbitror Antonium & Cassium Tribunos plebis Consulum jussu ignominiæ causâ è curia magnis Senatûs universi convitiis expulsos fuisse, nulla vi tamen ex urbe expulsos. Hi autem hujusmodi Senatûs ignominiâ notati cum Curione & M. Cæcilio (ut est apud Dionem, videtur autem legendum *& M. Cælio*, nam ipse Cæsar M. Rufum convicio Lucii Lentuli Consulis fuisse correptum, M. autem Rufus is ipse est M. Cœlius, pro quo Ciceronis exstat oratio) hi, inquam, ita notati, ut scribunt Plutarchus & Appianus, Ἐπὶ μισθίου ζευγῶν πεφευγότες, ἐν ἐσθῆσιν οἰκετικαῖς. *Vehiculo meritorio fugientes, servilique habitu* ad Cæsaris arma se contulerunt. *Abram.*

11. *Circumscriptus esset Antonius.*] *Circumscriptus a Senatu esset* plerique L. v. in queis Col. *Ferrarius. Circumscriptus a Senatu esset Antonius.*] Sic & Pal. sec. & Manr. quemadmodum & Ferrariani. *Gruterus. Circumscriptus.*] Quatuor modis potuit Senatus magistratum coërcere, nota, circumscriptione, remotione ab administratione reipublicæ, expulsione a civitate. ad Atticum lib. VII. ep. 9. *Ire autem ad arma aut hanc unam ob caussam, quod ratio ejus non habeatur: aut addita caussa, si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut incitans notatus, aut S. C. circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicensve se expulsum ad illum confugerit.* Quibus verbis ita disjunctis liquet hos quatuor modos esse diversos. Nota coërcebatur, ut cum Senatusconsulti verbis addebat Senatus, se, si quis rem impediret, graviter esse laturum, cujus exempla protulimus paullo ante, aut idem vestis mutatione aliove facto declarabat, ut contra Clodium factum est in caussa Ciceronis. Et hâc ignominiâ Senatûs affectus est M. Antonius, ut e Plutarcho constat & Dione, & ex albo Senatorum deletus. Neque solum verbis, sed etiam facto notabant, ut anno U. C. DCCL. cum Quintus Pompejus Rufus comitia consularia pertinacius impediret: *Quamvis Tribunus plebis Sullaque ex filia nepos in carcerem jussu Senatûs abductus est*, inquit Dio lib. XL. Circumscriptione cum Senatus magistratuum potestatem certis finibus & cancellis limitabat, & quasi exultantem & tripudiantem extraque fines evagantem in girum revocabat. Pro Milone: *Senatus, credo, Prætorem eum circumscripsisset. Ne cum solebat quidem hoc facere, in privato eodem hoc aliquid profecerat.* Vide Notas. Circumscribendi autem, sive περιγράφειν, idem esse quod coërcere, sive συστέλλειν, ut alios omittam, constat ex oratione priore S. Greg. Nazianzeni contra Julianum: Θυομαχῶ τὰ σπλάγχνα τὸ ἑαυτοῦ ἀναδείκνυσι στεφανούμενον, ὃ τοῖς μὲν ἄλλοις φρίκην παρέσχε, καὶ ἀγωνίαν, καὶ τὰς ἀμετρίας κρότους περιγράφουσιν, τῷ δὲ διδασκάλῳ τῆς ἀσεβείας, καὶ θάρ-

quàm hæc falsa, quàm levia: præsertim cùm omnino nulla caussa justa cuiquam esse possit contra patriam arma y de Cæsare alii.
capiendi. Sed nihil y Cæsari: tibi certè confitendum z est, z sit MS.
causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse.
12 O miserum te, si intelligis! miseriorem, si non intel- 54
ligis, hoc litteris mandari, hoc memoriæ prodi, hujus rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum umquam immemorem fore, 13 consules ex Italia excussos, cumque his Cn. Pompejum, a qui imperii populi Romani de- P. CLXXI.
cus ac lumen fuit: omnes consulares, qui per valitudi- a quod imp. Faërn.
nem exsequi cladem illam fugamque potuissent: præto- Lamb. alii.
res, prætorios, tribunos plebis, magnam partem senatûs, 14 omnem

θάρσος δῆθεν, ὡς περιγεγραμμένων ἡμῶν, καὶ συνειργμένων. ἔστι γὰρ ὁ σταυρὸς, καὶ τὸ κύκλον παρεσχηκέναι. *Ei sacrificanti exta crucem coronatam ostendunt, quod aliis quidem horrorem, desperationem, nostraque potentia sensum incussit: magistro autem erroris etiam audaciam, quasi nos essemus circumscripti & coërciti. sic enim crucem & circulum interpretatus est ex tempore.* Remotione a rep. Tranquillus in Julio cap. 16. de Prætura Cæsaris. Quæ etiam circumscriptio Latinis dici potest. Græcis περιγραφή. XIV. Philipp. *Senatus in Capitolium: parata de circumscribendo adolescente sententia consularis*, id est, removendo Cæsare a republica & exercitu. Æschines: Ὅταν ὑμᾶς ἐπερωτᾷ, ποῖ καταφύγω, ἄνδρες Ἀθηναῖοι; περιγράψετέ με ἐκ τῆς πολιτείας; *Quo confugiam, Athenienses, circumscribetis me ex republica?* Cæsar III. de Bello Civili: *Senatusque Cœlium ab republica removendum censuit.* Expulsione denique, quemadmodum vel expulsus est a Lentulo, vel expulsus videri voluit Antonius, quæ item circumscriptio dici potuit. Est enim circumscribere penitus auferre & tollere de medio. Verrina tertia: *Illud tempus Sullanarum proscriptionum ac rapinarum prætermittam, &c. Quamobrem hoc omni tempore Sullano ex accusatione circumscripto, legationem ejus præclaram cognoscite.* Quo sensu etiam Tatianus ad Græcos: *Post Inachum vero, sub Phoroneo vix tandem circumscripta est vaga & belluina vitæ ratio.* Unde & Suidas περιγράφειν interpretatur ἀποκτεῖναι. *Translatio*, inquit Budæus Commentariis linguæ Græcæ, *est a fabris aut chirurgis, qui ea, quæ serrâ amputaturi sunt, prius circumscribunt & præcidunt.* Nec alio sensu quàm hoc atrocissimo Cæsar accepit primo de Bello Civili, orationem habens in Senatu, ut primum Romam occupavit: *Injuriam in eripiendis legionibus prædicat: crudelitatem & insolentiam in circumscribendis Tribunis plebis.* Abram.

12. *O miserum te, si intelligis.*] *Si hac intelligis* liber Vaticanus. *Ursin.*

13. *Consules ex Italia excussos.*] Est à Mauriciano. vulgata, *expulsos*, minus rectè. sic Philippica XII. cap. 7. *Juventutem omnem ex Italia excussimus*; ubi perperam vulgati *excivimus*. Gruter.

14 omnem sobolem juventutis, b unoque verbo re-
blicam expulsam atque exterminatam suis sedibus.

55 15 c Ut igitur in seminibus est causa arborum
pium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti,
tis, 16 tres exercitus populi Romani interfectos: in
cit Antonius. desideratis clarissimos cives: eos
eripuit vobis Antonius. auctoritas hujus ordinis
est: afflixit Antonius. omnia denique, quae postea
mus (17 quid autem mali non vidimus?) si rectè
nabimur, uni accepta referemus Antonio. ut Helena
janis, sic iste d huic reipublicae causa belli, causa
atque exitii fuit. Reliquae partes tribunatûs e princi
miles. omnia perfecit, quae senatus, salvâ republi
fieri possent, perfecerat. cujus tamen scelus in
cognoscite.

56 XXIII. Restituebat multos f calamitosos.
patrui nulla mentio. si severus: cur non in omn
misericors, cur non in suos? sed omitto c

b uno *Lamb. malè.*

c Ut igit. *alii delent.*

d huic *deest in aliis.*

e principiis *aut* principii *MSS.*

f damnosos *MS.*

14. *Omnem subolem juventutis.*] Ita melius putavi quàm erat in vetere libro, *sobolem.* non putarim autem multum esse, *sobolem* quis an *subolem* dicat. scio enim, has literas pe alteram in alterius locum substitui solitas; Majores dum scribebant, non *marmora:* & *rober*, pro *robur.* sic in ve simis quibusque libris saepius *epistulam* & *adulescentem* qua stolam & *adolescentem* legas. *Muretus.*

15. *Ut igitur in seminibus.*] Comparatio sumpta ex Demo oratione pro Ctesiphonte, in qua scriptum est ita, Ὁ γὰρ σ μα παρασχὼν, οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος. *Ursin.*

16. *Tres exercitus.*] Primus populi Romani exercitus de Caesare & interfectus est ad Philippos & Pharsalum in lia, cui praeerat ipse Cn. Pompejus. Secundus in Africa ad sum, duce Scipione, socero Pompeji. Tertius ad Mundam pania, ducibus Cneio & Sexto Pompejis. Multas & ipse clades per suos legatos accepit, *quorum C. Curio*, inquit quillus cap. 36. *in Africa periit* (cum duabus legionibus & tibus quingentis ex Caesare) *C. Antonius in Illyrico in adv rium devenit potestatem: P. Dolabella classem in eodem Illyrico,* mitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse duo circite lia militum praelio Dyrrhachino, Mundensi mille amiserat tres tantum clades enumerat Orator, quasi Caesariani non vium, sed in hostium numero censeantur. *Abram.*

17. *Quid autem mali non vidimus?*] Liber vetus: *quid aute li vidimus?* quod fortassis verum sit & ita dictum, ut Verrem: *Quid lacrymarum putatis ipsum profudisse Neronem?* ex Andria: *Dii boni, boni quid porto?* & in Heautontimor *Portant quid rerum?* Muretus.

18 Licinium Denticulam, de alea condemnatum, collusorem suum, restituit: 19 quasi vero ludere cum condemnato non liceret: sed ut, quod ille in alea perdiderat, beneficio g legis dissolveret. Quam attulisti rationem populo Romano, cur eum restitui oporteret? absentem credo in reos relatum: rem indicta caussa judicatam: 20 nullum fuisse de h alea lege judicium: vi oppressum & armis: postremò, quod de patruo tuo dicebatur, pecuniâ judicium esse corruptum. Nihil horum. At vir bonus & republica dignus. 21 Nihil id quidem ad rem: i ego tamen, quoniam condemnatum esse pro nihilo k est, si ita esset, ignoscerem. hominem l omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro aleâ ludere, m lege, quæ est de alea, condemnatum qui in integrum restituit, is non apertissimè studium suum ipse n profitetur?

g regis MS.
h aleæ MS.
i & ego alii.
k vis alii, P. B.
l ita MSS. alii vero omn.
m vel lege MSS. hac lege alii.
n profiteretur MS.

22 In

18. *Licinium Denticulam.*] Ita hodie passim publicatur, restatque in Pal. sec. antea cusi *Lenticulam.* quod & in pr. stat tamen & pro priore scriptura Mauricianus. *Grut.* *Denticulam* præ se ferunt emendatissimæ editiones, Faërni, Mureti, Manutii & Lambini. *Grav.*

19. *Quasi vero ludere cum condemnato non liceret.*] Sic Pall. nostri. Lambinus edidit, *non ut luderet cum condemnato, quasi vero &c.* nimis de suo largus, inquit Schottus noster, qui malebat legere cum Mureto, *non quasi luderet cum condemnato.* videatur ipse c. 12. quemadmodum etiam Muretus lib. XIIX. Var. Lect. cap. 7. *Grut.* Muretus & Schottus sic legendum censent hunc locum: *non quasi ludere cum condemnato non liceret.* vide laudatum locum. sed nostri codices stant a Palatinis. vide Manutium. *Gravius.*

20. *Nullum fuisse de alea lege judicium.*] Id ipsum insinuare videtur beatus ille Chrysostomus in priorem epistolam ad Corinthios, ubi, περὶ τῶν ἔξωθεν νομοθετῶν, *de gentilium legislatoribus*, disserens, Τὸ κυβεύειν, inquit, οὐδαμοῦ τῶν παρ' αὐτοῖς τιμωρίας ἐστὶν ἠξιωμένον, καὶ οὐδεὶς ὑπὲρ τούτων δίκην ἔδωκέ ποτε παρ' ἐκείνοις. *Rursus alea nullis apud eos suppliciis vindicatur, neque quisquam hactenus ob res ejusmodi apud eos pœna mulctatus est.* Hæc ille Homilia XII. paulo post tamen leges & veteres & non paucas de alea referemus. *Abram.* P. Pithœus in margine notavit, in MS. se legisse, *de alea lege.* quod sane probarem, si plurium codicum auctoritate niteretur. *Grav.*

21. *Nihil id quidem ad rem.*] Quamvis bonus vir esset ac republica dignus: quid tamen refert? non enim ideo restituendus. nam res judicatas rescindi non oportet, verumtamen si ita esset, id est, si bonus ille vir esset ac republica dignus, ignoscerem, restituendum censerem. quoniam condemnatum esse pro nihilo est; quoniam crimen ipsum aleæ, quo damnatus est, leve ducitur. *P. Manut.*

57 [22] In eodem verò tribunatu, cùm Cæsar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset: quæ fuit ejus peragratio itinerum? lustratio municipiorum? Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari, eaque, quæ dico dicturusque sum, notiora omnibus esse, qui in Italia o tum fuere, quàm mihi, qui non fui. notabo tamen singulas res: etsi nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestræ scientiæ. etenim quod umquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est? tantam turpitudinem? tantum dedecus?

o tunc MS.

58 XXIV. [23] Vehebatur in p essedo tribunus plebis: [24] lictores laureati antecedebant: inter quos, [25] apertâ lecticâ,

p esseda is.

22. *In eodem vero tribunatu.*] Cæsar, cum initio belli civilis sexagesimo die, ut narrat Plutarchus, sine sanguine totâ Italiâ potitus esset, Pompejum & Consules, frustra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter convertit, &c. vid. Sueton. Jul. cap. 34. Quo tempore, ne Pompejus rediens Italiam occuparet, Antonium exercitui & Italiæ præfecit: Noster autem invidiose traditam ait Italiam conculcandam, id est, vexandam & expilandam. Plutarchus in Antonio: *Lepido quidem Pratori Romam, Antonio vero Tribuno plebis exercitus Italiamque commisit.* Abram.

23. *Vehebatur in essedo.*] Adverte vim singulorum verborum, quibus lustrationem Italiæ ejusque turpitudinem exaggerat. *Vehebatur* muliebri mollitie. *In essedo*, quod genus est barbarici vehiculi & a moribus Romanis alieni. *Tribunus plebis*, qui pedibus deberet incedere, ut se magis popularem & conventu facilem exhiberet. *Lictores antecedebant*, quos habere Tribuno plebis jus non fuit, *laureati* ob expulsos Consules & Cn. Pompejum. *Inter quos* lictores Citheris *mima portabatur*, quod est indignissimum meretriculam ornare his magistratûs insignibus, & *apertâ lecticâ portabatur*, ad majorem impudentiam. Cetera etiam suam emphasin habent, ut quod eam salutarent municipales homines honesti, quod non sponte, sed necessario illi obviam procederent. *Idem.*

24. *Lictores laureati.*] Cæsar, potitus Italiâ, iis, quos sibi legavit, dedit lictores laureatos, non Antonio solum, sed etiam Curioni. Narrat enim Tullius epist. 4. lib. X. ad Atticum, hoc ipso tempore, quo Cæsar proficiscebatur in Hispaniam, C. Curionem in villam ad se divertisse: *Quid isti, inquam, tui fasces? si ab Senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? Cupivi, inquit, ex S. C. surrepto: nam aliter non poterat. At ille impendio nunc magis odit Senatum. A me, inquit, omnia proficiscentur. Sex autem, quia duodecim nolui; nam licebat.* Sed id magis tolerari potuit in Curione quàm in Antonio. quia hic Tribunus plebis erat, qui lictores habere non potuit, ut jam vidimus e Plutarcho. lib. X. ad Attic. epist. 17. *Melius quàm collega noster Antonius: cujus inter lictores lecticâ mima portatur.* Idem.

25. *Apertâ lecticâ.*] Eruditus Lipsius duplicem ait lecticarum for-

ctica, q mima portabatur: quam ex oppidis municipales, q mimi homines honesti, obviam necessariò prodeuntes, [26] non noto illo & r mimico nomine, sed [27] Volumniam f consalutabant. [28] sequebatur rheda cum lenonibus, comites nequissimi, [29] rejecta mater amicam impuri filii, tamquam

q MS. malè.
r inimico alii.
f salutabant alii.

formam fuisse: *Alia*, inquit, *aperta*, *alia tecta*. *Aperta forma simplex*, *asseres aliquot compacti*, *qui capere pulvinum oblongum possent*, *in quo homo singularis porrectus jacebat*. *Ad summam non aliud quàm medicus quasi lectus*. Et utramque lecticæ formam accuratè discriminat. Nihil tamen affert, quod ab invitis extorqueat, ut fateantur duplicem eam fuisse. Potuit enim eadem lectica modo velis obductis operiri, modo iisdem subductis & collectis aperiri. Suetonius in Tito cap. 10. *Cum inde lecticâ transferretur*, *suspexisse dicitur dimotis plagulis cœlum*. Plagulæ autem quæ dicantur patet e Nonio: *Plaga grande linteum tegmen*, *quod nunc torale vel lecticariam sindonem dicimus*. Vela igitur dimovebant, & aperiebant lecticæ fenestram, si vellent cœlum intueri: claudebant, si vel dormire vellent, vel aliud agere, quod arbitros non desideraret. Juvenalis:

Namque facit somnum clausâ lectica fenestrâ. Abram.

26. *Non vero illo & mimico nomine.*] *Non noto illo* o. l. v. *Ferrarius*. *Non noto illo & mimico nomine.*] Notæ vel etiam nobiles dictæ meretrices & famosæ. vide Cœlianam: *Res est omnis in hac causa nobis*, *judices*, *cum Clodia muliere nonsolum nobili*, *sed etiam nota*. Notum autem illud & mimicum nomen fuit Cytheris, ut & Plutarchus testatur, & Cicero libro x. ad Atticum epist. 11. *Hic tamen Cytheridem secum lectica aperta portat*, *altera uxorem*. (bene Lipsius, *alteram uxorem*) *septem præterea conjuncta lectica amicarum*: *ha sunt amicorum*. *vide quàm turpi letho pereamus*. Abram.

27. *Volumniam.*] Quod eam Volumnius Eutrapelus, Antonii familiaris, amaret. ep. ult. lib. ix. Famil. *P. Manut*.

28. *Sequebatur rheda cum lenonibus.*] Ita est in libro Vaticano. Victorius autem legit *leonibus*, quod non placet: usus est enim *leonibus* Antonius, sed post Pharsalicam pugnam, ut scribit Plinius, non autem in hoc itinere Tribunicio, initio ejus insaniarum. Nam iter hoc Antonii Tribunicium anno superiore fuit: & leones non ad rhedam, sed ad currum junxit. *Ursin*. Exhibent hanc lectionem Pall. nostri, & retinet omnino contra Victorium Ferrarius: is enim lib. XVI. Var. Lect. contenderat emendandum, *cum leonibus*. Gruter. Multis de hoc loco egerunt Victorius & Sebastianus Corradus ad x. ad Attic. epist. 13. quos vide. Nam uterque contendit legendum esse, *cum leonibus*. Sed ita tamen, ut Corradus hæreat & dubitet de hujus loci scriptura, quia post Pharsalicam victoriam demum leonibus junxisse rhedam Antonium scribatur a Plutarcho. Francii, Græv. Amsterd. firmant, *lenonibus*. In Colon. est *leonibus*, sed addita super *e* virgula, verum a recentiore manu, *ẽ*, quæ *en* notat. *Græv*.

29. *Rejecta mater.*] Liber Vaticanus habet, *recta*, sed mendose. amici autem mei manuscriptus alius codex habet, *rhedicula*. Ant. Au-

quam nurum, sequebatur. O miseræ mulieris fœcunditatem calamitosam! Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impressit.

59 Reliquorum factorum ejus, patres conscripti, difficilis est sanè reprehensio t & lubrica. versatus in bello est: saturavit se sanguine dissimillimorum sui civium. fuit felix, si potest ulla esse in scelere felicitas. 30 Sed, quoniam veteranis cautum esse volumus, quamquam dissimilis est, v militum causa & tua: illi x secuti sunt: y tu quæsisti ducem: tamen, ne apud z illos me in invidiam voces, nihil de belli genere dicam. Victor a è Thessalia Brundisium 31 cum legionibus revertisti. ibi me non occidisti. magnum beneficium. b potuisse enim fateor. quamquam nemo erat eorum, qui c tunc tecum fuerunt, qui mihi non

t & lubricè vers. *MSS. & edd. vett.*
v multum *MS.*
x tui sec. *MS.*
y tumque desisti te duc. *MS.*
P.CLXXII.
z illos in *MS.*
a è *deest in MS.*
b potuisti *alii.*
c tum *alii.*

Augustinus putat legendum *lectica*: Sed frigidius verbum videtur quàm *rejecta*, id est, in extremum compulsa. *Ursin.*

30. *Sed quoniam veteranis.*] Intricatior esse, nec optime cohærere videtur oratio. Est enim *ἀνακόλουθον*, nec illa particula *quoniam* habet aliud membrum, quod sibi perspicue respondeat. Mens est Oratoris. Nihil de belli genere dicam, nec invehar in te, quod interfueris bello civili suscepto contra rempublicam. Non, inquam, invehar propter duas rationes: altera est, quoniam veteranis cautum esse volumus, ne priventur iis militiæ commodis, quæ vel jam adepti sunt a Cæsare, vel brevi adipiscentur a Senatu: altera est, quia nolo committere, ut tu me apud illos in invidiam voces, eorumque animos contra me incites, quasi ego eorum commodis detrahendum putem. Quanquam, etiamsi in te inveherer, quòd interfueris bello civili, non tamen reprehenderentur a me veterani. Siquidem alia tua est, alia veteranorum causa. Illi enim secuti sunt Cæsarem ducem, qui ipsis datus fuerat a Senatu populoque Romano: nec examinare debuerunt causam, cur Cæsar Pompejo bellum inferret: tu autem, cum & Tribunus plebis esses, ac proinde nullo sacramento militari obligatus, tu sponte ducem quæsisti. *Abram.*

31. *Cum legionibus.*] Cæsar, victo ad Pharsalum Pompejo, magnam exercitus sui partem in Italiam remisit, eique præfecit M. Antonium: ipse cum reliquis copiis instituit sequi Pompejum fugientem. Cicero, qui & invitus bellum susceperat, & nullam videbat Pompejanis partibus spem superesse, audita clade Pharsalica, cui propter adversam valetudinem non interfuit, statuit ab armis discedere, neque Catoni & Cn. Pompejo filio exercitum ei tradentibus hortantibusque, ut præesset bellique extrema persequeretur, acquievit, sed in Italiam navigavit, appulsusque Brundusium incidit in Antonium, cum exercitu victore redeuntem. Quem cum Antonius jure belli occidere posset, incolumem dimisit. *Abram.*

32. Li-

60 non censeret parci oportere. Tanta enim est caritas patriæ, ut vestris etiam legionibus sanctus essem, quòd eam à me servatam esse meminissent. sed [d] fac id te dedisse mihi, quod non ademisti; meque à te habere vitam, [e] quia à te non sit erepta: [32] [f] liceatne mihi per tuas contumelias hoc beneficium tueri, ut tuebar, præsertim cùm te hæc auditurum videres?

[d] fac te *alii.* [e] quæ *Græv.* [f] liceat nunc *edd. vett.* licuitne *alii.*

61 XXV. VENISTI Brundisium, in sinum quidem & in complexum tuæ mimulæ. Quid est? num mentior? quàm miserum est id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri? Si te municipiorum non pudebat: ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit, qui Brundisii illam non viderit? quis, qui nescierit venisse eam tibi [33] tot dierum [g] viam gratulatum? quis, qui non indoluerit, tam serò se, [h] quem hominem secutus esset, cognoscere?

[g] viâ *alii.* [h] quam nequam *Græv.*

62 Italiæ rursus percursatio eadem comite mimâ: in oppida militum crudelis & misera deductio: in urbe auri, [i] argenti maximéque vini, fœda direptio. Accessit, ut, Cæsare ignaro, cùm ille esset Alexandriæ, beneficio amicorum [k] ejus magister equitum constitueretur.

[i] & arg. *alii.* [k] ejus de *in aliis.*

34 tum

32. *Licuitne mihi.*] Ita legendum conjecerat Ferrarius: cujus conjecturam confirmavit antiquus liber. *Muretus.* *Liceatne mihi per &c.*] Ferrarius timide & modeste conjiciebat, *licuitne*, quod receperunt P. Manut. & Lamb. sed non respondent libri. prius impressi, *liceat nunc mihi.* Grut. Vides ex Mureto non solâ conjecturâ Ferrarii inductum Lambinum, ut *licuit* reciperet: sed fide antiquissimi omnium & optimi libri, ex quo jam ante id receperat Faërnus, quamvis nullam in notis fecisset mentionem hujus mutationis, ut in aliis pluribus. Sic autem legendum esse vel invitis libris, sententia flagitante, Ferrarius viderat. *Sic* etiam ex Faërno & Mureto, sive potius Vaticano, adjeci, desideratum in aliis editionibus. *Græv.*

33. *Tot dierum tibi viam.*] *Tibi tot dierum viam* o. l. v. *Ferrarius.* *Venisse eam tibi tot dierum viam.*] Antiquus liber *via*, quod tamen rejicio, collocationem tamen verborum hanc probo, quam habet liber unus Vaticanus: *Tot tibi dierum viam gratulatum.* & paulo post, pro *quem hominem*, *quam nequam hominem*: & deinde paucis interjectis, *beneficio amicorum ejus.* Faërnus. *Tot dierum viam.*] De longitudine viæ Appiæ, quæ Româ Brundusium extendebatur, Lipsius libro III. c. 10. de Magnitudine Romana, ubi & testatur inter utramque urbem fuisse milliariorum circiter CCCL. intervallum: quare si singulis diebus quinque & viginti milliaria conficias, iter erit dierum quatuordecim, quam viam Cytheris ivit Antonio gratulatum. *Abram.*

[34] tum existimavit se suo jure cum [35] Hippia vivere; & equos vectigales [36] Sergio mimo tradere. Tum sibi non hanc, quam nunc male tuetur, sed M. Pisonis domum, ubi habitaret, legerat. Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? cogebat egestas: quò se verteret non habebat. nondum ei tanta à L. Rubrio, non à L. Turselio hereditas venerat: nondum in Cn. Pompeji locum multorumque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat. erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset.

63 Sed hæc, quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potiùs de [l] nequissimo genere levitatis. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum [m] vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem non modò [n] visu fœdam, sed etiam auditu! [37] Si inter cenam, [38] in ipsis tuis immanibus

l iniquissimo edit. vett. P. B.
m vini non est in MS.
n risu MS.

34. *Tum existimavit.*] Postquam magister equitum constitutus est Antonius, existimavit se jus habere vivendi familiariter cum Hippia: quia videlicet ipse magister equitum erat, sive ἵππαρχος, Hippia autem ab equis, quos Græci ἵππους appellant, nomen obtinebat. *Abram*

35 *Hippia*] Putavi nonnunquam Hippiam mulierculam fuisse famosam Id enim nomen eo sensu Juvenalis usurpat:

—— *quos amaverit Hippia mœchos.*

Imo hanc Sergio ludio adhæsisse tradit Sat. VI. E quibus patet & ludium & gladiatorem fuisse Sergium, & Hippiam matronam fuisse nobilem, sed multorum adulterorum libidini prostitutam, & eandem ab Antonio amari potuisse & cum Sergio libidinis habuisse commercium, ut non frustra Noster utriusque meminerit. Hæc, inquam, putavi, & etiamnum putarem, nisi me Plutarchi reverentia rem in medio relinquere compelleret, veritum toties a tanto viro diffidere, qui Hippiam non mulierem, sed mimum fuisse testatur, *in Hippiæ mimi nuptiis.* Idem.

36. *Sergio mimo tradere. Quid ego &c.*] Lambini editio amplius habet, *tradere. tum sibi, non hanc, quam nunc male tuetur, sed M. Pisonis domum, ubi habitaret, legerat. Quid ego &c.* deprompta ei forte è Faërni aut Mureti libellis, quos nondum videre licuit. *Grut.* Sed nos, qui vidimus, non dubitavimus ista verba cum Faërno, Mureto, Lambino & Manutio recipere. *Græv.*

37. *Si inter cenam.*] Quintilianus lib. IIX. laudat, *si hoc tibi inter cenam.* mox reddidi Tullio *ipsis*, suasu Pal. sec. ac Maur. ut & Ferrarii scriptis: eorundemque fide mutavi *iniquissimum*, in *nequissimum.* Gruter.

38. *In tuis immanibus.*] Antiquus liber, *in ipsis tuis im.* & paulo

bus illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe o duceret? 39 in cœtu verò populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens, frustis esculentis, vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal implevit. Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus: veniamus ad p splendida.

o dicerct *MS.*

p splendidiora *alii.*

XXVI. CÆSAR q Alexandriâ se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur: meâ autem sententiâ, 40 si quis reipublicæ sit infelix, felix esse non potest. 41 hastâ positâ pro æde Jovis Statoris, 42 bona r Cn. Pompeji (miserum me! consumptis enim lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor) 43 bona, inquam, Cn. Pompeji Magni, voci acerbissimæ subjecta præconis. una in illa re servitutis

64

q Alexandriam *MSS. & edd. vett.*

r *ita Grav. alii non habent* Cn. Pompeji.

lo post, *quis non turpe diceret?* pro eo quod est in impressis duceret. Faërnus.

39. *In cœtu vero populi.*] Deest *Romani.* id apud Quint. lib. VIII. apparet, *Singula* (inquit) *incrementum habent per se deforme, vel non in cœtu vomere: in cœtu etiam non populi: populi etiam Romani.* Superiora quoque membra aliter apud eundem scripta sunt: *Si hoc tibi inter cœnam & in illis immanibus poculis tuis accidisset: quis non turpe duceret?* Ferrarius.

40. *Si quis reip. sit infelix, felix esse non potest.*] L. Col. & alii aliqui sic: *Nisi qui reip. sit infelix, felix esse nemo potest.* ut forrasse ita corrigendum sit: *Nisi qui reip. sit felix, esse nemo potest.* In hoc certe omnes libri scripti consentiunt, quod *nemo* pro *non* habent. *Idem. Nisi qui reip. sit felix.*] Antiquus liber, *qui reip. sit hostis;* ego tamen retinendum puto, *infelix*, quod prius in vulgata & in omnibus vetustis libris erat. in ceteris lectionem antiqui hujus exemplaris sequor. *Faërnus.*

41. *Hastâ positâ pro æde Jovis Statoris, bona subjecta Cn. Pompeji, miserum me.*] Ita legitur in libro Vaticano, cum in Faërni editione desit vox *subjecta*, quæ primo loco posita est. *Ursin.*

42. *Bona (miserum me.*] Ex antiquo libro post *bona* interpone *Cn. Pompeji*, & paucis interjectis, post hæc verba, *servientibusque animis*, hæc adde, *cum omnia metu tenerentur.* & paulo post lege, *circum hastam.* paulò item post, *reformidasset.* Faërnus.

43. *Bona, inquam.*] Hoc exemplum geminationis post aliquam interjectionem cum vehementia repetitæ profert Quintilianus lib. IX. cap. 3. Advertenda vero singulorum verborum energia. Miserum est *bona* cujusquam publicari, quanto miserius *bona Cn. Pompeji*, & bona illius Pompeji, qui ob rempublicam bene gestam, ob propagatum imperium *Magni* cognomen fuerat consecutus? neque quòlibet modò publicari, sed hastâ positâ, quasi res bello partæ, quasi prædæ hostium venderentur: & *subjici voci præconis*, in illa urbe, in qua fuerat princeps, & *voci acerbissimæ* fortasse non sine dicteriis & sarcasmis. *Abram.*

tis oblita civitas ingemuit 44 servientibusque animis; cum omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi Romani liber fuit. exspectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, ſ tam demens, tam diis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet 45 accedere, inventus est nemo, præter Antonium, præsertim cùm tot essent t circum hastam illam, qui alia omnia auderent. unus inventus est, qui id auderet, quod omnium fugisset & reformidasset audacia.

ſ tam demens *non est in MS.*
t circa *alii.*

65 Tantus igitur te stupor oppressit, vel, ut veriùs dicam, tantus furor, ut primùm, cùm sector sis isto loco natus, deinde cùm Pompeji sector, non te v exsecrandum populo Romano, non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines, & esse inimicos, & x futuros y scias? 46 At quàm insolenter statim helluo 47 invasit in ejus viri fortunas;

v execratum *alii.*
x duros *MS.*
y sciebas *MS.*

44. *Servientibusque animis, gemitus tamen &c.*] Nihil variant mss. nostri; Lambinus tamen interposuit: *animis; cùm omnia metu tenerentur.* an ex Faërni aut Mureti libris? *Gruter.* Cum Grævio recipere ista non dubitavi.

45. *Accedere.*] Hoc verbum in sectionibus usitatum. Cornelius Nepos Attici vitâ: *Ad hastam publicam nunquam accessit. Nullius rei neque præs, neque manceps factus est.* Livius lib. XLIII. *Censores edixerunt, ne quis eorum, qui Qu. Fulvio & Aulo Postumio Censoribus publica vectigalia, aut ultro tributa conduxissent, ad hastam suam accederet.* Abram.

46. *At quam.*] Adverte singulorum verborum energiam & modum amplificandi pulcherrimum. Primo utitur interrogatione per admirationem, ut majorem orationi suæ vim incutiat, sine qua plane langueret. Deinde ait *insolenter*, quia qui voluptatis est insolens, in eam se cupidius & vehementius effundit & ingurgitat. *Statim*, quod aviditatis est signum & intemperantiæ. *Helluo* vim etiam suam & peculiare momentum habet. Quæ sequuntur mire rem exaggerant a dignitate Cn. Pompeji. Cum præsertim nihil sit miserius quàm virtus afflicta, & ejus viri fortunas ab impuris helluonibus hauriri, qui virtute patriam suam non vicinis solùm, sed etiam exteris nationibus terribiliorem, justitiâ chariorem effecerit. Quibus verbis inest etiam suum pondus & momentum: nam præter oppositionem illam virtutis & fortunæ est etiam quædam antithesis inter terrorem & charitatem: siquidem, ut ait ille, *Quem metuunt, oderunt.* Incredibilis igitur fuit Cn. Pompeji virtus, qui res inter se dissidentes conjunxit & a barbaris etiam gentibus expressit, ut quem metuebant amarent. *Idem.*

47. *Invasit in ejus viri fortunas.*] Cum subito Antonius se immersisset in bona Pompeji, ut primùm ipsi addicta sunt in auctione, insolentiâ rerum secundarum sic efferebatur & gestiebat, ut continere se non posset, sed exsultare gaudio & tripudiare videre-

nis; cujus virtute terribilior erat populus Romanus exteris gentibus, justitia carior? ¶. CLXXXI.

XXVII. IN EJUS igitur z copias cùm se subitò ingurgitavisset, exsultabat gaudio, persona de mimo, 48 modò egens, repentè dives. Sed, ut est apud poëtam nescio quem, 49 male parta male dilabuntur. Incredibile ac simile portenti est, a quonam modo illa tam multa quàm paucis non dico mensibus, sed paucis diebus effuderit: maximus 50 vini numerus fuit, permagnum optimi ponderis argenti, pretiosa vestis, multa & lauta supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis: horum paucis diebus nihil erat. 66

z viri copia Grav.

a si quo. MS.

Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ si fuit, fuit 51 animal b unum: Oceanus, medius fidius, vix videtur. 67

b vivum MSS.

tur. Nec mirum, similis enim erat illis mimorum gesticulatoribus, qui cum paulo ante mendici & egentis cujusdam personam sustinuerint, repente mutatâ personâ prodeunt in scenam habitu regum aut tyrannorum. Hæc autem verba, *modo egens, repentè dives*, conjicit Schottus, approbante Grutero ex aliquo Poëta esse deprompta. *Abram.*

48. *Modò egens, repentè dives.*] Non temere conjicit d. cap. 12. Schottus noster, istud ex poëta aliquo depromptum. *Gruter.*

49. *Male parta male dilabuntur.*] *Parata* l. Lang. & alii nonnulli: sed perperam: nisi Sex. Pompejo fidem abrogamus. *Partus* (inquit) *&* *pro nascendo ponitur*, *&* *pro parato*. Nævius, *Male parta male dilabuntur*. Et Plaut. in Pœn. *Male partum male disperit*. Ferrar.

50. *Vini numerus.*] Loquendi modus primæ notæ scriptoribus usitatus. Hirtius de Bello Africano: *In castris unis positis, ipse frumentatum circum villas cum parte exercitûs profectus, magno invento hordei, olei, vini, fici numero, pauco tritici, atque recreato exercitu, redit in castra.* Ulpianus D. de tritico, vino & oleo. lege, *Si quis*. *Vini* numero frequenter usurpat: sed alio longe sensu. Usitatius est *frumenti numerus* apud Cæsarem, Hirtium, ipsum Ciceronem: quibus referendis supersedeo, quòd Hadrianus nobilissima quæque exempla prælibarit. *Abram.*

51. *Animal unum.*] *Vivum* l. v. Quintilianus & Seneca. *Ferrarius.* *Animal unum fuit.*] Legere videtur Fabius: *Quæ si fuit, fuit animal vivum*. nihil facile mutaverim. Siquidem illud, *vivum*, & superfluum est, & potius auget quàm minuit voracitatem Charybdis, quæ tamen fuerat minuenda, ut correctionis illius *Charybdin dico?* ratio redderetur. *Abram.* In meo ut & Francii codice legitur sane, *animal vivum*, ut olim in suo invenerat Quintilianus. Non vero ista vox auget voracitatem, si respicias Oceanum, de quo post loquitur, sed minuit eam ratione Oceani. Charybdis fuit animal vivum, itaque non plus potuit hau-

videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò c absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum. 52 apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. alia mimi rapiebant, alia mimæ: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur, atque id locis pluribus: suggerebantur etiam sæpè (non enim semper ipse felix) damna aleatoria. 53 conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis, 54 servorum in cellis lectos stratos videres. Quamobrem desi-

c absorberi *alii.*

haurire quàm quod ad ingluviem illam & lupinam famem sedandam requirebatur. At Oceanus quantumvis magnam vim & copiam quarumcumque rerum temporis momento potest absorbere. *Grav.*

52. *Apotheca.*] Vinum aliud erat doliare, aliud diffusum. doliare in doliis sive in cupis servabatur, de quo plura in Pisonem: *Panis & vinum a propola atque de cupa.* Diffusum dictum, quod ubi in cupa ferbuerat defundebatur in amphoras diccbaturque colari, saccari, διαχεῖσθαι, ἠθεῖσθαι, transvasari, elutriari. hujusmodi amphoras testaceas pice allinebant & obturabant, & Consulum nomine signatas reponebant, non in cellis vinariis, sed in apothecis, ut fumo vaporatæ acerbitatem vina deponerent fierentque mitiora. Plinius lib. XIV. c. 14. *Apothecas fuisse & diffundi solita vina anno* DCXXXIII. *urbis, apparet indubitato Opimiani vini argumento, jam intelligente suum bonum Italiâ.* Idem cap. 18. *Vina in apothecis canis ortu mutantur, quadam posteaque restituuntur sibi.* Dixi amphoras pice oblitas fuisse. Iis adscribebant nomen patriæ & temporis. Juvenalis Sat. V.

—— cujus patriam titulumque senectus
Delevit multâ veteris fuligine testa. Abram.

53. *Conchyliatis.*] Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidos lectum conchyliato peristromate stratum ita describit:

Pulvinar vero Divæ geniale locatur
Ædibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco.

Dicta autem conchylis, sive conchyliata vestis, quod purpuræ, sive muricis sint quædam genera conchyliorum, id est pisciculi concha vestiti, de quibus Plinius lib. IX. cap. 36. *Purpura florem illum tingendis expetitum vestibus in mediis habent faucibus. Liquor is nimirum est in candida vena, unde pretiosus ille bibitur nigricantis rosæ color sublucens.* Lucretius lib. II.

Jam tibi Barbarica vestes Melibœaque fulgens
Purpura, Thessalico concharum tincta colore.

Et libro VI.

Purpureusque color conchyli mergitur una
Corpore cum lana, dirimi qui non queat unquam. Idem.

54. *Servorum in cellis.*] Cellæ servorum fuerunt. Varro lib. I. de Re Rustica c. 13. *Villici proxime januam cellam esse oportet.* quas proinde Vitruvius lib. VI. de Architectura cap. 10. *familiaricas* ap-

[illegible] mirari, hæc tam celeriter esse consumpta. non modò unius patrimonium, quamvis d amplum, ut illud fuit, sed urbes & regna e celeriter tanta nequitia devorare potuisset.

d amplissimum alii. e celeriter non est in edd. vett.

At f ejusdem ædes etiam & hortos. O audaciam immanem! tu g ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum ædium diis penatibus 55 os importunissimum ostendere? quam domum aliquamdiu nemo adspicere poterat, nemo sine lacrymis præterire, hac te in domo tamdiu h deversari non pudet? in qua, quamvis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse jucundum. 68

f idem MS. g etiam ing. alii. h divers. alii. P. B.

XXVIII. 56 AN TU, i illa in vestibulo, 57 ro-

i illa vestibula Grut. & alii.

appellat. *Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam & cella familiarica constituuntur.* E quibus Vitruvii verbis unius litteræ mutatione corrigi potest Varro ibidem: *In coquo quidam sellas familiaricas ponunt.* lege *cellas.* Cato de Re Rustica cap. 14. monet *cellas familiæ faciendas.* Vide Columellam lib. 1. cap. 6. *Abram.*

55. *Os importunissimum.*] *Impurissimum* nonnulli v. l. ut in V. *Atque in me absentem orationem ore impurissimo evomuit.* Vetustiores tamen libri scripturam impressam comprobant. & M. Tullius in oratione post Reditum in Senatu, *Si modo*, inquit, *vultum importunum in forum detulisset.* Ferrar. *Impurissimum* est in lib. Vatic. *F. Ursinus.* Os pro impudentia, temeritate, audacia & cum verbo audendi conjungitur, in Oratore: *Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia juris audet accedere?* Pro Rabirio Postumo: *Quod habent os? quam audaciam?* Vide Notas nostras in Pisonem: *Nihil incolume domum præter os illud pristinum tuum retulisti.* &: *Os tuum ferreum Senatûs convicio verberari noluisti.* Abram.

56. *An tu illa vestibula, rostra, spolia.*] Nos, proxime accedentes ad antiquam scripturam, quæ ita habet, *an tu illa in vestibulo arostran spolia*, ita legimus, *an tu illa in vestibulo hostium spolia.* Faërnus. *An tu illa in vestibulo rostra.*] Ita melius, opinor, quàm ut antea, *illa vestibula, rostra.* Muretus. *An tu illa vestibula.*] Variæ sunt hujus loci lectiones. Alii legunt: *An tu illa in vestibulo rostra, spolia tum adspexisti.* Alii: *in vestibulo rostra & hostium spolia.* Alii denique, quod magis placet, *An tu illa vestibula, rostra, spolia.* Majorem enim vim habet oratio, si dissoluta fuerit, ut plura conglobari & quasi in cumulum coacervari videantur, nec moris est oratori duas tantum voces continuari, nisi vinculo copulentur. Faërnus etiam & Manutius frigidius, opinor, ediderunt: *Illa in vestibulo hostium spolia.* Abram. Recepit Faërni & Mureti lectionem Lambinus, ut & P. Manutius, nisi quod *rostra* omiserit. Sic enim habet hujus editio ex conjectura Faërni: *An tu illa in vestibulo hostium spolia cum adspexisti, domum tuam te introi-*

re

[57] rostra, k spolia cùm adspexisti, domum tuam te introire l putas? fieri non potest. quamvis enim sine mente, sine sensu sis, ut es: tamen & te, & tua, & tuos nosti. nec verò te umquam neque vigilantem, neque in somnis credo mente posse consistere. necesse est, quamvis sis, ut es, [58] violentus & furens, cùm tibi objecta sit species singularis viri, perterritum m te de somno ex-
69 citari, furere etiam sæpe vigilantem. Me quidem miseret n parietum ipsorum atque tectorum. quid enim umquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more & sanctissima disciplina? fuit enim ille vir, patres conscripti, sicut scitis, cùm foris clarus, tum domi admirandus; neque rebus o externis magis laudandus quàm institutis domesticis. [59] hujus in sedibus pro p cubiculis sta-

k hostium spol. Manut.
l putasti alii.
m te deest in MS.
n & pariet. MS.
o externis alii.
p cubilibus MS.

re putas? Sed quia in Vaticano est, *An tu illa in vestibulo rostrorum spolia*, puto Ciceronem scripsisse, *An tu illa in vestibulo rostra, an spolia cum inspexisti*: aut forte scribendum, *ac spolia*. Græv.

57. *Rostra.*] Notat Germanus Valens in septimum Æneidos ad illa verba,

—— *ereptaque rostra carinis.*

victis hostibus navali certamine naves a victoribus mutilari consuevisse, quod Græci ἀκρωτηριάζειν dicebant. Herodotus in Thalia: Καὶ τῶν νεῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ. *Et navium capro insignitarum proras amputantes, deposuerunt in templo Minervæ Æginetica.* Rostra autem in vestibulo Pompeji, quia mare a piratis purgaverat, unde & rostrata. Capitolinus in Gordianis: *Exstat silva ejus memorabilis, quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompeji, quæ ipsius, & patris ejus, & proavi fuit.* Gordiani autem ab Antonio ducebant originem, & hanc Pompeji domum hereditario jure acceperant, ut advertit Justus Lipsius lib. V. de Militia Romana, Dialogo 17. *Abram.*

58. *Violentus & furens.*] Nonnulli l. l. *vinolentus*. Ferrarius. *Quamvis sis, ut es, violentus & furens.*] *Vinolentus* est in vetere quodam libro, & ita putat legendum Ant. Augustinus, sed hæc lectio plus habet speciei quàm veritatis. F. *Ursin.* *Vinolentus & furens.*] Istud recepi, quod invenisset in suis aliquot Ferrarius, restaretque in Pal. illo sec. atque Maur. prius erat *violentus*, inepte. ebrietas enim & furor duo sunt, quæ non patiuntur simulacra in somnis liquido nobis imprimi. itaque miror hactenus exsulasse libris lectionem ratione maxime subnixam. *Grut.* Rectius *violentus* conjungitur cum *furens* quàm *vinolentus*, ut in oratione de Harusp. Responsis: *Quod non sentiunt id, quod tamen mihi jam suspicari videntur, illius furentes ac violentos impetus in se ipsos posse converti*. Græv.

59. *Hujus in sedibus pro cubiculis stabula.*] *Hujus in ædibus &c.* habet liber manuscriptus. *Ursin.*

60. Pro

stabula; [60] pro tricliniis popinæ sunt. Etsi jam negat. nolite, q nolite quærere, frugi factus est, r illam suam suas res sibi habere jussit [61] ex duodecim tabulis; [illegible] [62] clavis [illegible]

q *illud* nolite *in multis deest.*

r mimam illam *alii*

60. *Pro tricliniis popinæ sunt.*] Ut aliquid hoc loco deesse suspicer facit, quod in optimo libro scriptum est hoc modo: *Pro conclavibus popina triclinissent.* itaque ideo asteriscum addidi. *Manutius.* P. Faber Tolosanus, olim commotus antiquâ scripturâ, quæ talis est, *pro conclavibus popina triclinissent*, delendam censuerat vocem *popina* & legendum, *pro conclavibus triclinia sunt.* Idem aliquanto post sententia mutata sic potius hunc locum esse legendum arbitratus est, *pro cubiculis stabula, pro conclavibus triclinia, pro tricliniis popinæ sunt.* Confirmatur ejus conjectura his locis, quæ ille mihi indicavit. Severus ad Rogonium Celsum apud Ælium Spartianum in Pescennio Nigro: *Milites tui vagantur, tribuni medio die lavant, saltant, bibunt, cantant & mensuris conviviorum vacant, cum sine mensuris potent.* C. Gracchus in Oratione quadam apud A. Gell. lib. XV. cap. 12. *Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant, sed in convivio liberi vestri modestius erant quàm apud præceptorem*, al. *præcipem.* En tibi in his tribus locis commemorantur popinæ & stabula. Nam quæ M. Tullius *stabula* nominat, *meritoria* a Severo dicuntur. Gracchus autem his pluribus verbis, *neque pueri eximia facie stabant*, eandem rem significavit. Ita ex Severi & Gracchi verbis intelligimus, per *stabula* apud M. Tullium meritoria & quasi prostibula significari. *Lambinus. Pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinæ sunt.*] Sic Pall. & olim editi. itaque non est quod conjecturæ ullius admittamus. *Grut.*

61. *Ex duodecim tabulis causam addidit.*] Faëmus ex vetusto codice Vaticano, *claves ademit.* quam scripturam agnoscit etiam Nonius: sed vulgata lectio magis mihi placet: nam valde juri & æquitati consentaneum est, eum, qui dimittat uxorem, causam addere, cùm sponte sua (ut se apud judices suos excuset & facilius alteram reperiat uxorem) tum jubente lege hoc facere, quæ non temere & pro arbitrio sinat dimitti uxores, & seri discordias inter utrasque familias (ut de Carvilio dicitur, qui primus Romæ repudium fecit, sterilitatis causam addidit.) præterea quàm multæ sunt, quæ nec habent, nec habere volunt claves rerum viri: & quam multæ reperiri possunt uxores, quæ ademptis clavibus non repudientur. Omnino parum attinet ad repudium clavium ademptio. *Ursin. Jussit ex duodecim tabulis, claveis ademit forasque exegit.*] Ita fere Nonius in *Exigere*, probabatque hanc lectionem Victorius lib. II. Var. Lect. cap. 2. item Muretus lib. V. Variar. Lect. cap. 8. & alludit Pal. sec, in quo, *claves fecit, ademit, exegit.* vulgò antea erat, *jussit: ex duodecim tabulis causam addidit; exegit.* videatur Ferrarius, item Lambinus. Adamus Theodosius Siberus, has literas nostras eximiè doctus, putabat glossema illud, *ex XII. tabulis.* Supra quoque edidi, *illam suam suas res habere &c.* ejecta voce *mimam*, quæ non erat in mss. nostris. *Gruter. Ex XII. tabulis,*] Variæ sunt hujus loci lectiones.

Sa-

[62] claves ademit, [63] exegit. quàm porrò spectatus civis, quàm probatus: cujus ex omni vita nihil est honestius, quàm quòd cum mima fecit divortium? At quàm crebrò usurpat, *& consul & Antonius?* hoc est dicere, & consul & impudicissimus: & consul & homo nequissimus. quid enim est aliud Antonius? nam si dignitas significaretur [f] in nomine: [64] dixisset, credo, ali-

In *Grav.* dat.

Sane hæc verba, *claveis ademit forasque exegit*, a Nonio Marcello referuntur: quia tamen hæc verba, *causam addidit*, neque orationis numero, neque sensui officiunt, imo plurimum leporis addunt, non ausim ea excludere & quasi è veteri librorum possessione deturbare. Itaque lego: *Habere jussit: ex duodecim tabulis causam addidit: claveis ademit: foras exegit.* Vide Ursinum. Præterea, ut cum Victorio loquar lib. II. cap. 2. Variar. Lect. *Erat mos institutumque Romanorum, ut uxoribus, primùm domum ingredientibus, claves darent, quo (ni fallor) significabant, ipsas matresfamiliâs esse, atque omnem rei quæsitæ a viro potestatem habere, &c. & verisimile est quas initio matrimonii darent, ipsas divortio facto adimere solitos. Quod prorsus significare arbitror voluisse Ciceronem, cum eminem ritum illum exprimeret, ut fædiorem notam inureret turpissimo viro, cujus ex omni vita nihil erat honestius quàm quod cum mima fecisset divortium. Indicat etiam turpitudinem hominis, cum ostendit eum mimæ claves, amicaque ingenuarum mulierum legitimaque uxoris insigne concessisse.* Abram. *Pro conclavibus*, quod in vetere quodam libro legitur, est glossa magistri, qui margini hanc interpretationem vocis *tricliniis* adscripserat. Plane quoque assentior Sibero, qui ex XII. *tabulis* itidem esse explicationem, quæ ex margine irrepserit, existimat. *Grav.*

62. *Claves ademit.*] Et hoc divortii signum. claves enim dabantur uxoribus domum ingredientibus: eædem cum divortium fieret adimebantur. Tertullianus in Exhortatione ad castitatem: *Scio quibus excusationibus coloremus insatiabilem carnis cupiditatem, ex quibus necessitates adminiculorum descendunt; administrandam familiam, regendos loculos, claves custodiendas, lanificium dispensandum, victum procurandum.* Ambrosius in ep. ad Syagrium Veronensem episcopum: *Mulier offensa claves remisit, domum revertit.* P. Manut.

63. *Exegit.*] Videtur legendum, *foras exegit:* & ita exstat apud Nonium Marcellum ad verbum *exigere.* Nam neque P. Victor. neque Faërnus, neque Muretus adverbium *foras*, quod desideratur, restituerunt. *Lamb.* Non ausus sum id imitari, ut Gruterus fecit, quia libri omnes reclamant. *Grav.*

64. *Dixisset aliquando, credo, avus tuus se, & Consulem, & Antonium.*] Sic l. Col. *Dixisset, credo, aliquando avus tuus, & Consulem, & Antonius:* ut fortasse ita sit emendandum, *Dixisset, credo, aliquando avus tuus, & Consul, & Antonius.* Ferrarius. *Dixisset, credo, aliquando avus tuus se, & Consulem & Antonium.*] Ita judicavi legendum: cum in vetere libro esset, *sed & Consulem, & Antonium.* Nam illud *sed* putavi eadem ratione scriptum esse, quâ med-

aliquando, avus tuus, *& consul, & Antonius.* numquam dixit. dixisset etiam collega meus, patruus tuus. [t] nisi tu solus es Antonius. Sed omitto ea peccata, quæ non sunt earum partium propria, quibus tu rempublicam vexavisti: ad ipsas tuas partes redeo, id est, ad civile bellum: quod natum, conflatum, susceptum operâ tuâ est. — t nisi si *MS.*

XXIX. [v] CUI bello tum propter timiditatem tuam, tum propter libidines defuisti: gustaras civilem sanguinem, vel potiùs [65] exsorbueras: fueras in acie Pharsalica antesignanus: L. Domitium, nobilissimum & clarissimum virum, occideras: multos, qui [x] de prœlio effugerant, [y] quos Cæsar, ut nonnullos, fortasse servasset, crudelissimè persecutus trucidaras. quibus rebus tantis, talibus gestis, quid fuit causæ, cur in Africam Cæsarem non sequerere, cùm præsertim belli pars tanta restaret? Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post ejus ex Africa reditum obtinuisti? quo numerò fuisti? cujus tu imperatoris quæstor fueras, dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, prædæ socius, [66] testamenti, — 71 — v Cur ei *alii.* — P. CLXXIV. — x è *alii.* — y quorum Cæs. nonnull. *alii.*

ut

med pro *me* sæpe apud Plautum legitur. *Muretus.* *Avus tuus, & Consul, & Antonius.*] Pal. pr. *avus tuus se Consulem & Antonium.* neque aliter sec. nisi quod is, *Antonius* a manu prima. vulgata, *se & Consulem, & Antonium:* nostra est a conjectura Ferrarii. meâ sententiâ quadriga ista verborum est a librariis, scripsitque Cicero tantum; *id dixisset, credo, aliquando avus tuus; numquam dixit: dixisset etiam collega meus, &c.* Gruterus. Cur conjecturam nudam recipit Gruterus, & non potius Vaticanum aliosque codices audit, quibus omnes mei adstipulantur? *Grav.*

65. *Exsorbueras.*] Hoc demum ingentis vel odii vel crudelitatis indicium. Oenone Paridi apud Quintum Smyrnæum lib. VIII.

> Αἲ γὰρ μοι μέγα θηρὸς ὑπαὶ κραδίῃ γένος εἴη
> Δαρδάψαι σέο σάρκας, ἔπειτα δέ θ' αἷμα λαφύσσαι.
> *Atque utinam mihi magna feræ sub pectore vis sit*
> *Dilaniare tuas carnes, sorbere cruorem.*

In Vatinium: *Cum per meum nomen fortunas locupletum diripere, sanguinem principum civitatis exsorbere, &c. cuperetis.* Tragicus, cujus Philo libro de Josepho, Clemens Alexandrinus aliique meminerunt:

> Πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
> Πίνων κελαινὸν αἷμα, &c.
> *Combure, carnes concrema, expletor meum*
> *Sorbens cruorem.* — Abram.

66. *Testamento, ut dicebas ipse, filius.*] Proba lectio, vitiosa tamen a Faërno judicata: *testamento filius*, a sermone Latino nihil habet alienum: *testamenti filius*, cur Faërnus maluerit, adversante præsertim eo, quo usus est, vetere libro, valde miror. amavit

ut [z] ipse dicebas, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas.

72 Primò respondisti planè ferociter: &, ne omnia videar contra te, propemodum æqua & justa dicebas. A me [a] C. Cæsar pecuniam? cur potius, quàm ego ab illo? an ille sine me vicit? [b] at ne potuit quidem. ego ad illum belli civilis causam attuli: ego leges perniciosas rogavi: ego arma contra consules imperatoresque populi Romani, contra senatum populumque Romanum, contra deos patrios arasque & focos, contra patriam tuli. num sibi soli vicit? Quorum facinus est commune, cur non sit eorum præda communis? Jus postulabas: sed quid ad rem? plus ille poterat.

73 Itaque, [67] [c] excussis tuis vocibus, & ad te, & ad [d] prædes tuos milites misit: cùm repentè à te præclara [68] illa tabula prolata, qui risus hominum [e] de te erat? tantam esse tabulam, tam varias, tam multas [f] possessiones, ex quibus, præter partem Miseni, nihil erat, quod is, qui auctionaretur, posset suum dicere. Auctionis verò miserabilis adspectus: vestis Pompeji non multa eaque maculosa: ejusdem quædam argentea vasa collisa: [g] sordidata

[z] *ita Grav. alii aliter.*
[a] C. *deest in aliis.*
[b] ac *alii malè.*
[c] exclusis *alii.*
[d] *ita MSS. alii* prædas tuas.
[e] de te erat *alii non habent.*
[f] esse poss. *MS.*
[g] sordida *MS.*

vit ille, ut opinor, perpetuitatem similitudinis in casibus. quod quam leve sit, quantoque momenti plus habeat Latinæ linguæ norma, judicandum aliis relinquo. *P. Manut.*

67. *Exclusis tuis vocibus.*] *Excussis*, o. l. v. summopere placet. Idem dicit, quod his versibus Tibullus,

Magna loquor: sed magnifice mihi magna locuto
Excutiunt clausæ fortia verba fores.

Utitur hic ipse pro Sulla, *Qui si attulerint nervos & industriam, mihi crede, excutient tibi istam verborum jactationem.* Ferrarius.

68. *Illa tabula.*] De more, nam qui auctionem faciebant bonorum, quæ hastæ publicæ subjicerent, indicem in tabula sive libello scriptum proponebant. Pro Quintio: *Cujus bona venierunt, &c. cujus bona ex edicto possidentur, hujus omnis fama & existimatio cum bonis simul possidentur: de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obscuréque conceditur.* Plutarchus in Cicerone: Ἐπεὶ δὲ Φαῦστος ὁ Σύλλα τοῦ μοναρχήσαντος ἐν Ῥώμῃ, καὶ πολλοὺς ἐπὶ θανάτῳ προγράψαντος, ἐν δανείοις γενόμενος, καὶ πολλὰ τῆς οὐσίας διασπαθήσας, ἁμαρτίαν (locus mendosus. emenda τὴν οὐσίαν) προὔγραψε, ταύτην ἔφη μᾶλλον αὐτῷ τὴν προγραφὴν ἀρέσκειν, ἢ τὴν πατρῴαν. *Cum Faustus, Sulla Dictatoris filius, qui multos proscripserat, grandi ære alieno contracto, magnaque divitiarum parte dissipata, bona proscripsisset, dixit hanc proscriptionis tabulam sibi magis quàm paternam placere.* Abram.

69. Re-

ta mancipia: ut doleremus quidquam esse ex illis reliquiis, quod videre possemus. P. B.

Hanc tamen auctionem [69] heredes L. [h] Rubrii decreto 74 Cæsaris prohibuerunt. Hærebat nebulo. quò se verteret non habebat. [70] quin his ipsis temporibus domi Cæsaris [i] percussor ab isto missus, deprehensus dicebatur esse cum sica, de quo Cæsar in senatu, apertè in te invehens, questus est. proficiscitur in Hispaniam Cæsar, paucis tibi ad solvendum, propter inopiam tuam, prorogatis diebus. ne [k] tum quidem sequeris. tam bonus gladiator [71] rudem tam citò accepisti?

h Rubri MS.
i percusso MS.
k cum quidem MS.

XXX. HUNC IGITUR quisquam, qui in suis partibus, id est, in suis fortunis, tam timidus fuerit, pertimescat? Profectus est [l] tandem aliquando in Hispaniam: sed tutò, ut ait, pervenire non potuit. Quonam modo 75 igitur Dolabella pervenit? Aut non suscipienda fuit ista causa, Antoni: aut, cùm suscepisses, defendenda usque ad extremum. Ter depugnavit Cæsar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. omnibus affuit his pugnis Dolabella: in Hispaniensi etiam vulnus accepit. Si de meo judicio quæris: nollem. sed tamen consilium à [m] primo reprehendendum, laudanda constantia. [72] Tu verò quid es?

l tamen alii.
m principio alii.

69. *Heredes L. Rubrii.*] Repetentes ab Antonio bona Rubrii, quæ per fraudem, tamquam heres, occupaverat. *P. Manut.* Antonius in possessiones L. Rubrii Cassinatis contra jus & fas, subjecto testamento, exclusis veris heredibus, repentinus heres invaserat. Hi igitur repetentes ab Antonio bona Rubrii, quæ per fraudem occupaverat, Cæsarem adierunt, apud eum de auctione questi sunt, dixerunt Antonium nonnulla in hanc proscriptionis bonorum tabulam proscripsisse pro suis, quæ non ad illum, sed ad ipsos, quibus hæc hereditas obvenire debuerat, pertinerent: his auditis Cæsar decretum fecit, quo illi muniti prohibuerunt auctionem. *Abram.*

70. *Quippe in his ipsis temporibus &c.*] Ita omnes libri; unde suspicio fuit Gulielmio fuisse; *quippe ni? his ipsis.* ut Cicero significet, merito trepidasse; utpote qui insidiarum etiam manifestus fuerit. *Gruter.* Verius ex Vaticano Faërnus, Muretus, Lambinus, Manutius, *quin his ipsis temporibus.* Græv.

71. *Rudem.*] Indicem libertatis virgam impositam: quâ donati gladiatores, pugnare amplius non cogebantur. eâ vero donabantur, qui sæpe jam præclare pugnassent. Mordet igitur Antonium, qui, tamquam bonus gladiator accepta rude sibi jam non esse pugnandum pro Cæsare constitueret. *P. Manut.*

72. *Tu vero qui es?*] L. Lang. Sc. Col. *quid es?* alius non minoris vetustatis, quicum recentiores fere faciunt, *quid censes?* quod

es? Cn. Pompeji liberi primùm patriam repetebant. esto: fuerit hæc partium causa communis. repetebant præterea [73] deos patrios, aras, focos, larem suum familiarem: [n] in quæ tu invaseras. hæc cùm [o] repeterent armis ii, quorum erant legibus: etsi in rebus iniquissimis quid potest esse æqui? [74] tamen erat æquissimum contra Cn. Pompeji liberos Cn. Pompeji pugnare sectorem.

76 An tu Narbone [p] mensas hospitum convomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? [75] qui verò Narbone re-

[n] in deest in MSS.
[o] pet. alii.
[p] in m. h. [...]rum vom. [...]lii.

quod probo. *Ferrar.* *Tu vero quis es?*] Pal. sec. *tu vera quid censes?* Grut. Sed ego reposui ex Vaticano cum Faërno, Mureto, Manutio, Lambino: *Tu vero quid es?* quamvis non ignorem, cum quem contemnerent, sic locutos veteres esse, ut Ariovistus de Cæsare apud Florum: *Cum legati dicerent: Veni ad Cæsarem. Quis est autem Cæsar? Si vult veniat, inquit.* Et Tarentini apud eundem: *Qui autem & unde Romani.* Sed moveor auctoritate Vaticani. *Gravius.*

73. *Deos penates patrios.*] Dele vocem *penates*, ex ejusdem auctoritate. *Faërnus.* *Deos Penates.*] Vide Sextianam: *Exterminabit cives Romanos edicto Consul è suis Diis Penatibus? expellet à patria?* & pro Milone. *Abram.* Junguntur quidem Dii patrii ac penates, sed nunquam sine copula, ut pro Sulla: *Vos Dii patrii ac penates, qui huic urbi atque imperio præsidetis.* & pro Sextio: *Te, te inquam, patria obtestor, & vos penates patriique Dii.* Præterea *patrii* semper cum *Dii* conjungitur, nunquam cum penatibus, qui quamvis essent publici & privati, cùm tamen de publicis loquebantur, nunquam addebant *patrii*. Nam nulli alii erant in illa urbe aut regione, de qua agebant, quàm patrii. Itaque cum in Vaticano non legatur *penates*, id cum Faërno, Mureto ac Lamb. delevi. sin retinendum sit, legendum *Deos patrios ac penates.* Sed *penates* credo esse interpretationem vocum *Deos patrios*, quæ irrepsit ex margine. *Gravius.*

74. *Tamen erat æquissimum contra Cn. Pompeji liberos Cn. Pompeji pugnare sectorem.*] Ita Faërnus: at in libro Vaticano aliter scriptum reperitur: *Tamen quem erat æquissimum contra Cn. Pompeji liberos pugnare? quem? te sectorem.* Fulv. Ursinus. *Tamen quem erat æquissimum.*] Hic quoque unus est ex iis locis, ex quibus de bonitate atque integritate illius libri, quo usus sum, existimari facile potest. *Muret.* Sic sane Muretus edidit, ut legit in libro Vaticano & ipse & Fulvius, quem sequor, cum Abramio, quia longe acutius feriunt hæ interrogationes quàm si sine iis hæc legamus. *Græv.*

75. *Qui vero Narbone reditus? & tamen quærebat.*] Aliter est in manuscripto, & fortasse melius: *Qui vero Narbone reditus ejus. nam quærebat &c.* Ursin. *Reditus? & tamen quærebat, cur ego.*] Ferrarii msf. *reditus ejus? jam quærebat.* unde facit Gulielmius, *reditus ejus, qui jam quærebat &c.* non placet. certè à vulgato stant Pall. & vetus impressio. *Grut.* Faërnus, Muretus, Manutius, Lambinus ex Vaticano ediderunt: *Qui vero Narbone reditus? etiam quærebat.*

Sed

reditus? & tamen quærebat, cur ego ex ipso cursu tam subitò revertissem. Exposui nuper, patres conscripti, causam reditus mei. volui, q si possem, etiam ante Kalendas Jan. prodesse reipublicæ. 76 nam, quod quærebas, quomodo redissem: primùm luce, non tenebris: deinde 77 cum calceis & toga, 78 nullis nec Gallicis, nec lacerna.

q etiam si *alii.*

P. CLXXV.

Sed legendum est: *Qui vero Narbone reditus, & jam quærebas. Jam* sæpe sic usurpatur in connexionibus & novi argumenti principiis, ut alibi notavimus. *Grav.*

76. *Nam, quod quærebas, quomodo redissem.*] Horum verborum, *quomodo redissem*, duplex potest esse sensus. nam vel de causa, vel de facti circumstantiis possunt intelligi. Quæsisse videtur causam Antonius: Cicero per dilogiam jocularem aliò transfert, ut hinc arripiat occasionem in Antonium gravius invehendi, eaque a se removeat, quæ retorquentur in Antonii reditum, qui non habitu civis Romani, sed vel militis, vel etiam servi in Urbem redierat. *Abram.*

77. *Cum calceis & toga.*] Vestitu civis Romani. Qui togam sumebant, calceos etiam sumebant, qui eam deponebant, depositis calceis, crepidas induebant cum pallio, ut dudum viri docti observarunt ad Pallium Tertulliani. *Grav.*

78. *Nullis nec Gallicis, nec lacerna.*] *Caligis* & hic, & infra habet liber Vaticanus, pro *Gallicis.* Ursin. *Nullis nec Gallicis.*] Recepta lectio, *caligis.* sed Gellius libro XIII. cap. 20. laudat alterum. *Gruter.* Lacerna fuit vestis militaris, eadem quæ chlamys, quæ ex castris licentiâ bellorum civilium in urbem est traducta. Fuit amiculum, sive pallium laneum apertum, quod ipsi quandoque togæ, & hac deposita ferme in locum ipsius togæ injiciebatur tunicæ, nectebaturque fibulâ vel in humerò, vel ad pectus. Gallicæ fuerunt calceamenta, quæ imas tantum plantarum calces tegebant, quales erant crepidæ & soleæ. Hinc Juvenalis interpres Græcorum crepidas *Grajas gallicular* exponit: sic enim explicat quæ Juvenali τεγχάδες appellantur, τεγχάδες autem exponit Hesychius, σανδάλια ἀπὸ τῦ αἰγείῳ δέρματ☉, *sandalia ex pelle caprina*, ut notavit Salmasius ad historiam Augustam. Non vero ideo notatus est Antonius a Cicerone, inquit Octavius Ferrarius, quod in itinere toga & calceis usus non sit, id enim præter morem omnium, qui penulati & soleati iter faciebant in Urbis ingressu togam & calceos sumebant, quod de se Cicero testatur, sed quod pro penulâ lacernam & gallicas, calceamentum soleatum sumsisset, & ad augendam rei invidiam eo habitu non modo in itinere, sed cum peteret Consulatum, per Galliæ municipia & colonias incessisset; in quibus more Romano homines togati versarentur. Octavius Ferrarius de Re Vestiaria lib. I. cap. I. partis secundæ, ubi vide, ut & in sequentibus capitibus plura de lacernis. Cum tamen addita, se non videre, si *gallica* legatur cum Gellio, pro vulgato *caliga*, & gallicæ fuerint soleæ, vel crepidæ, cur notari potuerit Antonius, si communi pedum tegmine sit usus itineris caussâ,

r equidem MS.
s Jam deest in aliis.
t quam quod, qui alii.
v nos tum deest in MSS. multis.

na. At etiam adspicis me, r & quidem, ut videris, iratus. Næ tu s jam mecum in gratiam redeas, si scias, quàm me pudeat nequitiæ tuæ, cujus te ipsum non pudet. ex omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi. t qui magister equitum fuisse tibi viderere, in proximum annum consulatum peteres, vel potiùs rogares, 79 per municipia coloniasque Galliæ, 80 à qua v nos tum, cùm consulatus petebatur, non rogabatur, petere consulatum solebamus, cum x Gallicis & lacerna cucurristi.

x caligis alii.
y ita Graev. alii non habent hominis.
z vesperam alii.
a Cassiâ alii. malè.
b ore inv. alii.
c obv. Lamb. & alii.

77 XXXI. At videte levitatem y hominis. Cùm hora diei decima ferè 81 ad Saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans, perpotavit ad z vesperum: 82 inde a cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit b capite c involuto. Janitor, Quis tu? à Marco tabellarius. 83 Confestim ad eam, cujus causâ venerat, ne-

sed ideo notari, quod militare calceamentum caligas cum militari veste induerit. Hæc Ferrarius. Atqui miles erat Antonius, & ex Gallia militari habitu redibat Romam. Non hoc igitur notatur in Antonio, quod in itinere sit usus gallicis & lacernâ, sed quod iis usus sit, cum Urbem ingrederetur, & postea, quod iis usus sit, cum prensaret candidatus in municipiis & coloniis. *Gravius.*

79. *Is per municipia coloniasque Galliæ.*] Unde pendet *is*? Colon. Fran. Græv. *is, qui per municipia coloniasque Galliæ*: Amst. *idque per municipia coloniasque Galliæ.* Sed Vaticani cod. auctoritate Faërnus, Muretus & Manutius τὸ *is* deleverunt, & omnino delendum est, etsi nulli libri nos juvarent. *Idem.*

80. *A qua cum consulatus noster petebatur.*] Absurdissime immissa est ea dictio *noster*. legendumque, ut in antiquo libro, *a qua nos tum cum consulatus petebatur.* & paulo post addenda dictio *hominis* post levitatem, ut sit, *at videte levitatem hominis.* & altero versu, *perpotavit ad vesperam.* quod utrumque & apud Gellium est, & in libro scripto Vaticano: & deinde *capite obvoluto*; quod Gellius habet, *ore involuto*, numero meliore. *Faërnus.*

81. *Saxa rubra.*] Notant interpretes Saxa rubra fuisse inter Urbem & Vejos prope Cremeram, ubi ceciderunt Fabii trecenti. Livius lib. II. de Vejentibus: *Fusi ad Saxa rubra (ibi castra habebant) pacem supplices petunt, cujus impetratæ ab insita animis levitate, ante deductum Cremerâ Romanum præsidium pœnituit.* Abram. Fuerunt in via Flaminia. *Græv.*

82. *Inde Cassia celeriter ad urbem advectus.*] Intelligendum Cassiâ viâ. Et fit quidem mentio Cassiæ viæ in XIV. Philip. sed ego tamen hoc loco assentior lectioni Venetæ, *Inde cissio ad urbem advectus.* Cissium enim vehiculi genus ad celeritatem expeditum. *Camer.*

83. *Confestim ad eam, cujus causâ venerat, deducitur.*] In antiquo li-

venit, d deducitur: eique epistolam e tradit. quam cùm illa legeret flens (erat enim amatoriè scripta: caput autem litterarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum: omnem se amorem abjecisse f illinc, atque in hanc transfudisse) cùm mulier fleret uberiùs, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit; in collum invasit. O hominem nequam! (quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere.) ergo, ut te catamitum, necopinato cùm ostendisses, præter spem mulier adspiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? Et domi quidem causam amoris g habuit; 78 foris etiam turpiorem, 84 ne L. Plancus prædes h tuos venderet. productus i autem in concionem à tribuno plebis, cùm respondisses, te rei tuæ causâ venisse, populum etiam dicacem in te reddidisti.

d deductus est *Lamb.*
e transdidit *Manut.*
f illim *Lamb.*
g habuisti *Lamb.*
h suos *alii.*
i autem *non est in multis.* P. B.

XXXII. SED NIMIS multa de nugis. ad majora veniamus. Cæsari ex Hispania redeunti obviam longissimè processisti. celeriter isti, k redisti, ut cognosceret te, si minùs fortem, attamen strenuum. factus l es ei rursus nescio quomodo familiaris. habebat hoc omnino Cæsar: quem planè perditum ære alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognoverat, hunc in familiaritatem libentissimè recipiebat.

k & red. *Grut.*
l es *deest in multis edd.*

79 His igitur rebus præclarè commendatus, jussus es renuntiari consul, & quidem cum ipso. m nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, elusus. qua in re quanta fuerit n uterque vestrûm perfidia in Dolabellam quis ignorat? ille induxit, ut peteret: promissum & receptum intervertit ad seque transtulit: tu ejus perfidiæ voluntatem tuam adscripsisti. Veniunt Kalendæ Januariæ. cogimur in senatum: 85 invectus est copiosiùs multò in istum

m *MSS. disting. post* nihil.
n *alii* utriusque.

libro non est verbum *deducitur.* ut forte eo sublato subaudiri debeat *deductus est*, vel *irrupit*, & certe male quadrat id præsentis temporis cum subsequente præteriti *tradidit*, nisi legamus *tradit*: ut Gellius. *Faërnus.*

84. *Ne L. Plancus prædes tuos.*] Corruperunt hunc locum, qui hic *prædas tuas* legendum putarunt. Sic enim est in epist. ad Atticum: *Opinor Antonium propter prædes suos accurrisse.* Sic apud Suetonium dicitur Claudius venalis pependisse, cujus bona venalia pendebant. In Colon. etiam *prædes suos* rectè scribitur, ut ex conjectura scribendum esse censuerat Manutius & Ferrarius. *Grævius.*

85. *Invectus est copiosius multò in istum & paratiùs Dolabella.*] Do-

istum & paratiùs Dolabella quàm nunc ego. hic autem iratus quæ dixit, dii boni?

80 Primùm cùm Cæsar ostendisset, se, priùs quàm proficisceretur, Dolabellam consulem esse jussurum: quem negant regem, qui & faceret semper ejusmodi aliquid, & diceret: sed cùm Cæsar ita dixisset; tum hic bonus augur eo se sacerdotio præditum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire, vel vitiare posset, o idque se facturum esse asseveravit. In quo primùm incredibilem p stupiditatem hominis cognoscite.

81 Quid enim? istuc, quod te sacerdotii jure facere posse dixisti, si augur non esses, & consul esses, minùs facere potuisses? Vide ne etiam faciliùs. nos enim [86] nuntiationem solùm habemus: consules & reliqui magistratus etiam q inspectionem. Esto: hoc imperitè (nec enim r est ab homine numquam sobrio postulanda prudentia) sed videte impudentiam. multis ante mensibus in senatu [87] dixit, f se Dolabellæ comitia aut prohibiturum auspiciis, aut id facturum esse, quod fecit. quisquamne divinare t potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui do

o idque fact. *MS.*

p cupid. *MS.*

q spectionem *Manut. Lamb.* electionem *alii.*

P. CLXXVI.

r est *deest in aliis.*

f se *deest in aliis.*

t posset *alii.*

labella, cum videret interversum esse consulatum ad Cæsaremque translatum, iniquo ferens animo contumeliam, nec ausus tamen palam de Cæsare conqueri, orationis aculeum in Antonium convertit, eique perfidiam exprobravit, ut per ejus latus Cæsar peteretur. Antonius autem repente excanduit, & tot probra in Dolabellam evomuit, ut indignarentur Patres Conscripti, ipse Cæsar pudore suffusus ob impudentiam collegæ, ut altercationem illam sedaret, & Dolabellæ faceret satis, promisit se, prius quàm ad bellum Parthicum proficisceretur, Dolabellam suo loco suffecturum in Consulatu. *Abram.*

86. *Nunciationem solum habemus.*] Nunciant augures & impediunt, si vel tonantem Jovem audierint, vel fulgentem viderint: spectionem autem non habent, id est de cœlo non servant: ea enim spectio est. at magistratus & nunciationem habent, ut augures; & spectionem, quâ augures carent. lib. III. de Leg. *Reliqui magistratus auspicium judiciumque habento.* P. Manut.

87. *Dixit, Dolabella comitia aut prohibiturum, a.*] *Dixisse, a. l.* Et ego, *dixit se:* nisi forte eodem modo dictum est, ut illud pro Rosc. Amer. *Tene, cum ceteri socii tui fugerent ac se occultarent: ut hoc judicium non de illorum præda, sed de hujus maleficio fieri videretur, potissimum tibi partes istas depoposcisse?* Et Terentii: *Servone fortunas meas me commisisse futili?* Et Catonis apud Gellium, *Tuum nequitiam* [illegible] *signitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus te facere ausum esse?* quod tamen non placet. *Ferrarius.*

88. *Im-*

de cœlo servare constituit? quod neque licet comitiis per leges, &, si quis servavit; non habitis comitiis, sed priùs quàm habeantur debet nuntiare. [88] Verùm implicata inscitia impudentia est, [v] si nec scit quod augurem; nec facit quod pudentem decet. Atque ex illo die recordamini ejus usque ad idus Martias consulatum. Quis umquam apparitor tam humilis, tam abjectus? nihil ipse poterat: omnia rogabat: caput in adversam lecticam [x] inserens, beneficia, quæ venderet, à collega petebat.

v si deest in aliis nescit augurem alii. 82

x alii inferens.

XXXIII. ECCE Dolabellæ comitiorum dies, sortitio prærogativæ. quiescit. renuntiatur: tacet. [89] prima classis vo-

88. *Implicata inscitia.*] *Inscientia* Lang. *Ferr.* *Verum implicata inscitia impudentia est.*] Vetus liber habet, *impudentia*. F. Ursin. Ediderunt Faërnus & Muretus: *implicata inscientia impudentia est.* In Colon. non legitur *est*. Mallem quidem cum Ursini libro *impudentia*, sed a Vaticano non est recedendum. Impudentiâ est sexti casus. Inscientia conjuncta est cum impudentia. Antonius est imperitus artis auguralis & impudens. Declarant sequentia *nec scit quod augurem*, hæc respiciunt inscientiam, *nec facit, quod pudentem decet*, quæ pertinent ad impudentiam. *Gravius.*

89. *Prima classis vocatur: renuntiatur: deinde (ut assolet) suffragia: tum secunda classis vocatur.*] Ita est in Victorii editionibus & Manutii, qui tamen non habet ultimum *vocatur.* Faërnus ex Ant. Augustini conjectura legit *suffragatum:* quam lectionem Ciceronis consuetudo incommodam facit, qui nunquam otiosis verbis utitur. hic vero testatur se cito dixisse, cum ait, *Citius sunt facta quàm dixi:* nam hic singula fere verba ponit pro singulis sententiis: atqui suffragatum otiosissimum verbum fuisset: quanam enim alia de causa classes vocarentur in ovile (modo in hoc vocabulo non errem, cum duo essent loca in campo Martio juncta; alter, in quo omnes cives promiscue convenirent; alter, ex quo in eum vocatæ singillatim classes aut Tribus suffragatum se conferrent) nisi suffragii causâ? illud mihi persuadere non possum, quin alterum *renuntiatur* luxatum non sit. Quare ita Pantagathus legendum hunc locum existimabat: *Sortitio prærogativa: quiescit: renuntiatur: tacet. prima classis vocatur: deinde suffragia. renuntiatur: item silet. tum secunda classis vocatur.* hæc lectio, cur quædam transferat, intelligi facile potest. sed præterea duo requirit: primum aliud esse renuntiari eventum suffragiorum: alteram prærogativam non prius ferre suffragium quàm vocetur prima classis: tum, eâ vocatâ, prius prærogativam, deinde classem ferre suffragium: omnino illa duo *quiescit, tacet*, desiderant hoc, *item silet*, quod etiam ex illis verbis *ut assolet*, quum post vocationem & introitum, nihil aliud quàm suffragium feratur? *Ursin.* F. Ursini argumenta non tanti sunt momenti, ut convellere possint auctoritatem codicis Vaticani, in quo corrupte tantum *suffragiorum* pro *suffragatum* legitur. nec hæc vox tam otiosa est, ut videtur Ursino. Non recedo a Vaticano. *Gravius.*

 90. Dein-

vocatur: renuntiatur: [90] deinde, ut assolet, suffragia: tum secunda classis: quæ omnia citiùs sunt facta quàm dixi.
83 Confecto negotio bonus augur (Lælium diceres) ALIO DIE, inquit. O impudentiam singularem! quid videras? quid senseras? quid audieras? nec enim te de cœlo servasse dixisti, neque hodie dicis. id igitur obvenit vitium, quod tu jam Kalendis Januariis futurum esse y provideras & tanto antè prædixeras. Ergo, hercule, magna, ut spero, tua potius quàm reipublicæ calamitate ementitus es auspicia: z obstrinxisti populum Romanum religione. augur auguri, consul consuli a obnuntiavisti. Nolo plura; ne acta Dolabellæ videar convellere: quæ necesse est aliquando ad nostrum collegium deferantur.
84 Sed arrogantiam hominis insolentiamque cognoscite. quamdiu tu voles, vitiosus consul Dolabella: rursus, cùm voles, salvis auspiciis creatus. Si nihil est, cùm augur iis verbis nuntiat, quibus b nuntiasti: confitere te, cùm, ALIO DIE, dixeris, sobrium non fuisse. sin est aliqua vis in istis verbis, ea quæ sit, c augur à collega requiro. Sed, ne fortè d ex multis rebus gestis M. Antonii rem unam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus.

XXXIV. NON dissimulat, patres conscripti, apparet esse commotum: sudat, pallet. quidlibet, modò ne nauseet, faciat, quod [91] in porticu e Minutia fecit. quæ potest esse turpitudinis f tantæ defensio? cupio audire: ut videam, ubi rhetoris tanta merces, ubi campus Leon-
85 tinus appareat. Sedebat in Rostris collega tuus, [92] amictus toga

y prævid. alii.
z obstrixisti alii.
a alii obnuntiasti, aut nuntiavisti.
b tu nunt. multi alii. P. B.
c auguris MS.
d ex doest in aliis.
e Numitia alii.
f tanta MS. & alii.

90. *Deinde, ut assolet, suffragia.*] Suspicor, hoc post ea, quæ proxime sequuntur, verba transferri oportere: ut legatur hoc modo: *Tum secunda classis, deinde, ut assolet, suffragia.* id est, reliquæ classes, ut assolet, aut saltem tertia vocatur. fere enim ultra tertiam necessaria suffragatio non erat. *P. Manut.*

91. *In porticu Numitia.*] Lang. *Minuntia:* nonnulli *Minutias.* ego *Minutia*, autoritate Victoris adductus. *Regio* (inquit) *nona circum Flaminium continet, & stabula quatuor factionum sex, porticum Philippi, Minutiam veterem & frumentariam.* Aliter hæc verba se habent in libris impressis: nos ea subscripsimus, ut erant in libro litteris Lang. conscripto. *Ferrarius.* Videtur fuisse ista porticus in campo Martio, quæ & Frumentaria dicta est. Vide Famiani Nardini Romam veterem lib. VI. cap. 10. in tomo IV. Thesauri Antiquitatum Romanarum Grævii p. 1311. *Grav.*

92. *Amictus toga purpurea, in sella aurea.*] Hoc primum die Cæsar

togâ purpureâ, in sella aurea, coronatus: adscendis; accedis ad sellam (ita eras Lupercus, ut te consulem esse meminisse deberes) diadema ostendis. gemitus toto foro. unde diadema? non enim abjectum sustuleras, sed attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu rejiciebat. tu ergo unus, scelerate, inventus es, qui cùm auctor regni [g] esses; eum, quem collegam [h] regni habebas, dominum habere velles; & idem tentares, quid populus Romanus ferre & pati posset.

At etiam misericordiam captabas: supplex te ad pedes 86
abjiciebas: quid petens? ut servires? tibi uni peteres: qui ita à puero vixeras, ut omnia paterere, ut facilè servires: à nobis populoque Romano mandatum id certè non habebas. O præclaram illam eloquentiam tuam, cùm es nudus concionatus! Quid hoc turpius? quid fœdius? quid suppliciis omnibus dignius? num exspectas, dum te stimulis [i] fodiam? hæc te, si ullam partem [k] habes sensûs, lacerat, hæc [l] cruentat oratio. Vereor, ne imminuam virorum summorum gloriam. dicam tamen dolore commotus. 93 Quid indignius quàm vivere eum, qui imposue-

[g] esses inventus *alii.*
[h] regni *delent Grav. & alii.*
[i] fodiamus? *alii.*
[k] habet sensus *edd. vett.*
[l] te cru. *MS.*

sar cum veste purpurea processit, & in sella aurea sedit: eoque die immolanti significata mors est. ea de re Ciceronis hæc exstant verba lib. 1. de Divin. *Quod ne dubitare possimus, maxime est argumento, quod paullo ante interitum Cæsaris contigit. qui cum immolaret illo die, quo primùm in sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit.* P. Manut. Indutus veste triumphali, ut ait Plutarchus, aut etiam regiâ, ut Dio. Cicero de Divin. lib. II. *Tu vero quid habes, quare putes si paulo ante cor fuerit in tauro opimo, subito id in ipsa immolatione interisse? an quod adspexit vestitu purpureo excordem Cæsarem, ipse corde privatus est?* Mirum autem non est Cæsarem purpuram divinam admisisse, cum alios etiam divinos honores ut thensam, ferculum, pulvinar, flaminem, lupercos admiserit. De sella aurea Tranquillus, Dio, Plutarchus & alii. *Abram.* Non dissentiunt Dio & Plutarchus. Veste triumphali usi quoque olim sunt reges, ut propterea dici possit Regia, & Jupiter Capitolinus illa erat exornatus, unde vestes triumphales dicuntur exuviæ Jovis a Suetonio, & tunica palmata, Jovis tunica a Juvenale. Vide Alberti Rubenii de Lato Clavo lib. 1. cap. 21. in tomo v. Thesauri Antiquitatum Grævii p. 906. *Grævius.*

93. *Quid indignius quàm vivere eum?*] Sic o. l. v. *Nonne indignum tu tueri? Nonne indignum'st vivere eum*, fortasse corrigendum est. Ursinus. *Dicam tamen, dolore commotus. Nonne indignum est hunc vi-*

fuerit diadema; cùm omnes fateantur jure interfectum esse, qui abjecerit?

R. CLXXVII. 94 At etiam adscribi jussit in fastis, ad Lupercalia, C.
87 CÆSARI, DICTATORI PERPETUO, M. ANTONIUM, CONSULEM, POPULI JUSSU REGNUM DETULISSE, CÆSAREM UTI NOLUISSE. Jam jam minimè miror, te otium perturbare: non modo urbem odisse, sed etiam lucem: cum perditissimis latronibus 95 nonsolùm de die, sed etiam in diem vivere. Ubi enim

vivere, &c.] Sic esse legendum & veteres codices Philippicarum pervincunt, & ipse M. Tullius in epistolarum ad Attic. lib. XVI. epistola 12. docet. sic enim ille, hunc locum spectans: *Illud etiam malo, indignissimum esse hunc vivere, quam, quid indignius?* In eadem epistola paullo ante, verba illa, *Attamen est isto loco bella, ut mihi videtur, siparola, quod eum contra cives in acie, &c.* referenda sunt ad illud, quod est supra eadem Philipp. circiter quattuor ab hinc paginas, *Ter depugnavit Cæsar cum civibus &c.* sequitur: *Omnibus his pugnis affuit Dolabella, &c.* Lambinus, *Quid indignius quam vivere eum, qui &c.*] Ita ipse Cicero primum scripsit lib. XVI. ad Atticum epist. 11. quod & in Pal. prima nam sec. *Nonne indignus tu tueri*; quomodo & in suis reperit Ferrarius; conjecit autem, *Nonne indignum est vivere eum*, quod recepit Lambinus, at si Tullio obsequemur; rescribendum fuerat; *commotus, indignissimum esse, vivere hunc, qui imposuerit &c.* Grut. Ita scripserat Cicero: *Dicam tamen dolore commotus: Quid indignius quam vivere eum.* Postea tamen ab Attico suo monitus ita mutavit: *Dicam tamen dolore commotus indignissimum esse hunc vivere, qui imposuerit diadema, &c.* Sic enim epistola undecima lib. XVI. ad Attic. *Libenter ea corrigam, quæ a te animadversa sunt, eodem jure, quo Rubriana potius quàm quo Scipionis, &c. Illud etiam malo indignissimum esse hunc vivere quam quid indignius.* Ita Lambinus eum epistolæ locum emendat, cum prius loco *indignissimum*, legeretur *indignius*. Abram.

94. *At etiam inscribi jussit in fastis, ad Lupercalia C. Cæsari, &c.*] *Adscribi*, o. l. v. optime. Hoc amplius ego: quod intervalli notam non post *fastis*, sed post *Lupercalia* appono sic, *At etiam adscribi jussit in fastis ad Lupercalia, C. Cæsari.* Indicat locus ep. ad Brut. *Ego enim D. Bruto liberato, cum lætissimus ille civitati dies illuxisset, idemque casu Bruti natalis esset: decrevi, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur.* Adscribebatur autem quid in fastis ad aliquem diem sic, *Hoc die* (exempli gratiâ) *Brutus erupit Mutinâ: Antonius Cæsari regnum detulit, Cæsar uti noluit.* Hoc in fastis antiquis apparet. *Ferrar.*

95. *Nonsolum de die, sed etiam in diem vivere.*] *De die & in diem vivere* dicuntur ii, qui in assidua supplicii expectatione versantur, quasi sibi jam jam esset pereundum: atque adeo quemcumque diem transegerint, videntur lucro apponere, tantumque diei

præ-

enim tu in pace consistes? qui locus tibi in legibus m & judiciis esse potest, quae tu, quantum in te fuit, dominatu regio sustulisti? Ideone 96 L. Tarquinius n exactus: Sp. Cassius, Melius, M. Manlius, necati; ut multis post seculis, à M. Antonio, quod fas non est, rex Romae constitueretur? Sed ad auspicia redeamus.

m & in jud. *Grav.*
n regno exact. *aut* pulsus *alii.*

XXXV. DE QUIBUS rebus idibus Martiis fuit in senatu Caesar acturus; quaero tum tu quid egisses. audiebam quidem te paratum venisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum. 97 Sustulit illum diem fortuna o populi Romani. 98 num etiam tuum de auspiciis judicium interitus Caesaris sustulit? Sed incidi in id tempus, 99 quod iis rebus, 88

o reip. *MS.*

praesentis habent rationem, nihil de crastino cogitantes: quasi putent se crastinum diem non esse visuros, aut *de die*, luce palam omnibus videntibus: *in diem*, rapto, singulis diebus, ut Manutius exponit. *Abram.* *De die vivere* est quotidie genio indulgere & epulari. *De die* enim convivia sunt, quae ante statam coenae horam, quae erat nona, inibantur, quod erat hominum perditorum. Illa convivia dicuntur tempestiva. *In diem vivere* est, ut recte exponitur, omnia susquedeque facere, nihil divini humanique pensi habere, nec de futuro sollicitum esse, nec de hominum de te judicio. Illud est hominum asotorum, hoc hominum [illegible]. *τοῦ vivere* hic est duplex notio. In ista locutione *de die vivere* notat *vivere* voluptatibus indulgere, ut in illo Catulli, *Vivamus mea Lesbia:* sed in hac *in diem vivere*, *vivere* est vitam instituere. *Grav.*

96. *L. Tarquinius regno exactus.*] Lang. cum eo multi alii, *L. Tarquinius regno pulsus, exactus.* quo animadverso, pro certo putavi, *regno pulsus*, esse glossema: siquidem, regibus exactis, exactor regum, recte sine adjunctione dicitur. Sententiam meam Col. liber approbavit. sic igitur emendandum, *Tarquinius exactus.* Ferrarius.

97. *Sustulit illum diem fortuna Reip.*] Ita Faërnus ex libro Vaticano, cum in vulgatis legeretur *populi R.* pro *Reip.* sed ego receptam lectionem retineo. memini enim Ciceronem in Catilinam & alibi etiam ita locutum fuisse, & in argenteo Siciniae gentis denario FORT. P. R. hoc est, FORTUNA POPULI ROMANI inscriptum esse. *Ursin.*

98. *Tum etiam tuum de auspiciis judicium.*] Pro *tum* Lang. & ceteri fere *num.* quod probo. hoc enim sentit Cicero, fortunam quidem populi Romani illum diem sustulisse, non tamen judicium M. Antonii sustulisse: qui quidem interfecto Caesare statim Dolabellam sibi collegam esse voluisset: quo facto se auspicia ementitum esse judicavit. Sic igitur scribendum, *Num etiam tuum de auspiciis judicium interitus Caesaris sustulit?* Ferrar.

99. *Quod iis de rebus.*] *Iis rebus* Lang. Col. *Idem.* Detracto de

bus, in quas ingressa erat oratio, p praevertendum nobis est. Quae tua fuga? quae formido q illo die? quae propter conscientiam scelerum desperatio vitae? cùm ex illa fuga, beneficio eorum, qui te, si sanus esses, salvum esse voluerunt, clàm te domum recepisti?

89 O mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! dicebam illis in Capitolio liberatoribus nostris, cùm me ad te ire vellent, ut ad defendendam rempublicam te adhortarer: quoad metueres, omnia te promissurum: simul ac timere desiisses, similem te futurum tui. Itaque cùm ceteri consulares irent, r redirent, in sententia mansi: neque te illo die, neque postero vidi: neque ullam societatem optimis civibus cum importunissimo hoste foedere ullo confirmari posse credidi. Post diem tertium veni in aedem Telluris, & quidem invitus, cùm omnes

90 aditus armati obsiderent. Qui tibi ille dies, M. Antoni, fuit? quamquam mihi subitò inimicus exstitisti, tamen me tui miseret, quòd tibi invideris.

XXXVI. QUI TU VIR, dii immortales! & quantus fuisses, si illius diei mentem servare potuisses! pacem haberemus, quae erat facta 1 per obsidem puerum, nobilem,

p *Grut.* praetereundum non sit.

q praeclaro illo *Grav.*

r & red. *alii.*

P. B.

de legendum, *quod iis rebus.* & paulo post, pro *praetereundum non sit*, quae verba nihil omnino significant, reponi debet, *praevertendum est*. ut hic locus ita legatur, *sed incidi in id tempus, quod iis rebus, in quas ingressa erat oratio, praevertendum est.* hoc ex antiquo libro, in hunc sensum, incidi in id tempus, de quo prius mihi loquendum est, quàm de iis rebus, de quibus coeperam loqui. *Faërn.* His etiam maluit glandibus vesci Gruterus quàm frugibus in Vaticano repertis, quas sibi jam ante vindicarant Lambinus & Manutius, praeter illos duumviros, qui vetustissimi libri Vaticani auspiciis Philippicas longe correctiores ceteris editionibus publicarunt. Poterant ferri aliquo modo ceterae editiones, quae scribebant, *quod iis de rebus, in quas ingressa erat oratio, praetereundum non sit.* Sed in Gruteriana & iis, quae eam postea recoxerunt, quae omissa particula *de* legunt, *quod iis rebus, &c. praetereundum non sit.*, nulla est sententia. *Gravius.*

1. *Per obsidem puerum, nobilem, M. Antonii filium, M. Bambalionis nepotem.*] Peracto S. C. de oblivione injuriarum in aede Telluris, invitati sunt Caesaris percussores, ut è Capitolio descenderent. Illi cum etiam tum sibi a Lepido & Antonio metuerent, non ausi vitam suam illis committere, obsides ab eis petierunt. Dedit Antonius filium suum, quem ex Fadii Bambalionis libertini hominis filia susceperat. *Abram.* Auctor est Faërnus non legi in Vaticano *M. Antonii filium*, ideoque illas voces delevi, eumque secuti sunt Lambinus & Manutius; retinuit tamen eas Muretus

Glos

lem, [r] M. Antonii filium, [s] M. Bambalionis nepotem. quamquam te bonum timor faciebat, non [t] diuturnus magister officii; improbum fecit ea, quæ, dum timor abest, à te non [v] discedit, audacia. Etsi tum, cùm optimum te putabant, me quidem dissentiente, [3] funeri tyranni illius sceleratissimi præfuisti. tua illa pulchra laudatio, [4] tua miseratio, tua cohortatio.

Tu, tu [x] inquam, illas faces incendisti, & eas, quibus 91 [5] [y] semiustulatus ille est, & [6] eas, quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit. tu illos impetus perditorum homi-

r M. Antonii fil. desſ in Lamb.
t diuturnus alii.
v discessit alii.
x alii non habent inquam.
y alii semiustulatus, aut semiustum latus illius.

Glossam esse, quæ adscripta fuerit margini, quâ magister exponuit, quis esset nobilis puer M. Bambalionis nepos nemini potest obscurum esse, qui attentius ista legit. Nobilem puerum dicit εἰρωνικῶς, cum eum vocat *Bambalionis nepotem*. Nam Antonii erant sane nobiles, itaque hic parum facit ad Ciceronis mentem, si addatur *Antonii filius*. Nullus autem tum erat, qui falsum illud dictum, *nobilis puer*, *M. Bambalionis nepos*, non intelligeret, esse *M. Antonii filium*, quod si addatur hebescit acumen, quo vult ferire Antonium. *Grævius*.

2. *M. Bambalionis.*] Hic est, quem hujus orationis initio *Q. Fadium* vocavit. utrobique igitur sit idem prænomen, aut hic Q. aut ibi M. Bambalioni cognomen esse additum ab hæsitantia linguæ & stupore cordis, dicit in Phil. III. *P. Manut.*

3. *Funeri tyranni illius sceleratissimi præfuisti.*] Sic mss. Ferrarii, neque secus nostri. vulgata, *sceleratissime*, ut referatur ad Antonium. at Lambinus amplius habet, *funeri tyranni*, *si illud funus fuit*, *sceleratissime*. si è libris Faërni aut Mureti, probo. *Grut.*

4. *Tua miseratio.*] Hinc vides quid sit *miserabiliter laudare* apud Cic. XIV. ad Att. 10. *At ille etiam in foro combustus laudatusque miserabiliter*: nimirum, id est sic laudare, ut miseratione incendatur populus, & indignatione in percussores Cæsaris. Hic vocat *miserationem*. Sic *miserabilis oratio* apud Quintil. & alios, quæ miserationem movet. Itaque male non ita pridem vir doctissimus & politissimi ingenii in Gallia in epistolis ad Atticum est interpretatus, *miserè laudare*. Græv.

5. *Semiustulatus.*] Non dicit, combustus, sed semiustulatus, ut eum rogo caruisse ostendat. quasi id ei, qui tamquam tyrannus carere debuit honore sepulturæ, jure ac merito contigerit. sic de Clodio, pro Milone: *Tu P. Clodii cruentum cadaver ejecisti domo, tu in publicum ejecisti, tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti*. P. Manutius.

6. *Eas, quibus semiustum latus illius est.*] *Semustulatus ille est* Col. I. præclare. Hoc verbo quoque pro Mil. usus est: *Infelicissimis lignis semustulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti*. *Ustulare* dixit auctor obsceni carminis: *Amburbiatum* Plautus. *Bernartius*.

7. Ut

minum &, ex maxima parte, servorum, quos nos vi manuque repulimus, in nostras domos immisisti. idem tamen, quasi fuligine absterſa, reliquis diebus in Capitolio præclara senatûs consulta fecisti, nequa post idus Martias immunitatis tabula, neve z cujusquam beneficii figeretur. meministi ipse de exsulibus: scis, de immunitate quid dixeris. optimum verè, quòd dictaturæ nomen in perpetuum de republica sustulisti. quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur, 7 ut ejus omnem, propter proximum dictatorem, tolleres metum.

z cujus *Lamb. & alii.*

92 Constituta respublica videbatur aliis, mihi verò nullo modo, qui omnia, te gubernante, naufragia metuebam. Num me igitur fefellit? aut num diutius sui potuit esse dissimilis? inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulæ figebantur: neque solum singulis veniebant immunitates, sed etiam populis universis. civitas a non jam 8 b singillatim, sed provinciis totis dabatur. Itaque si hæc manent, quæ stante republica manere non possunt, provincias universas, patres conscripti, perdidistis: neque vectigalia solùm, sed etiam imperium populi Romani hujus domesticis nundinis c deminutum est.

P. CLXXVIII.

a non sing. *alii.*

b singulatim *aut* sigillatim *alii.*

93 XXXVII. Ubi est septies millies sestertiûm, 9 quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat? funestæ illius quidem pecuniæ, sed tamen, si iis, quorum erat, non d red-

c dimin. *alii.*

7. *Ut ejus omnem, propter proximum dictatorem, metum tolleres.*] Vaticanus liber, *ut ejus omen nomen propter proximum dictatoris metum tolleres*, ex cujus scripturæ vestigiis conjici potest legendum esse, *ut ejus omne nomen &c.* Ursin. Probarem Vaticani libri lectionem, ex emendatione F. Ursini & Mureti, nisi proxime præcessisset *dictatura nomen*, quam vocem reperi in tam paucis verbis non est Tullianæ ubertatis. Retineo itaque vulgatam lectionem cum Faërno & Manutio, quamvis Muretus scripserit, *ut ejus omne nomen*, quod si potuisset ferri, dictum fuisset, ut illud Justini v. 6. *Ut Atheniensium deletum non imperium tantum, verum etiam nomen videretur.* Græv.

8. *Singillatim.*] *Singulatim* Lang. utrumque usitatum. recte etiam dicitur *sigillatim:* nisi omnes libri mendosi sunt. *Ferrar. Non tam singillatim.*] Antiquus liber, *non jam s.* & paulo post, ubi legitur, *ubi est septies millies sestertiûm, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat.* ille habet, *ubi est septiens miliens sestertiûm, quod est in tabulis, quæ sunt ad Opis?* Faërnus.

9. *Quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat.*] Ita legendum putabat Budæus lib. IV. de Asse. cùm prius publicaretur *petebatur.* neque aliter Pall. nostri. at Lambinus & Manutius edidere, *quæ est in tabulis, quæ sunt ad Opis?* Grut.

10. De

d redderentur, quæ nos à tributis posset vindicare. Tu autem e quadringenties H. S. quod idibus Martiis debuisti, quonam modo ante Kalendas Aprilis debere [10] desiisti? Sunt ea quidem innumerabilia, quæ à f diversis emebantur, non insciente te: sed unum egregium de rege Dejotaro, populo Romano amicissimo, decretum in Capitolio fixum. quo proposito nemo erat, qui in ipso dolore risum posset continere.

d redderetur *alii.* e quadragies *MS.* f tuis em. *Manut.* & *alii.*

94 Quis enim cuiquam inimicior quàm Dejotaro Cæsar? æque atque huic ordini, ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus rempublicam populi Romani caram esse sentiebat. [11] Igitur, à quo vivo nec præsens, nec absens g rex Dejotarus quidquam æqui boni impetravit, apud mortuum factus est h gratiosus. compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat, [12] in ejus tetrar-

g rex Dej. deest in aliis. h gratus edd. vett.

10. *Desiisti? Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar?*] Hæc ipsa verba repetita habes in ea pagina, quæ proxime sequitur. Neque dubitassem ea hinc tollere atque expungere, si judicio meo potius uti quàm veteris libri auctoritati parere voluissem. Nam mihi quidem hoc loco plane otiosa & supervacanea videntur, eo magis quòd plerique omnes veteres libri hac in parte mutili & depravati reperiuntur. quod & Ferrarius testatum reliquit. *Muret.* Vulgata lectio, *desiisti? Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? Sunt ea &c.* Verum ea huc non faciunt, neque comparent in multis mss. interjecta verò sunt ex capite infra 38. ipso principio. *Gruter.*

11. *Is igitur.*] *Is* delendum: sed post, *nec absens*, addendum, *Rex Dejotarus.* hæc ex antiquo libro. *Faërnus. Is igitur, a quo vivo.*] Sic habet codex ille Vaticanus, ut testantur Faërnus & Muretus. verumtamen lectionem vulgatam malim tueri: nam verba illa, *Rex Dejotarus*, nata sunt, meo quidem judicio, ex annotatione, quæ respondebat voculæ *Is.* atque hâc voculâ omissâ verba illa in contextum verborum a librario conjecta sunt. Supra autem paucis ante versibus verba aliquot, quæ alieno loco erant posita, cum infra xxx. circiter post versibus suo loco legantur, delenda curavi, ut inania & supervacanea. *Lambinus.* Codici Vaticano parui cum Faërno, Lambino & Manutio. *Gravius.*

12. *In ejus tetrarchiam.*] Antiquus liber, *in ejus tetrarchianum.* nos, *in ejus tetrarchia unum.* & sequenti versu, pro *reddidit*, *reddit.* Faërnus. *In ejus tetrarchia unum.*] Vox *unum* aberat ab aliis libris: & in eisdem male scriptum erat, *tetrarchiam.* Hunc autem locum explicat Victorius cap. 23. libri tertii Variarum Lectionum. *Muretus. In ejus tetrarchiam &c.*] Prima editio, *Media tetrarchiam.* Gruterus. Hic etiam Vaticano subscripserunt Faërnus, Muretus, Lambinus, P. Manutius, quibus & ipse suffragor. *Grav.*

trarchiam ex Græcis comitibus suis collocarat; Armeniam abstulerat à senatu datam. hæc vivus eripuit, reddidit mortuus.

95 At quibus verbis? modò æquum sibi videri, modò non iniquum. mira verborum complexio. at ille numquam (semper enim absenti affui Dejotaro) quicquam sibi, quod nos pro illo postularemus, æquum dixit videri. Syngrapha H-S. centies per legatos, viros bonos, sed timidos

P. B. & imperitos, sine Sexti, [13] sine reliquorum hospitum regis sententia facta in gynæceo: quo in loco plurimæ res

i venierunt alii. [i] venire & veneunt. qua ex syngrapha quid sis acturus meditere censeo. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, simulatque audivit ejus interitum, suo Marte res suas recuperavit.

96 Sciebat homo sapiens, jus semper hoc fuisse, ut, quæ tyranni eripuissent, ea, tyrannis interfectis, ii, quibus erepta essent, recuperarent. [14] Nemo igitur jureconsultus, ne iste quidem, qui tibi uni est jureconsultus, per quem hæc agis, ex ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quæ erant ante syngrapham recuperatæ. non enim à te emit: sed priùs quàm tu suum sibi venderes, ipse possedit. Ille vir fuit: nos quidem contemnendi, qui auctorem odimus, acta defendimus.

97 XXXVIII. QUID ERGO de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? [15] quorum etiam

13. *Sine reliquorum hospitum regis sententia.*] Hoc amplius, o. l. s. *Sine sua, sine reliquorum, &c.* Ego sic, *Sine Sex. sine reliquorum, &c.* Ut autem in hanc opinionem discederem fecit ipse Tullius, cujus locum, hoc idem referentem ex XVI. lib. ep. ad Attic. huc rei dilucidandæ causâ transtulimus: *Ecquid amas Dejotarum, & non amas Hieram? qui, ut Blesamius venit ad me: cum ei præscriptum esset, nequid sine Sexti sententia ageret, neque ad illum, neque ad quenquam nostrûm retulit.* Ferrar. *Sine nostra.*] Ita aperte scriptum est in optimo libro: ut inanem esse conjecturam Ferrarii appareat. *Muretus.* *Sine Sexti, sine reliquorum.*] Omnes mss. *sine sua, sine reliquorum &c.* illud *Sexti* natum est a Ferrario, cui in mentem erat locus Tullii lib. XVI. ad Atticum epist. *Grut.* Cum in Vaticano clare habeatur *nostra*, quid est, quod dubitemus de hac lectione reponenda? In Victorii editione plane deleta & omissa sunt hæc verba *sine sua*, aut, *sine Sexti.* Sic enim scripsit, *sed timidos & imperitos, sine reliquorum hospitum regis sententia*, invitis libris omnibus. *Grav.*

14. *Nemo igitur jureconsultus.*] *Jureisconsultus* liber Vaticanus: sed antiqua inscriptio C. AQUILLIUS FLORUS (habet) *Jureconsultus.* Ursin.

15. *Quorum etiam imitatores sunt.*] *Licitatores* Ant. Augustinus. *Idem.*

16. Ut

etiam imitatores sunt, qui ea, tamquam gladiatorum libellos, palàm venditent. Itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, [16] ut jam [k] appendantur, non numerentur pecuniæ. At quàm cæca avaritia est? nuper fixa tabula est, qua [17] civitates locupletissimæ Cretensium vectigalibus liberantur: statuiturque, ne post M. Brutum proconsulem sit Creta provincia. Tu mentis es compos? tu non constringendus? an Cæsaris decreto Creta [18] post M. Bruti

k expendantur *alii*.

16. *Ut jam appendantur, non numerentur.*] Eodem sensu Horatius Sat. 1. lib. 1.

Umidius quidam, non longa est fabula, dives
Ut metiretur nummos. ——

Petronius Satyrico: *Uxor Trimalcionis fortunata appellatur, qua nummos modio metitur.* Sic apud Plutarchum in Artaxerxe Cyrus Junior, Lacedæmonios ad opem sibi ferendam invitans, dicebat, *se, si pedites accederent, equos daturum: si equites, currus: si agros haberent, vicos; si vicos, urbes: stipendii vero militibus erogandi non fore numerum, sed mensuram.* Et, ut proverbium fuisse videas, Xenophon libro tertio de rebus Græcanicis: *Volens Xenias medimno, ut ajunt, argentum a patre emetiri.* Noster a proverbio paululum deflexit, & ponderis quàm mensuræ maluit habere rationem, ex veteri more, nam, ut auctor est Plinius lib. XXXIII. cap. 3. *Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris gravis pœna dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia & dependere. Quin & militum (militarium) stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur.* Abram.

17. *Civitates locupletissimæ Cretensium vectigalibus liberantur.*] *Vectigalibus* inducendum, non solum omnibus l. s. ita suadentibus, verum etiam ratione cogente: siquidem scriptores, quibus primæ sermonis Latini deferuntur, non aliter unquam locuti sunt. Cic. in proxima Phil. *Vendiderit immunitates: civitates liberaverit*, & v. *Regna data: populi provinciæque liberatæ.* & de Provinciis Consularibus, *Vectigales multos & stipendiarios liberavit.* Sic *Liberare agros, publica, servos*, sine adjunctione dicitur. *Ferrar.* Legendum, *vectigalibus liberantur.* nec me observationes Ferrarii movent contra auctoritatem tam antiqui libri, cum vulgata consentientis. *Faërnus. Cretensium vectigalibus liberantur.*] Magis placeret si *vectigales* legeretur. *F. Ursinus.* Quamvis *liberari* simpliciter sæpe sic accipiatur, ut Ferrarius docuit, semper tamen subauditur, *vectigalibus*, aut *servitute*, aut *alio onere*, quæ tamen interdum adjiciuntur, ut propterea non sint expungenda, quia in optimo codice reperitur. vide similia exempla apud J. Fr. Gronovium lib. 11. Observat. cap. 24. Non tamen possum inficias ire, in quatuor codicibus antiquis, quos inspexi, non inveniri *vectigalibus*. Græv.

18. *Post M. Bruti decessum.*] Cum Cæsar ante Bruti decessum per-

Bruti decessum potuit liberari, cùm Creta nihil ad Brutum, Cæsare vivo, pertineret? At hujus venditióne decreti (ne nihil actum putetis) provinciam Cretam perdidistis. Omnino nemo ullius rei [l] fuit emptor, cui defuerit hic venditor.

l fuit *deest in MS.*

98 Et de exsulibus legem, quam fixisti, Cæsar tulit? Nullius insector calamitatem: tantùm queror, [19] primùm eorum reditus inquinatos, quorum causam dissimilem Cæsar [m] judicaverit: deinde nescio cur reliquis idem non tribuas. neque enim plus quàm três aut quattuor reliqui sunt, [20] qui simili calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cùm de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram petendam impulisti, eamque petitionem comparasti, quæ & risus hominum & querelas moveret.

m judicarit *alii.*

P. CLXXIX.

99 Cur autem ea comitia non habuisti? an quia tribunus plebis sinistrum fulmen nuntiabat? cùm [21] tua quid interest,

periisset, nihil autem, eo vivo, ad Brutum Creta pertineret. *Decessum*, quia decesserat ab urbe, ut iret in provinciam. Sic Cœlius ep. 1. lib. IIX. *Quod mihi decedens mandasti.* P. Manut.

19. *Primum eorum reditus inquinatos.*] Ita fere omnes libri, cum facile cuivis apparere possit legendum *aquatos.* Camerar.

20. *Qui simili in calamitate fuerint.*] Lang. alii nonnulli, *simili calamitate.* & certe hic idem similiter locutus est pro Sul. *Pari calamitate qui fuerant.* Ferrarius. *Qui simili calamitate fuerunt.*] Antiquus liber, *qui simili in calamitate. Sat.* nos, pro *sat*, reponimus *sunt*. quod & exigit sensus, sicut *fuerint* respuit. nam de iis loquitur qui adhuc in exilio erant. distinguendum autem ante hæc verba, & ea distinctio, quæ est post illa, tollenda: unicaque sententia enuntiandum, *qui simili in calamitate sunt, cur tua misericordia simili non fruuntur?* Faërnus.

21. *Tua quia interest? nulla auspicia sunt tuorum, cum sis religiosus?*] Obscuritas horum verborum clarissima lectionis antiquæ luce discutitur, quæ sic habet, *Cum tua quid interest, nulla auspicia sunt: cùm tuorum, tum sis religiosus.* quæ si quis forte non intelligat, hunc sensum habent. Cum de re tua agitur, nihil curas auspicia, cum vero de re aliqua tuorum, quos inhumanissime odisti, tunc incipis observare religionem auspiciorum: ut per ea honores eorum & commoda impedias, quemadmodum fecisti in patruum tuum. *Faërn. Cum tua quid interest.*] Non libenter facio ut operam meam venditem: sed idem facere non possum, quin lectorem admoneam his & talibus locis, ut hanc editionem cum aliis conferat: quo magis intelligant omnes, non frustra a me librum illum, quo usus sum, tam sæpe laudari. *Muretus. Cùm tua quid interest, nulla &c.*] Habent istud Manutius & Lambinus, puto à Faërni aut

est, nulla auspicia sint; cùm tuorum, tum sis religiosus. Quid? eundem in [n] septemviratu nonne destituisti? [22] intervenit enim. [23] quid metuisti? credo, ne salvo capite [o] negare non posses. omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, si ulla pietas in te esset, colere debebas. [24] filiam ejus, sororem tuam, ejecisti, [25] [p] alia conditione quæsita & antè perspecta. non est satis. probri insimulasti pudicissimam fœminam. quid est, quod addi possit?

n septemviratum non *Muret.* o necare eum *Lamb.* p. falsa *alii.*

aut Mureti libris. nam nostri non recedunt à vulgatis; *tua quid interest? nulla auspicia sunt tuorum, cùm sis religiosus.* ineptè. *Grut.*

22. *Intervenit enim.*] Addendum post verbum, *nunciabat?* ut sit ordo: intervenit sinistrum fulmen, quod tribunus pl. ad impedienda comitia nunciavit. De Divin. lib. II. *Flumen sinistrum auspicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comitia.* P. Manut.

23. *Quid metuisti?*] *Cùm metuisti* liber Vaticanus: fortasse legendum, *commetuisti &c.* Ursin.

24. *Filiam ejus, sororem tuam ejecisti.*] Ita est in Vaticano. Ant. Augustinus ex manuscripto etiam libro, pro *sororem*, legit *uxorem.* at in *ejecisti* hoc continetur: ejecit igitur & sororem, & uxorem. *Idem.*

25. *Alia conditione quæsita.*] Rectissime: nec libri scripti ab impressis discrepant: quidam tamen, pro *alia*, *falsa* reposuerunt: quasi vero non M. Antonius, ejectâ Antoniâ, Fulviam sibi despondetit. *Ferrar. Conditio* proprie dicebatur matrimonium, a tabulis nuptialibus, in quibus conveniebant de futuro conjugio parentes aut necessarii, sponsi sponsæve. Hinc *capere conditionem primariam* apud Plautum est splendide aut ducere, aut nubere. Sed post significat etiam innuptas nuptias, illicitum concubitum, stuprum, adulterium. Et sic accipitur apud Suetonium in Octav. cap. 69. Sed *conditiones perspicere* esse id, quod voluerunt Manutius & Abramius, falsissimum est. Non dicit Suetonius *conditiones esse perspectas*, sed *conditiones quæsitas*, h. e. quæsitas fœminas pulchras, quæ cum Octaviano consuescerent, & illas quidem quæsitas per amicos, qui matresfamilias & adultas virgines denudarent & perspicerent. Virgines nudæ perspiciebantur, non conditiones. Censeo autem Ciceronem scripsisse, *alia conditione quæsita & ante prospecta.* ante repudium uxoris circumspecta alia uxore, quam duceret Antonius, nimirum Fulvia. *Prospicere* uxorem est, quod aliter dicitur circumspicere, diligenter circumferre oculos & animum, ut invenias, quod desideras. Hinc *prospicere* & *circumspicere* Terentio junguntur, tanquam Synonyma. Terent. Adelph. *Numquid circumspexti, aut tute prospexti tibi.* Belgæ eodem modo, naar eene andere vrouwe uitzien. Sin *perspicere* retineas, possis exponere; ante explorata & cognita sive per se ipsum, sive per proxenetas, conditione, hoc est, cum certo ante cognovisset se, suâ dimissâ, illâ uxore potiturum. *Gravius.*

possit? contentus eo non fuisti. frequentissimo senatu Kalendis Jan. [26] sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella causam odii dicere ausus es, quòd ab eo sorori & uxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. Quis interpretari potest, impudentiorne, qui in senatu: an improbior, qui [27] in Dolabellam: an [q] impurior, qui [r] patruo audiente: an crudelior, qui in illam miseram tam spurcè, tam impiè dixeris?

q improbior *alii.*
r *alii* patre.

100 XXXIX. Sed ad chirographa redeamus. quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis causâ confirmata sunt à senatu: quæ quidem Cæsar egisset, non ea, [f] quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. [28] Unde ista [t] erumpunt? quo auctore [v] proferuntur? si sunt falsa, cur [x] probantur? si vera, cur veneunt? At sic placuerat, ut ex Kalendis Juniis de Cæsaris actis cum consilio cognosceretis. quod fuit consilium? [29] quem umquam [y] advocasti? quas Kalendas Junias exspectasti? an eas, ad quas te, peragratis veteranorum coloniis, stipatum armis retulisti? ô præclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Majo, tum, [30] cùm etiam Capuam coloniam deduce-

f quæque *alii.*
t erumpuntur *MS.*
v proferentur *MS.*
x approbantur *edd. vett.*
P. B.
y convoc. *MS.*

26. *Sedente patruo.*] Hic mihi, quod ajunt, tenebræ sunt. non enim video, quo modo C. Antonius Kalendis Jan. vivo Cæsare in senatu esse potuerit: cum eum post Cæsaris interitum, id est post latam ab Antonio de exsulibus legem, exsulare ex iis verbis intelligatur: *Cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti.* P. Manut.

27. *In Dolabellam.*] Jam Antonius cum Dolabella in gratiam redierat, eumque ad suas partes traduxerat. Prudenter igitur Orator hæc interserit, ut eum adducat in odium Dolabellæ, concordiamque illam rescindat, ne uterque conspirantibus animis invadant rempublicam, quod jam tum moliri videbantur. *Abram.*

28. *Unde ista erumpunt?*] Colon. *Unde ista erumpuntur?* non repudiarem, si alii libri confirmarent. Si enim recte dicitur *erumpunt se*, ut Cæsar II. Civ. *Portis se foras erumpunt*, & plures alii, ipseque Cicero, cur non etiam dixerint *ista erumpuntur?* Græv.

29. *Quam unquam advocasti.*] Vaticanus, & Faërni ac Muret. edd. *quem unquam convocasti?* Cicero videtur scripsisse, *quos unquam convocasti?* Idem.

30. *Cum etiam Capuam.*] His verbis adde *coloniam*. ut sit: *cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es.* quod vero sequitur, *quemadmodum illam adieris, vel potius pene non adieris, scimus*, nos auxilio antiqui libri, in quo sic est, *quemadmodum illin cavieris, vel potius pæne non abieris, scimus*, emendavimus. Cum enim Capuam accessisset Antonius, ut eam coloniam deduceret, veteres coloni vi armisque eum repulerunt, parumque afuit, quin eum occide-

ducere conatus es! Quemadmodum [z] illinc abieris, vel potiùs pænè non [a] abieris, scimus.

Cui tu urbi minitaris. utinam conere, ut aliquando illud *Pæne* tollatur! At quam [b] nobilitata est tua illa peregrinatio? quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt: illa nostra. Agrum Campanum, qui cùm de vectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tamen infligi magnum reipublicæ vulnus putabamus: hunc tu [c] compransoribus tuis & collusoribus dividebas. mimos dico & mimas, patres conscripti, in agro Campano collocatos. Quid jam querar de agro Leontino? [d] quandoquidem hæ quondam [31] arationes [32] Campani & Leontini in populi Romani patrimonio [33] grandi fœnore & fructuosæ ferebantur. Me-

z illam adieris *alii.* 101
a adieris *iid.*
b nobilis *Grav.*
c cum pransf. *MS.* compotitoribus *alius MS.*
d quum quidem *MS.*

ciderint, & hoc est quod dicit, *pæne non abieris.* Postea ille Capuæ minabatur, quasi pœnas ejus rei ab ea repetiturus. Cui Cicero dicit, utinam conere facere quod minaris, ut sicut tunc Campani te pœne occiderunt, nunc non pœne, sed omnino id faciant. hoc dicitur illis verbis, *ut aliquando illud pœne tollatur.* Faërn. *Cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es.*] In aliis omnibus libris vox *coloniam* desiderabatur. *Muretus.*

31. *Arationes*] *Arationes*, ut scribit Turnebus libro 1. Adversf. cap. 6. & in lib. 1. Varronis de Lingua Latina, erant agri publici, qui aratoribus colendi dabantur, & tanquam locabantur, impositis decumis: aut denique agri etiam, qui decumas populo Romano pendebant. Nec tamen aratores domini erant. Plautus actu 1. scen. 2. Truculenti Dinarchum & Astaphium ita loquentes inducit:

Astaph. *Plerique idem, quod tu facis, faciunt res male gerentes.*
Ubi non est scriptura unde dent, incusant publicanos.
Dinarch. *Male vertit res pecuaria mihi, apud vos nunc vicissim*
Volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.
Astaph. *Ambituris, qui arare solent, ad eos ire melius est.*
Hunc nos habemus publicum, illi alii sunt publicani.

Sic *arationes* & *aratores* in Verrem Cicero semper appellat agros decumanos, & eos, qui illos agros colebant. Vide exempla, quæ ab eodem Turnebo referuntur: ubi & addit; nec vero aratores domini erant, nec domini censebantur, eosque a dominis Cicero in Verrem actione quinta perspicue distinguit, sic scribens: *Tamen incolumis numerus manebat dominorum atque aratorum.* Abram.

32. *Campana & Leontina.*] Puto hoc glossema esse. paullo post, pro *quasi te sanasset*, in Vaticano est, *quid si te sanasset?* &, pro *quasi desertum*, *quid iste disertum:* ut, *quid si te disertum &c.* legendum sine dubio videatur. *F. Ursinus.* Has sane voces delevit & omisit P. Manutius, cui & ipse subscriberem, si adjuvarent MSS. *Gravius.*

33. *Grandi fœnore & fructuosæ.*] Est ab uno scripto Lambini, cui

Medico tria millia jugerûm, quasi te [e] sanasset: rhetori duo, [f] quasi disertum facere potuisset. Sed ad iter Italiamque redeamus.

e *ita Grav. alii* sanum fecisset.
f quasi te dis. *Grav.*

102 XL. DEDUXISTI coloniam [g] Casilinum, quò Cæsar antè deduxerat. Consuluisti me per litteras de Capua tu quidem: sed idem de Casilino respondissem: possesne, ubi colonia esset, eò coloniam novam jure deducere. Negavi, in eam coloniam, quæ [h] esset auspicatò deducta, dum esset incolumis, coloniam novam jure deduci: colonos novos adscribi posse rescripsi. Tu autem insolentiâ elatus, omni auspiciorum jure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, ut [34] vexillum tolleres & aratrum circumduceres: cujus quidem vomere portam Capuæ pænè perstrinxisti, ut florentis coloniæ territorium minueretur.

g Cassinum *MS. & ita semper.*
h est *MS.*

103 P. CLXXX. [35] Ab hac religionum perturbatione advolas in M. Varronis, sanctissimi atque integerrimi viri, fundum Cassinatem. quo jure? quo ore? eodem, inquies, quo in heredum L. Rubrii, quo in heredum L. Turselii prædia, quo in reliquas innumerabiles possessiones. [36] Et si ab hasta,

cui accedebat Maur. codex & Ahalæ. prius editi, *grandifera.* Pal. prim. *grandificare.* sec. *grandifacere.* Grut. Non unus fuit MS. Lambini, ex quo hanc lectionem *grandi fænore* deprompsit Lambinus, sed a duobus, quos consuluit Guilielmus, confirmatur. *Fænus*, ut notum, amplum dicuntur agri reddere colonis, cum sunt feraces. Sed puto voculam aliquam excidisse ante *fructuosa*, nimirum *valde* aut *perquam fructuosa*, aut scripsit Tullius *fructuosissima*, alioquin minus dicitur quàm in præcedentibus verbis, *grandi fænore.* Græv.

34. *Vexillum videres.*] Vetus editio sic habet ac Palatini nostri. recentiores *tolleres.* unde? nimis quàm cuperem incidere in Faërni & in Mureti ad has orationes monumenta. nam num Manutius, num Lambinus inde sua hauserint, an aliunde, constare nemini potest. *Grut.* *Vexillum tollere.*] Est capere & erigere vexillum, quod præferatur in coloniam deducendis, ut *signum tollere. Tolleres* recepi ex Vaticano cum Faërno, Mureto, Lambino, P. Manutio, quos si Gruterus vidisset, ut ex ejus notis intelligis, etiam recepisset. *Grav.*

35. *Ab hac religionum perturbatione.*] L. v. partim sic, *Ab hac perturbatione religionum:* nonnulli, *Ab hac perturbatione regionum:* quos etiam magis probo: ut non ad auspicia referatur, sed ad id, quod territorium Capuæ minuerat Casilinoque attribuerat. Si quis tamen illud alterum sequatur, non repugnabo. illud enim cum eo facere videtur, quod supra dixit, *Omni auspiciorum jure turbato Casilinum coloniam deduxisti.* Ferrarius.

36. *Et si ab hasta.*] Post hæc verba addantur duæ dictiones, *valeat*

sta, valeat hasta, valeant tabulæ, modò Cæsaris, non tuæ: quibus debuisti, non quibus tu te liberavisti. Varronis quidem Cassinatem fundum quis veniisse dicit? quis hastam istius venditionis vidit? quis vocem præconis audivit? Misisse te dicis Alexandriam, qui emeret à Cæsare. Ipsum enim exspectare magnum fuit.

Quis verò audivit umquam (nullius autem salus curæ pluribus fuit) de fortunis Varronis rem ullam esse detractam? i Quòd k si etiam scripsit ad te Cæsar, ut redderes: quid satis potest dici de tanta impudentia? remove gladios parumpèr illos, quos videmus. jam intelliges, aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ. non enim te dominus modò illis sedibus, sed quivis amicus, vicinus, hospes, procurator arcebit. 104

i Quid *alii.* k Etiam si *MS.*

XLI. AT QUAM multos dies in ea villa turpissimè l est perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipsa misera, *quàm dispari domino!* quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur! studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum m diversorium. Quæ in illa villa n antè dicebantur? 37 quæ cogitabantur? quæ litteris mandabantur? jura populi Romani, monumenta majorum, omnis sapientiæ ratio o omnisque p doctrina. At verò, te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum: natabant pavimenta vino: madebant parietes: ingenui pueri cum meritoriis; scorta inter matres familiâs versabantur. 38 q Cassino salutatum venie- 105

l ea *alii.* m *alii* deverf. n antea *alii.* o omnis *Lamb.* p doctrinæ *alii.* P. B. q Casilino *alii.*

leat hasta. & infra lege *antea dicebantur.* & post nonnulla, *obsolefiebant dignitatis insignia*; non *obsolescebant.* Faërnus. *Et si ab hasta, valeant tabulæ.*] Supradictorum, nimirum Manutii & Lambini, editiones, *ab hasta, valeat hasta, valeant tabulæ.* quod non videtur ab ingenio. haud tamen variant nostri, aut vetustius editi. *Grut.* Vides non ab ingenio profecta esse, ideo merito Faërnum, Muretum, Lambinum, Manutium, Abramium in aliis libris omissa vocabula ex Vaticano restituisse. *Grav.*

37. *Quæ cogitabantur?*] In l. scriptis non sunt hæc verba. *Ferrar.* Hæc verba nec in Colon. nec Franc. nec Amsterod. nec meo in codice, nec in Mediolanensi antiqua editione leguntur. In prima editione non habentur Philippicæ. In Ascensiana anni 1511. primùm illa reperi, quæ sequentes omnes editores retinuerunt: si ex MSS. ut credibile est, laudo: sin MSS. alii cum meis consentiant, deleo. Nulla est jactura, si hæc absint verba. *Grav.*

38. *Casilino salutatum veniebant.*] *Casino* nonnulli v. l. ego *Cassi-*

niebant, Aquino, Interamna. admissus est nemo. jure id quidem. in homine enim turpissimo 39 obsolebant dignitatis insignia.

106 Cùm inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obviam ei processit (ut est frequens municipium) magna sanè multitudo. f at iste opertâ lecticâ latus est per oppidum, ut mortuus. Stultè Aquinates: sed tamen in via habitabant. quid Anagnini? qui cùm essent 40 devii, descenderant, ut istum, tamquam si esset consul, salutarent. 41 incredibile dictu; tamen inter omnes constabat, neminem esse resalutatum: præsertim cùm duos secum Anagni-

f *Grut. & alii* ut.

no: nam verisimilius est *Cassino*, quod oppidum prope erat in conspectu, venisse salutatum, quàm Casilino, quod multis millibus passuum aberat a Cassinate fundo. *Ferrar.*

39. *Obsolebant dignitatis insignia.*] *Obsolescebant* lib. Col. quod probo. *Idem.* *Obsolefiebant.*] Deformabantur, inquinabantur insignia dignitatis. id est: Salutationis officium in homine turpissimo dignitatem non habebat, dignitatis & honoris insigne non erat. *P. Manut.* *Obsolefiebant dignitatis insignia.*] Nescio quis laudatus a Salviano lib. IV. de Gubern. Dei: *Quid est aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto?* Abram. In omnibus MSS. quos evolvi, & in omnibus editionibus, quas inspexi, præterquam in Faërni, Mureti, Lambinii & Abramii, in quibus scribitur *obsolefiebant*, & P. Manutii, in qua est, *obsolescebant*, legitur *obsolebant*. Id ego mutare non sum ausus, cum nec Faërnus, nec Muretus significent in notis se *obsolefiebant* ex Vaticano promsisse. Antiquum *obsolere* hic videtur maluisse Cicero quàm frequentativum, ut Grammaticorum filii loquuntur, *obsolesco*. Sic *senere* apud Catullum pro *senescere*. *ægrere*, *albere* apud Virgilium & alios, pro *ægrescere* & *albescere*. Sic olim *crere* dixerunt, unde *creri*, pro *crescere*. Ab *obsoleo* est *obsolevi* & *obsolitus*. Græv.

40. *Devii, obviam ei descenderant.*] *Obviam ei* delenda. & paulo post, pro *Consul*, legendum *Consulem*, ubi antiquus liber habet *colem*. Faërnus. Merito *obviam ei* deleverunt Faërnus, Muretus, Lambinus & Abramius. Male Gruterus retinuit & cum eo sequentes editores. *Græv.*

41. *Incredibile dictu; sed tamen inter omnes.*] Liber Vaticanus, *sed eum vinus*, pro *sed tamen*, corrupte. Ant. Augustinus *sine conviciis* legit. Pantagathus vero putabat satis commode legi posse, *sed omnino inter*, ut jungantur, *omnino neminem:* non satis superbiæ est in non resalutando, nisi etiam adderentur convicia, neque hoc displiceret, *Dictu ex omnibus inter.* Ursin. *Incredibile dictu: tamen inter omnes constabat.*] Est à Ferrariana conjectura prisca lectio, *dictu; sed tum nimis inter omnes constabat.* quomodo & Pal. pr. nam sec. *dictum & simul inter omn. const.* Gruter.

42. *Gla-*

magninos haberet, t Mustelam & Laconem: quorum alter 42 v gladiorum est princeps, alter poculorum. Quid ego illas istius minas contumeliasque commemorem, quibus invectus est in Sidicinos? vexavit Puteolanos, quòd C. Cassium, x quòd Brutos y patronos adoptassent? magno quidem judicio, studio, benivolentià, caritate, non ut te, 43 ut Basilum, vi & armis, & alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modò z esse illorum cliens.

t Must. & Lac. non habet Abram. 107 v gladiatorum Grut. x & Brut. alii. y patronos delet Lamb. z esse delent alii.

XLII. INTEREA dum tu abes, qui dies ille collegæ tui a fuit; cùm illud, quod tu venerari solebas, bustum in foro evertit? quâ re tibi nuntiatâ, ut constabat inter eos, qui unà fuerunt, concidisti. quid evenerit postea nescio. metum credo valuisse & arma. Collegam quidem de cælo detraxisti: b effecistique non tu quidem etiam nunc, c ut sit similis tui, sed certè, ut dissimilis esset sui. Qui verò inde reditus Romam? quæ perturbatio totius urbis? memineramus Cinnam nimis potentem; Sullam postea dominantem; d modò regnantem Cæsarem videramus. erant fortasse gladii, e sed absconditi, nec ita multi. ista verò quæ & quanta barbaria est? agmine quadrato 44 cum gladiis sequuntur milites: f scutorum lecticas portari

a fuit deest in Grut. & aliis. b & fecisti MSS. 108 c ut sim. Faërn. Lamb. d Cæs. regn. edd. vett. P. CLXXXI. e sed tamen absc. alii. sed ii absc. Grut. f scutor. deest in edd. vett.

42. *Gladiatorum princeps.*] *Gladiorum* lib. Col. eâ figurâ scilicet, quâ *poculorum* dixit. de his in lib. XVI. epist. ad Attic. *Anagnini sunt Mustella ταξιάρχης, & Laco, qui plurimum bibit.* Ferrar. *Gladiorum* etiam ediderunt, moti, ut puto, auctoritare codicis Vaticani, Faërnus & Muretus, sequente Lambino. *Grav.*

43. *Ut Basilum, vi & armis. & alios.*] Reponendum fortasse *ut Basilum, ut Tamisium, ut alios*, sicuti in mentem venit Schotto d. cap. 12. de quo gladiatore non semel supra & ad Atticum. *Gruter.*

44. *Cum gladiis sequuntur milites: scutorum lecticas portari.*] Est a Palatino sec. nisi quod is inversa voce, *sequuntur scutorum milites lecticas portari.* quod si quis censet delendum adhuc verbum *milites*, quod abest uno libro Ferrarii, per me licet. inepte Lambiniana: *sequuntur scutati milites: scutorum lecticas.* nam lecticæ scutis gravidæ erant, ut arriperentur statim a militibus, si necesse. *Idem.* Sic & Faërnus ex Vaticano, sed Muretus retinet, *scutati milites*, quod & legitur in codicibus Colon. Franc. meo & Amsterod. Sed in sequentibus verbis, *scutorum lecticas portari videmus*, conspirant etiam cum antiquis MSS. Ferrarius, Faërnus, Muretus & recentiores editores omnes. Sed tamen in illis libris veteribus omnibus, quos ego consului & modo laudavi, nec non vetustioribus editionibus, *scutorum* non legitur, quod tamen recte reposuit ex suis Ferrarius, idque ex Philippica V. pulchre asseruit. *Grav.*

45. Idem-

portari videmus. Atque his quidem jam inveteratis, patres conscripti, consuetudine obduruimus. Kalendis Juniis cùm in senatum, ut erat constitutum, venire vellemus, metu perterriti repentè diffugimus.

109 At iste, qui senatu non egeret, neque desideravit quemquam, & potiùs discessu nostro lætatus est, g statim illa mirabilia facinora effecit. qui chirographa Cæsaris defendisset lucri sui caussâ; leges Cæsaris, easque præclaras, ut rempublicam concutere posset, evertit. numerum annorum provinciis prorogavit: 45 idemque, cùm actorum Cæsaris defensor esse deberet, & in publicis & in privatis rebus acta Cæsaris rescidit. In publicis h nihil est lege gravius: in privatis firmissimum est testamentum. Leges alias sine promulgatione sustulit: 46 alias, ut tolleret i promulgatas, promulgavit. Testamentum irritum fecit: quod etiam infimis civibus semper obtentum est. Signa, tabulas, quas populo Cæsar unà cum hortis legavit, eas hic partim in hortos Pompeji deportavit, partim in villam Scipionis.

g *alii multi* statimque.

h *Grut. &* *alii* actis nihil.

i prom. *deest in aliis.*

110 XLIII. ET TU in Cæsaris memoria diligens? k tu illum amas mortuum? quem is majorem honorem consecutus erat, quàm ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? 47 est ergo flamen, ut Jovi, ut Marti, ut

k tu illum, tu illum *add. vett.*

45. *Idemque, cum actorum Cæsaris.*] Convenerat inter percussores Cæsaris, Antonium & reliquos, ut acta Cæsaris publica concordiæ caussâ servarentur, Orator demonstrat Antonium præcipua Cæsaris acta, sive publica illa essent, sive privata, rescidisse. *Abram.*

46. *Alias ut tolleret, promulgavit.*] Vulgò, *alias, ut tolleret promulgatas, promulgavit.* Placuit cum Lambino & aliis viris doctis vocem *promulgatas* inducere. quod sensum vel obscurare vel vitiare videatur. Sensus enim est, Antonius alias leges Cæsaris sustulit, cum promulgatione legis contrariæ. *Abram.* *Promulgatas* sustulerunt auctoritate Vaticani cod. Faërnus, Muretus, Manutius, Abramius. Sed id retinent omnes libri nostri, ut & Ferrarii & Palatini. nec sane tollendum est, alioquin claudicat sententia, & perit totius ἀφελικοτῆς ἐνέργεια. Si enim scribas cum Faërno & Lambino, *alias, ut tolleret, promulgavit*, non additur quid promulgatum sit, necessario fuisset addendum, alias ut tolleret, alias promulgavit. Dein perit illa pervenusta oppositiò, si Vaticano subscribimus, sine promulgatione sustulit, & promulgatas sustulit. Est autem elegans παρονομασία, *alias, ut tolleret promulgatas, promulgavit.* & ab hac repetitione syllabarum *promulga* orta est labes, quæ Vaticanum corrupit. *Grav.*

47. *Est ergo flamen.*] Summa cum indignatione Antonium invadit,

ut Quirino, sic divo Julio M. Antonius? Quid igitur cessas? [48] cur non inaugurare? sume diem: vide, qui te inauguret: collegæ sumus; nemo negabit. O detestabilem hominem, sive quòd tyranni sacerdos es, sive quòd mortui! Quæro deinceps, num, hodiernus dies [l] qui sit, ignores. nescis, heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse? te ipsum autem ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem [m] Cæsari tua lege datum deseri patimur? an supplicationes addendo diem contaminari passus [n] es; pulvinaria noluisti? aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva.

l quis *alii.*

m Cæsaris *alii.* P. B.

n es *abest a MS.*

III Quæres, placeatne mihi pulvinar esse, fastigium, flaminem. mihi verò nihil istorum placet. sed tu, qui acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia non cures? nisi fortè vis fateri, te omnia quæstu tuo, non illius dignitate metiri. Quid ad hæc tandem? exspecto [o] enim eloquentiam tuam. disertissimum cognovi avum tuum: at te etiam apertiorem in dicendo. ille numquam nudus est concionatus: tuum hominis simplicis pectus

o enim *deest in aliis.*

dit, qui Cæsari tam abjecte fuerat adulatus, ut etiam sacerdotium ejus honori dicatum ambiverit. Videtur autem Antonius id sacerdotium Cæsare vivo petiisse, atque etiam impetrasse, sed post necem Cæsaris, quæ priusquam Antonius flamen inauguraretur obtigerat, inaugurari noluisse. Notant interpretes hinc etiam indignationem augeri, quòd Antonius Cæsaris tyrannidem vellet imitari. Sed stomachosior etiam illa comparatio, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino: qui tres Dii suos flamines Dialem, Martialem, Quirinalem a se dictos habuerunt. *Abram.*

48. *Cur non inaugurare.*] Cur non Sacerdos & Flamen Julius per augurem certis quibusdam ritibus consecraris, divinoque Cæsaris cultui dedicaris? Inaugurari dicuntur, qui certis quibusdam ritibus & cerimoniis initiantur ac sacerdotio deputantur. Noster initio libri de Claris Oratoribus, de Hortensio: *Interitu talis Auguris dignitatem nostri collegii deminutam dolebam: qua in cogitatione & cooptatum me ab eo in collegium recordabàr. in quo juratus judicium dignitatis meæ fecerat & inauguratum ab eodem: ex quo Augurum institutis in parentis eum loco colere debebam.* Inaugurari autem dicuntur, quod augurem his initiationibus adhibebant, isque augur, quantum e Plutarcho in Numa colligi potest, *Retro assistens, & dextera manu inaugurandi caput attingens, precabatur, &c.* vide. Carmina vero certumque precationum genus habuisse constat ex Julio Capitolino in Marco Philosopho: *Fuit in eo Sacerdotio & Præsul, & Vates, & magister, & multos inauguravit atque exauguravit, nemine præeunte, quod ipse carmina cuncta didicisset.* Idem.

49. Con-

p Respondere *MSS.* q mea *deest in edd. vett.* r *eadem non habent* posse.

ctus vidimus. p Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione q mea, cui te respondere r posse confidas? Sed præterita omittamus.

112 XLIV. Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. cur armatorum coronâ senatus septus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valvæ 49 Concordiæ non patent? cur homines omnium gentium maximè barbaros, s Ityreos, cum sagittis deducis in forum? Præsidii sui causâ se facere dicit. Nonne igitur millies perire est melius quàm in sua civitate sine t armatorum præsidio non posse vivere? Sed nullum est istuc, mihi crede, præsidium. caritate & benivolentiâ civium septum oportet esse, non armis.

s Sityreos *aut* aureos *MSS.* t armorum *Muret. & MSS.*

113 Eripiet, extorquebit tibi ista populus Romanus, utinam salvis nobis! sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis consiliis uteris, non potes, mihi crede, esse diuturnus. 50 etenim ista tua minimè avara v conjux, quam

v conjunx *MSS.*

49. *Concordiæ.*] Multæ fuerunt ædes Concordiæ, nobilissima illa post Gracchi necem a L. Opimio in foro excitata. de qua pro Sextio: *Cujus monumentum celeberrimum in foro.* Cæsari etiam, ut scribit Dio libro XLIV. Νεών τε ὁμονοίας καινῆς, ὡς καὶ δι' αὐτοῦ εἰρηνοῦντες, οἰκοδομῆσαι καὶ πανήγυριν αὐτὴν ἐτησίαν ἄγειν ἔγνωσαν. *Nova Concordiæ templum ædificari, annuumque festum celebrari jusserunt, ob pacem reipublicæ virtute Cæsaris restitutam.* Sed de illa priore intelligendus Orator ex illis verbis: *Cum in hac cella Concordiæ, o Dii immortales, in qua, me Consule, salutares sententiæ dictæ sunt, cum gladiis homines collocati stent.* Abram.

50. *Etenim ista tua.*] Fulvia tres habuit maritos, P. Clodium, C. Curionem F. & M. Antonium, ea cum propter insitum animi furorem seditionibus & publicis incendiis pasceretur, auctor fuerat maritis suis, ut turbas in republica concitarent. Pub. Clodius, cum statuisset omni scelere vexare rempublicam, a servis Milonis occisus est. Curio cum præcipuus belli civilis auctor extitisset, in Africam missus Cæsaris auspiciis a Juba Numidiæ Rege Pompejano cum legionibus internecione deletus est. Fulvia post Curionis necem nupsit Antonio. Minime igitur avara conjux, quæ maritis suis non parceret, sed eos quasi prodigeret, eosdemque consiliis suis ad seditiones excitandas pendendasque reipublicæ pœnas incenderet. ajens autem deberi tertiam pensionem, ad restitutionem dotis alludit, quam tribus pensionibus reddebant. significatque Fulviam brevi suis consiliis effecturam, ut etiam Antonius debitas reipublicæ pœnas exsolvat post Clodium & Curionem. supra: *Quis autem meum consulatum, præter P. Clodium, qui vituperaret, inventus est? cujus quidem te fatum sicuti C.* Cu-

quam ego sine contumelia describo, nimiùm debet diu populo Romano tertiam pensionem. Habet [x] populus Romanus, ad quos gubernacula reipublicæ deferat: qui ubicumque terrarum sunt, ibi est omne reipublicæ præsidium, vel potiùs ipsa respublica, quæ se adhuc tantummodo ulta est, nondum [y] recuperavit. habet quidem certè respublica adolescentes nobilissimos, paratos defensores. quàm volent, illi cedant, otio consulentes: tamen à republica revocabuntur. Et nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris. sed inter pacem & servitutem plurimùm interest. pax est tranquilla libertas: servitus malorum omnium postremum, non modò bello, [51] sed morte etiam repellendum.

x respubl. MSS.

P. CLXXXIV.

y reciperavit Lamb. alii.

114 Quòd si se ipsos illi nostri liberatores è conspectu nostro abstulerunt: at exemplum facti reliquerunt. illi, quod nemo fecerat, fecerunt. Tarquinium Brutus bello est persecutus: qui [z] tum rex fuit, cùm esse Romæ regem [a] liceret. Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati. hi primi cum gladiis, non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt. quod cùm ipsum factum per se præclarum est atque divinum, tum expositum ad imitandum, præsertim cùm illi eam gloriam consecuti [b] sint, quæ vix cœlo capi posse videatur. Etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, [52] tamen [c] mortali immortalitatem non arbitror contemnendam.

z Grut. & alii tamen.

a licebat alii.

b sunt alii.

c mortali non est in multis MSS.

115 XLV. RECORDARE [d] igitur illum, M. Antoni, diem, quo dictaturam sustulisti: pone ante oculos lætitiam senatus populique Romani. [53] confer cum nummatione tua tuo-

d igitur deest in MSS.

Curionem manet, quoniam id domi tua est, quod fuit illorum utrique fatale. Abram.

51. *Sed morte etiam repellendum.*] Haud secus mss. nostri. at Isidorus lib. XI. c. 30. Originum laudat *repellenda*, ut monuit Schottus lib. I. Nodor. Cic. cap. 14. *Gruter.*

52. *Tamen mortali immortalitatem.*] *Mortali* delendum: siquid veterum l. consensus atque auctoritas valet. *Ferrarius.* In omnibus quatuor codicibus, quos excussi, desideratur quoque *mortali.* Non tamen id volui inducere, quia Vaticanus eam vocem retinet, & antiquiores editiones Mediolanensis aliæque, & videtur hic pervenustus esse ejus usus. Mortali est immortalitas expetenda, nisi velit silentio vitam transire cum pecudibus. *Grav.*

53. *Confer eum cum nummatione tua.*] Liber Vaticanus corruptè habet *hac in manum latione:* unde Ant. Augustinus conjiciebat legendum esse, *hac immani nundinatione:* optima conjectura sine ulla

tuorumque: tum intelliges, quantum inter laudem & lucrum intersit. Sed nimirum, ut quidam, morbo aliquo & sensus stupore, suavitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, avari, facinorosi, veræ [54] laudis [e] gustum non habent. Sed, si te laus allicere ad rectè faciendum non potest, ne metus quidem à fœdissimis factis potest avocare? Judicia non [f] metuis. si propter innocentiam, laudo: si propter vim, non intelligis, ei, qui isto modo judicia non timeat, quid timendum sit?

e gustatum Grav.

f metuis? alii.

P. B. Quòd si non metuis viros fortes egregiosque cives,
116 quòd à corpore tuo prohibentur armis; tui te, mihi crede, diutiùs non ferent. [g] Quæ est autem vita, [h] dies & noctes timere à suis? nisi verò aut majoribus habes beneficiis obligatos, [55] quàm ille quosdam habuit ex iis, à quibus est interfectus: aut tu es ulla re cum eo comparandus. [56] fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteræ, cura, cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quamvis

g alii quid.
h iid. multos dies.

ulla prorsus controversia. *Ursin.* *Confer cum nummatione tua.*] Actio est in verbo, *nummatione*, quasi dicat: confer cum ista tanta pecunia, quæ ad te uxoremque tuam quotidie congeritur. *P. Manut.* *Cum hac nummatione tua.*] Pal. pr. *nuntiatione*, sec. *mimi vacatione*, ut videatur restituendum, *nundinatione* aut *nummutatione*, quomodo diu est quod viri docti conjecerunt. *Gruter.* Amsterodam. *cum numeratione tua*, reliqui mei *nummatione tua.* Sed cum Faërnus in uno suorum, & Gruterus in Palatino primo legerint *nuntiatione tua*, nullus dubito rescribendum esse, ut magni viri ingenii, doctrinæ & virtutis olim Antonius Augustinus rescribendum censuit, *nundinatione.* Hac voce nulla hic potuit a Tullio usurpari efficacior & ad feriendum Antonium acutior. *Græv.*

54. *Laudis gustum*] *Gustatum* l. Col., *Ferrar.* *Gustatum* ex Vaticano ediderunt Faërnus, Muretus, Manutius, Lambinus. Et sane Ciceroni hæc vox satis est familiaris. II. de Natura Deorum: *Pomorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus & adspectus.* In meis tamen quatuor MSS. quæ consului, est ut in vulgatis, *gustum.* Græv.

55. *Quam ille quosdam habuit.*] Ex Ant. libro adde, *ex his.* ut sit *ex his a quibus est interfectus.* & paulo post legendum, *ratio*, *memoria*, *littera*, *cura*, *literatura*, quod in vulgata est omnino explodendum. Si enim litteratura idem est quod grammatica, ut certe est, ineptus Cicero, qui inter tantas laudes bonum grammaticum Cæsarem facit. *Faërnus.*

56. *Fuit in illo ingenium*, *ratio*, *memoria*, *littera*, *cura*, *cogitatio*, *diligentia.*] Ita legit Faërnus ex libro Vaticano, cum in aliis sit, *litteratura*, pro *littera cura:* nihili faciens duo sequentia verba, quæ fere idem valent, cum priora diversa inter se significent, adde quod omnia singularia præter *littera.* Ursin.

57. Non

vis reipublicæ calamitosas, attamen magnas: [57] multos annos regnare meditatus, magno labore, [i] multis periculis; quod [k] cogitarat, effecerat: muneribus, monumentis, congiariis, [58] epulis, multitudinem imperitam lenierat: suos præmiis, adversarios clementiæ specie devinxerat. quid multa? attulerat jam liberæ civitati, partim metu, partim [l] patientiâ, consuetudinem serviendi.

i *alii* magnis
k cogitaverat *alii.*
l pat. *non est in MS.*

XLVI. CUM ILLO ego te dominandi cupiditate conferre possum, ceteris verò rebus nullo modo es comparandus. Sed ex plurimis malis, quæ ab illo reipublicæ sunt inusta, [59] hoc [m] tamen boni est, quòd didicit jam po- 117

m tantum *MSS. & edd. vett.*

57. *Non multos annos regnare est meditatus.*] *Non* antea nos conjecturâ sustuleramus: quod mihi dubium non erat, quin aliud Cicero sentiret, atque illa verba dicebant: nunc ad conjecturam libri Col. accessit auctoritas. *Ferrar. Multos annos regnare est meditatus.*] Tu, detracto verbo *est*, quod non habet contextus antiqui exemplaris, reliqua ex ejus auctoritate sic lege, *multos annos regnare meditatus, magno labore, multis periculis, quod cogitabat effecerat.* & paulo post pro *lenierat*, *delenibat*. Faërnus.

58. *Epulis.*] De epulis, a Cæsare Dictatore toti populo exhibitis, ita Plutarchus: *Epulo excipiens bis mille ducentis tricliniis universos.* Dio lib. XLIII. *Magnificum populo epulum dedit, addito extra ordinem frumento oleoque.* Plin. lib. IX. c. 55. *Muranarum vivarium privatim excogitavit C. Hirtius ante alios, qui cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero muranarum mutuo appendit. Nam permutare quidem pretio noluit aliave merce.* Et lib. XIV. c. 15. *Quid? non & Cæsar Dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chii cados in convivas distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo vero in tertio consulatu suo, Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum: quo primum tempore quatuor genera vini apposita fuisse constat.* Tranquillus in Julio cap. 38. *Adjecit epulum ac visceratinonem, & post Hispaniensem victoriam duo prandia: nam cum prius parce, neque pro liberalitate sua præbitum judicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit.* Visceratio autem fuit crudæ carnis distributio. Servius: *In Albano Latinis populis visceratio dabatur.* id est, caro victimæ, ut constat e Dionysio Halicarnasseo, Livio, ipso Cicerone. Varro: *Latinis feriæ dies conceptus, dictus a Latinis, quibus ex Albano monte jus fuit carnem cum Romanis petere.* Glossarium: *Visceratio*, ἀρτόκρεας. unde Persius:

——— *Oleum artocreasque popello.*

In altero tamen glossario visceratio cum epulo confunditur, & tam hæc quàm illud uno εὐωχίας nomine continetur. *Abram.*

59. *Hoc tantum boni est.*] *Hoc tamen boni est* o. l. s. ut illud pro Rabirio Postumo, *Quæ quidem in rebus miserrimis huic tamen tribuenda est maxima.* & in Verr. *Quibus injuriis gravissimis: tamen illud erat miserum solatium, &c.* Idem mendum est in oratione Divitiaci apud Cæsarem: *Quod soli ne in occulto quidem queri & auxilium implorare auderent, absentisque Ariovisti crudelitatem, velut si*

populus Romanus quantum cuique crederet, quibus se committeret, à quibus caveret. n Hæc non cogitas? nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse, quàm sit o re pulchrum, beneficio gratum, famâ gloriosum, tyrannum occidere? an, cùm illum homines non tulerint, te ferent?

n Hæc igitur non *alii & MSS.*
o re *deest in aliis.*

118 Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas exspectabitur. Respice, quæso, aliquando rempublicam, M. Antoni: quibus ortus sis, non p quibuscum vivas, considera: mecum, ut voles, cum republica redi in gratiam. Sed de te tu ipse videris: ego de me ipso profitebor. defendi rempublicam adolescens, non deseram senex: contempsi Catilinæ gladios, non pertimescam tuos. Quin etiam corpus libenter q obtulerim, si repræsentari morte mea libertas civitatis potest.

p quibus convivas *Lamb.*
q eis obt. *Lamb.*

P.CLXXXIII.

119 r Ut aliquando dolor populi Romani pariat, quod jamdiu parturit! Etenim si abhinc annos propè viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari: quanto veriùs nunc negabo seni? Mihi verò, patres conscripti, jam etiam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas adeptus sum, quasque gessi. duo modò hæc opto: unum, ut moriens populum Romanum liberum relinquam: hoc mihi majus à diis immortalibus dari nihil potest: alterum, ut ita cuique eveniat, ut de republica quisque mereatur.

r Utinam *alii, malè.*

eoram adesset, horrerent: propterea quod reliquis tantum fuga facultas daretur: Sequanis, &c. Ut *tamen* pro *tantum* reponatur non modo sententia postulat, sed etiam v. libri auctores sunt. *Ferrar.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS P. R.

IN

M. ANTONIUM

PHILIPPICA TERTIA.

ORATIO OCTAVA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Post Cæsaris necem decrevit senatus consulares provincias, Antonio Macedoniam, Dolabellæ Syriam. sed Antonius, occasionem quærens reipublicæ perturbandæ, Galliam citeriorem sibi mandari cupiebat. quod cum a senatu non impetraret, qui eam provinciam D. Bruto, jam antea ab ipso Cæsare datam, post ejus interitum confirmaverat, tulit ad populum & obtinuit, ut citeriorem Galliam regeret: unde se cum exercitu ad urbem, Cæsaris exemplo, facile venturum sperabat. nam Macedonia, terra marique disjuncta, novis consiliis parum opportuna videbatur. Hac mente Brundisium ivit ad VII. *id. Oct. profectus obviam legionibus Macedonicis quattuor, quas sibi conciliare pecuniâ cogitabat, easque ad urbem adducere & in cervicibus bonorum collocare. Redeuntem a Brundisio Antonium legio Martia reliquit. ille, tribus legionibus Tiburi collocatis, urbem est ingressus: vocato in Capitolium senatu, cum de abalienata legione Quarta, & Octaviani copiis adjuncta, nuncius ei esset allatus, propere senatum dimisit, & ad occupandam Galliam citeriorem, quam D. Brutus obtinebat, cum duabus legionibus magna celeritate contendit. Interea cum novi tribuni pl. qui* IV. *id. Dec. magistratum inibant,* XIII. *Kalend. Jan. senatum convocassent, deque præsidio consulum designatorum retulissent, ut senatum tuto Kalendis Januariis habere possent, Cicero, laudata tribunorum mente, totam rempublicam complexus, hæc censuit: res eas, quas Cæsar adolescens privato consilio gesserat, aut gereret, publica confirmandas auctoritate; legiones, quæ, relicto Antonio, ad rempublicam defendendam se contulerant, laudandas, eisque spem præmiorum decreto senatûs ostendendam; D. Brutum, qui se irruenti in Galliam Antonio objecerat, ipsamque Galliam, quæ resisteret, debita laude ornandam; provincias ab iisdem, qui eas obtinerent, obtinendas esse ex lege Julia, quoad ex S. C. cuique eorum successum esset; iisque de rebus ad senatum a novis consulibus primo quoque tempore esse referendum. Assensit senatus, & in ejus sententiam S. C. factum est.* P. Manutius.

1 I. SERIUS omnino, patres conscripti, quàm tempus reipublicæ [a] postulavit, aliquando tamen convocati sumus: quod flagitabam equidem [1] quotidie: quippe cùm bellum nefarium contra aras & focos, contra vitam fortunasque nostras, ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri jam viderem. Exspectantur Kalendæ Januar. quas non exspectat Antonius, qui in provinciam D. Bruti, summi & singularis viri, cum exercitu impetum facere conatur: ex qua se instructum & paratum ad urbem venturum esse minitatur.

a postulabat *Grav. & MSS.*

2 Quæ est igitur exspectatio, aut quæ vel [b] minimi dilatio temporis? quamquam enim [2] adsunt Kalendæ Jan. tamen breve tempus longum est imparatis. dies enim affert [c] & hora potiùs, nisi provisum est, magnas sæpe clades. certus autem dies non ut sacrificii, sic consilii exspectari solet. Quòd si aut Kalendæ Jan. fuissent eo die, quo primùm ex urbe fugit Antonius, aut hæ non essent exspectatæ: bellum jam nullum haberemus. auctoritate enim senatûs consensuque populi Romani facilè hominis amentis fregissemus audaciam. quod confido equidem consules designatos, [d] simulac magistratum inierint, esse facturos. sunt enim optimo animo, summo consilio, singulari concordia. mea autem festinatio non victoriæ solùm avida est, sed etiam celeritatis. 3 Quo [e] enim usque tantum bellum, tam crudele, tam nefarium privatis consiliis propulsabitur? cur non quamprimùm publica accedit auctoritas?

b *Grut. & alii* minima.
c vel *alii.*
d simul ut *MS. & edd. quad.*
e usque enim *alii.*

P. CLXXXIV. II. C. CÆSAR adolescens, pænè potiùs puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute, tum, cùm maximè furor arderet Antonii, cúmque ejus à Brundisio crudelis & pestifer reditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitantibus, [3] [f] ne optantibus quidem nobis (quia [g] fie-

f *alii* nec opinantibus.

1. *QUotidie.*] Post profectionem scilicet Antonii. Philipp. V. *Ut primum post discessum latronis, vel potius desperatam fugam libere senatus haberi potuit: semper flagitavi, ut convocaremur.* P. Manut.

2. *Adsunt Kalendæ Januarii.*] L. Lang. & alii aliqui, *assunt:* ut pro Quint. *Certe aut apud te & eos, qui tibi assunt.* Veteres quidem illos antiquos ita locutos esse declarat Plautus in Pen. *Heus Milphio ubi es?* Mil. *Assum apud te: eccum.* Hag. *At ego elixum volo.* Ferrarius.

3. *Nec opinantibus.*] Antiquus liber *nec optantibus*, quod maxime pla-

g fieri posse non videbatur) firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit 4 patrimoniumque suum effudit. quamquam non h sum usus eo verbo, quo i debui. non enim effudit, sed in k salute reipublicæ collocavit.

Cui quamquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur: habenda l tamen tanta est, quantam maximam animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum, tam nihil de republica cogitans, qui hoc non intelligat: si M. Antonius à Brundisio cum iis copiis, quas se habiturum putaverat, Romam, ut minabatur, venire potuisset, nullum genus eum crudelitatis præteriturum fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundisii fortissimos viros, cives optimos, jugulari m jussit: quorum ante pedes ejus morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat. Hac ille crudelitate imbutus, cùm multo bonis omnibus veniret iratior quàm n illis fuerat, quos trucidarat: cui tandem o vestrûm, aut cui omnino bono pepercisset?

Qua peste privato consilio rempublicam (nec enim fieri potuit aliter) Cæsar liberavit. qui nisi in hac repu- 5

g non posse fieri *MS.* & *Grav.*
h sumus usi *Grut.*
i decuit *Idem.*
4
k salutem *alii.*
l tamen est *alii.*
m jusserit *Grav.*
n illi fuerant *MS.*
o nostrûm *Grav.*

placet, aliter, cum præcedat *nec cogitantibus*, bis idem diceret. & paulo infra, addita dictione *ex*, legendum, *ex invicto genere.* & ubi legitur, *quamquam non sumus usi eo verbo, quo decuit*, emendandum, *quamquam non sum usus eo verbo, quo debui.* Faërnus. *Nec optantibus.*] Manifestò falsum est, quod in aliis legitur, *nec opinantibus.* quid enim est aliud, *nec opinantibus* quàm *nec cogitantibus?* Muretus. *Ne optantibus quidem nobis.*] Nec potui, nec debui optimi libri auctoritatem aspernari, qui sic habet, ut testantur Faërnus & Muretus. Adde quod verbum *cogitantibus*, quod antecedit, satis indicat, legendum esse hoc loco, *ne optantibus quidem.* sed ratio, quæ subjungitur, quare non optarint, inanis est ex sententia philosophorum. optamus enim etiam ea, quæ fieri non posse arbitramur. verbi gratiâ, optamus immortalitatem: optamus, ea, quæ facta sunt, ut sint infecta: denique optamus *ἀδύνατα.* Lambinus.

4. *Patrimoniumque suum effudit.*] Quid mirum? cum in singulos milites pro menstruo stipendio quingentos denarios, qui scutati sexaginta sunt, erogaverit, veteranos autem, qui eum secuti sunt, tria millia fuisse ex quadam ad Attic. epist. cognoscitur. ita sumptus menstruus fuit, scutatorum centum octuaginta millia. in epist. ad Attic. *Veteranos, quiqui Casilinis & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam, nec mirum: quingenos denarios dat: cogitat reliquas colonias obire.* Vellejus lib. II. *Primum a Calatia, mox a Casilino veteranos excivit paternos: quorum exemplum secuti alii, brevi in formam justi coiere exercitus.* P. Manut.

publica natus esset, rempublicam scelere Antonii nullam haberemus. Sic p enim perspicio, sic judico, nisi unus adolescens illius furentis impetus crudelissimosque conatus cohibuisset, rempublicam funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die, patres conscripti, (nunc enim primùm ita convenimus, [5] ut q illius beneficio possemus, quæ sentiremus, liberè dicere) tribuenda est auctoritas, ut rempublicam non modò à se susceptam, sed etiam à nobis commendatam possit defendere.

p enim *non est in MS.*

q de illius *alii.*

P. B.

6 III. Nec verò de legione Martia (quoniam longo intervallo loqui nobis de republica licet) sileri potest. [6] Quis enim r unus fortior, s quis amicior umquam reipu-

r unquam *edd. vett.*

s ac am. *alii.*

5. *Ut de illius beneficio possemus, quæ sentiremus, libere dicere.*] *Ut illius beneficio* tres l. v. in queis Col. quod ita probo, ut minime dubitem, quin ita scriptum sit a Cicerone. Hoc enim sentit M. Tullius, Cæsari auctoritatem esse tribuendam: non quo tum primum potestatem haberent dicendi, quæ vellent, de beneficio illius: sed quia beneficio illius) factum erat, ut Senatus libere posset sententiam dicere. Sic autem loquitur optimus quisque Latinitatis auctor, ut dicat, *Meo beneficio vivit: Meo beneficio patriam videt: Beneficio tuo libere possumus dicere, quæ sentimus.* Ferrarius. *Ut illius beneficio possemus.*] Sic tres mss. quibus usus est Ferrarius, sic Pal. sec. & melius longe est illo hactenus recepto, *ut de illius beneficio.* Gruter. Cetera bene. sed *ea* ex Vaticano addendum, ut fecere Faërnus, Muretus & Lambinus. *Grav.*

6. *Quis enim unquam fortior.*] Eorundem librorum beneficio inveteratum mendum sustulimus: nam sic illi, *Quis enim unus fortior ac amicior unquam reipublicæ fuit quàm legio Martia universa?* Vides profecto, quàm belle inter se respondeant *Quis unus* & *universa legio.* Eodem modo locutus est pro Domo sua, *Et tu unus pestifer civis eum restitutum negas esse civem, quem ejectum universus Senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper judicavit?* Et in Verr. *Non una te, sed universa similibus afflicta incommodis, legationibus ac testimoniis publicis persequuntur.* & in 11. Phil. *Cum tu unus adolescens universum ordinem decernere de salute reipublicæ prohibuisti.* & in 1. lib. epist. ad Q. Frat. *Cui semper uni magis quàm universis placere voluisti.* Ferrar. *Quis enim unus fortior ac amicior.*] Antiquus liber, pro *ac*, habet *quis.* compositionem vero, quæ est in impressis, ut post copulam *ac* sequatur dictio a vocali incipiens, aures meæ ferre non possunt, ac ne alibi quidem usquam antiquus liber talem lectionem habet. idque & in aliis auctoribus aliisque antiquis libris observavimus. de quo semel admonere lectorem voluimus, ne semper in hujusmodi erratis rationem immutationis reddere cogeremur. *Faërnus. Quis enim unus fortior, quis amicior.*] Melius quàm ut antea legebatur: *Quis enim unus fortior ac amicior.* Sed hæc si, ut ante dixi, singillatim persequi cupiam, longus sim. *Muretus.*

7. *Au-*

publicæ fuit quàm legio Martia universa? quæ cùm hostem populi Romani M. Antonium judicasset, comes esse ejus amentiæ noluit: reliquit consulem; quod profectò non fecisset, si eum consulem [t] judicasset: quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cædem civium atque interitum civitatis, videret. Atque ea legio consedit Albæ. quam potuit urbem eligere, aut opportuniorem ad res gerendas, aut fideliorem, aut [v] fortiorum virorum, aut amiciorum populo Romano civium?

t judicavisset *Grut.* & *alii.*

v fortiorem *MS.*

Hujusce legionis virtutem imitata quarta legio, duce 7
L. [x] Egnatulejo quæstore, [y] cive optimo & fortissimo, [z] C. Cæsaris [7] auctoritatem atque exercitum persecuta est. [a] Faciundum est igitur nobis, patres conscripti, ut ea, quæ sua sponte clarissimus adolescens atque omnium præstantissimus gessit & gerit, [b] hæc auctoritate nostra comprobentur: veteranorumque, fortissimorum virorum, tum legionis Martiæ quartæque mirabilis consensus ad rempublicam [c] recuperandam, [d] laude & testimonio nostro confirmetur: eorumque commoda, honores, præmia, cùm consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore hodierno die spondeamus.

x Egnatulio *MS.*
y divi *Grav. alii.*
z *alii non habent* C.
a *alii* Faciendum.
b hac *MS.*
c recipe-randam *Grav.* & *alii.*

IV. ATQUE EA quidem, quæ dixi de Cæsare deque 8
ejus exercitu, jam diu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Cæsaris constantiâque militum veteranorum legionumque earum optimo judicio, quæ auctoritatem nostram, [e] libertatem populi Romani, virtutem C. Cæsaris secutæ sunt, à cervicibus nostris est depulsus Antonius. Sed, ut dixi, hæc superiora: hoc verò recens edictum D. Bruti, quod paullo ante propositum est, certè silentio non potest præteriri. pollicetur enim, se provinciam Galliam [8] retenturum in senatûs populique Romani [f] potestate.

d laudetur *MSS.* & *edd. vett.*
e libertatemque *edd. vett.*

P. CLXXXV.
f potestatem *MSS.*

7. *Auctoritatem atque exercitum persecuta est.*] Haud aliter etiam sec. restat tamen in primo *prosecuta*; quomodo Philipp. II. cap. 15. fine. etsi tamen ibidem Ferrarii vett. codd. *persecuti*. Grut.

8. *Retenturum in Senatus populique Romani potestate.*] *Potestatem* o. l. v. impressos tuetur ipse Cicero in hac eadem oratione in extremo, *Exercitum in Senatus potestate retineat.* nec in hoc consuetudo varia est. Veteres autem libros cùm auctoritas sua, tum illud etiam defendit, quod ut *esse in mente*, & *in mentem*, *in potestate* & *in potestatem*, *relinquere in medio* & *in medium* recte dicitur, sic Latine loquendi rationis lineas (ut ita dicam) transilire non videtur, qui *in potestatem* retinere dicat. *Ferrar.* Vide de hac ratione loquendi G. Vossii Aristarchum in lib. de Constructione cap. 65. ubi

ſtate. O civem natum reipublicæ, memorem ſui nominis imitatoremque majorum! neque enim, Tarquinio expulſo, majoribus noſtris tam fuit optata libertas [9] quàm eſt, repulſo [g] Antonio, retinenda nobis.

g jam Ant. *Grav.*

9 Illi regibus parere jam [h] à condita urbe didicerant: nos poſt reges exactos ſervitutis oblivio ceperat. Atque ille Tarquinius, quem majores noſtri non tulerunt, [10] non crudelis, [i] non impius, ſed ſuperbus habitus eſt & dictus. quod nos vitium in privatis ſæpe tulimus, [k] id majores noſtri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus regem ſuperbum non tulit: [11] Decimus ſceleratum atque im-

h à *deeſt in MS.*

i non *deeſt in MSS.*

k id *deeſt in edd. vett.*

65. ubi multis exemplis docet veteres promiſcue *in* ſic uſurpaſſe poſthabitis Grammaticorum canonibus. *In poteſtatem* eſt ſane in omnibus quoque membranis, quas ego inſpexi. In Amſterodamenſi *in*, quod primo extiterat, eraſum erat, ſic ut ejus veſtigia ſupereſſent clariſſima. In Vaticano tamen videtur fuiſſe *in poteſtate*, alioquin aliter recepiſſent Faërnus & Muretus. *Grav.*

9. *Quam eſt repulſo Antonio.*] Lang. *qui etiam.* nonnulli, *qui jam*, ut ita fortaſſe corrigendum ſit, *quam eſt jam repulſo.* Ferrar. *Repulſo Antonio.*] Antiq. liber *depulſo tam Antonio*, nos pro *tam*, legimus *jam.* quemadmodum ante nos conjecit Ferrarius. & paulo poſt meliore numero, *& facit & fecit Antonius.* item paulo poſt, *Senatum habente*, non *habenti*, & infra, *collega unà ferente*, non *referente.* & ſtatim addenda vox *eo.* ac deinde ſequenti verſu *inſignite*, non *inſigniter* legendum. *Faërnus.*

10. *Non crudelis, non impius.*] *Non crudelis, impius*, o. l. v. ut hoc verbum *impius.* ſ. eſſe gloſſema, conjecturâ ducar ad ſuſpicandum. *Ferrarius.*

11. *D. Brutus ſceleratum atque impium regnare patietur Antonium?*] Sic o. l. ſcripti, *D. ſceleratum atque impium regnare patietur? quid, &c.* & recte: ſiquidem quod ad primum attinet, nihil erat, quod inculcaret, quod ſemel dixerat: dixerat autem, L. Brutus: ut nihil opus fuerit præter prænomen apponere. Alterum, ſi ita dixiſſet, *L. Brutus Tarquinium regem ſuperbum non tulit*, ſupervacaneum non eſſet: ſic enim paria paribus reſpondiſſent: quod quando non dixit, *Antonium* omnino delendum eſt. *Idem.* Sic & Colon. Franc. Græv. & Amſterod. niſi quod in Amſterod. recentiore manu additum erat verſibus inſertis *Antonium.* In eo quoque cum ſcriptum eſſet *patiatur*, illa ipſa recentior manus τῷ *a* impoſuerat *e.* Procul dubio ſic etiam lectum fuit in Palatinis, ut mirer Gruterum hic quoque vulgatarum ſcripturam retinuiſſe, cum jam veram ex veteribus libris divulgarint Manutius & Lambinus. Sed videtur Gruterus in Philippicis his negligentior fuiſſe tam in MSS. quàm editionibus correctioribus conſulendis. Eum tamen ſecuti ſunt poſteriores editores. In verbis autem illis, *ſceleratum atque impium regnare patietur*, ſubauditur *Regem.* L. Brutus non potuit ferre ſuperbum Regem, num D. patietur impium & ſce-

impium regnare patietur? quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia, & [l] fecit, & facit Antonius? Senatum etiam reges habebant: nec [m] tamen, ut Antonio senatum habenti, in consilio regis versabantur barbari armati. servabant auspicia reges, quæ hic consul augurque neglexit, neque solùm legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega unà [n] ferente, [o] eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat.

Quis autem rex umquam fuit tam [p] insignitè impudens, 10
ut haberet omnia commoda, beneficia, jura regni venalia? quam hic immunitatem, quam civitatem, quod præmium, non vel singulis hominibus, vel civitatibus, vel universis provinciis vendidit? Nihil humile [q] de Tarquinio, nihil sordidum accepimus. [12] At verò hujus domi inter quasilla pendebatur aurum, numerabatur pecunia: una in domo omnes, quorum intererat, totum imperium populi Romani nundinabantur. Supplicia verò in [r] cives Romanos nulla Tarquinii accepimus. At hic & Suessæ jugulavit eos, quos in custodiam dederat, & Brundisii [s] trecentos fortissimos viros civesque optimos trucidavit. P. B.

Postremò Tarquinius pro populo Romano bellum gere- 11
bat tum, cùm est expulsus: Antonius contra populum Romanum exercitum [t] adducebat tum, cùm à legionibus [v] relictus, nomen Cæsaris exercitumque pertimuit, neglectisque sacrificiis sollemnibus, ante lucem vota ea, quæ numquam solveret, nuncupavit: & hoc tempore in provinciam populi Romani conatur invadere. Majus igitur à Decimo Bruto beneficium populus Romanus & habet, & exspectat, quàm majores nostri acceperunt à L. Bruto, principe hujus maximè conservandi generis & nominis.

V. CÙM AUTEM omnis servitus est misera: tum ve- 12
rò

l facit & fecit *alii.*
m tum *Grut. & alii.*
n referente *Grut.*
o eo *deest in edd. vett.*
p insigniter *alii.*
q nih. sord. de Tarq. *MS.*
r civis *alii.*
s ad trec. *Lamb. & alii.*
t educebat *edd. vett.*
v omnibus rel. *alii.*

sceleratum scilicet Regem, nimirum tyrannum Antonium. Romanos enim tyrannos reges dixisse notum est. *Grav.*

12. *At vero hujus domi, inter quasilla pendebatur aurum.*] Ita Faërnus. *calices* pro *quasilla* habet Victorius, quæ tamen lectio non probatur. Nam *illius* non dixisset, cum paullo supra dixerit, *quam hic.* præterea non hic agit de ebrietate, sed de sordibus, ut hæc verba ostendunt, *humile sordidum.* neque potationes fiunt inter mulierculas domesticas in gynæceo, quod illi supra objecit in his nundinis & alibi, non per Fulviam. *Quasilla* Faërni conveniunt loco quidem, sed tamen non plane satisfaciunt. Itaque videndum an melius emendarit Pantagathus, *inter ancillas.* Ursin.

x intolerabilis Ferrar. è MSS. rò x intolerabile est servire impuro, impudico, effœminato: numquam, ne in metu quidem, sobrio. Hunc igitur qui Galliâ prohibet, privatò præsertim consilio, judicat, verissiméque judicat, non esse consulem. Faciendum est igitur nobis, patres conscripti, ut D. Bruti privatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec verò M. Antonium consulem post Lupercalia putare debuistis. quo enim ille die, populo Romano inspectante, nudus, unctus, ebrius est concionatus, & id egit, ut collegæ diadema imponeret: eo die se non modò consulatu, sed etiam libertate abdicavit. esset enim ipsi certè statim serviendum, si Cæsar ab eo regni insigne accipere voluisset. Hunc igitur ego consulem, hunc civem Romanum, hunc liberum, hunc denique hominem putem, qui fœdo illo & flagitioso die, & quid pati, Cæsare vivo, y posset, & quid, eo mortuo, consequi ipse cuperet, ostendit?

y potest alii.

13 Nec verò de virtute, constantiâ & gravitate provinciæ Galliæ taceri potest. est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis. Tantus autem est consensus municipiorum coloniarumque provinciæ Galliæ, ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis majestatemque populi Romani defendendam conspirasse videantur. Quamobrem, [13] tribuni plebis, quamquam vos nihil aliud, nisi de præsidio, ut senatum tutò consules Kalendis Jan. habere possent, retulistis, tamen mihi videmini magno consilio atque optima mente potestatem nobis de tota republica fecisse dicendi. cùm enim tutò senatum haberi sine præsidio non posse judicavistis: z illud tum statuistis etiam, intra muros Antonii scelus audaciamque versari.

P. CLXXXVI.

z illud etiam stat. Grut. & alii.

14 VI. QUAMOBREM omnia, meâ sententiâ, complectar, vobis, ut intelligo, non invitis, a ut & præstantissimis ducibus à nobis detur auctoritas, & fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum: & judicetur non verbo,

a & ut alii.

13. *Tribuni pl.*] Post Antonii profectionem, qui profectus est IV. Kal. Dec. ut infra dicitur, magistratum iniere tribuni pl. erat autem eis primus magistratus dies, ut Dionysius docet, IV. id. Dec. nec tamen ante XIII. Kal. Jan. quo die habita hæc oratio est, senatum vocarunt. Propterea cum quadam querella sic exorsus est Cicero: *Serius omnino, P. C. quàm tempus reip. postulabat, aliquando tamen convocati sumus, quod flagitabam equidem quotidie.* Et Phil. V. *P. Manut.*

14. *Quàm*

bo, sed re, [b] non modò non consul, sed etiam hostis Antonius. nam, si ille consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt; sceleratus Cæsar, Brutus nefarius, qui contra consulem privato consilio exercitus comparaverunt. sin autem militibus exquirendi sunt honores novi, propter eorum divinum atque immortale meritum: ducibus autem ne [c] referri quidem potest gratia: quis est, qui eum hostem non existimet, quem qui armis [d] persequuntur, conservatores reipublicæ [e] judicantur?

At quàm contumeliosus in edictis? [14] quàm barbarus? 15
quàm rudis? Primùm in Cæsarem [f] ut maledicta congessit, deprompta ex recordatione impudicitiæ & stuprorum suorum? Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior? quod in juventute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis? quis autem illo [g] maledico impurior? Ignobilitatem objicit C. Cæsaris filio, cujus etiam [h] naturalis pater, si vita suppeditasset, consul factus esset. Aricina mater. [15] Trallianam, aut Ephesiam putes dicere. Videte, quàm despiciamur omnes, qui sumus [i] è municipiis, id est, omnes planè. [k] quotus enim quisque non est? quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tantopere despicit, vetustate antiquissimum, jure fœderatum, propinquitate pæne finitimum, splendore municipum honestissimum?

[16] Hinc Voconiæ, hinc [17] [l] Scatiniæ leges: hinc multæ sellæ curules, & patrum memoriâ, & nostrâ: hinc 16
equi-

b non consul modo, sed *MS.*

c referre quid. potes gratiam *MS.*

d persequantur *alii.*

e judicentur *MSS.*

f ut *in mulieris deest.*

g qui maledicit *Lamb. & alii.* P. B.

h naturâ *alii & Grav.*

i de *alii.*

k Notus *alii.*

l *alii* Atiniæ, *aut* Santoniæ, *aut* Sanctiniæ.

14. *Quàm barbarus, quàm rudis!*] Lambinus variè conjectat: sed frustra. nihil vitii est in vulgata. taxat enim imperitiam morum legumque Quiritium; imo & Linguæ Latinæ. *Grut.*

15. *Trallianam aut Ephesinam.*] *Ephesiam* liber unus atque alter: in queis Col. & certe *Diana Ephesia*, *Prætor Ephesius*, *Princeps Ephesiorum* dicitur, non *Ephesinorum*. Ferrarius.

16. *Hinc Voconiæ.*] Male Manutius in lege Voconia, *ne quis census* exponit, ne quis *pecuniosus*, filiam relinqueret heredem, cum *census* nihil aliud ibi sit, quàm civis Romanus in tabulas Censorias relatus, ut multis ostendit Vir singulari ingenio & doctrinâ Jacobus Perizonius in Dissertatione de lege Voconia, de qua & alibi egimus in his ad Tullianas orationes notis. *Grav.*

17. *Scatiniæ.*] Tribunitia lex Scatinia contra stupratores puerorum & eos, qui muliebria paterentur. in ep. Cœlii: *Insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scatinia curant.* Sueton. in Domit. *Quosdam ex utroque ordine lege Scatinia condemnavit.* P. Manut.

18. *Lau-*

m & plur. Muret. equites Romani, [18] lautissimi m plurimi n & honestissimi.
n & honest. non habet Lamb. Sed si Aricinam uxorem non probas, [19] cur probas Tusculanam? quamquam hujus sanctissimae foeminae atque optimae pater [20] M. Attius Balbus, in primis honestus, praetorius fuit: tuae conjugis, bonae foeminae, locupletis quidem certè, [21] Bambalio quidam pater, homo nullo numero. nihil illo contemptius, qui propter haesitantiam linguae stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. o At avus p nobilis. [22] Tuditanus nempe ille, q ille qui [23] cum palla & coturnis nummos populo de Ro-

o Attavus MS.
p ejus nob. alii.
q ille non est in aliis.

18. *Lautissimi plurimi & honestissimi.*] Sine duabus postremis dictionibus antiquus liber habet, *lautissimi & plurimi:* & paulo post, addita dictione *tibi*, lege *ut tibi Julia natus ignobilis videatur.* sane pro *natus* Antonius Augustinus, *nata*, legendum esse contendit. ut significetur Attia, filia Juliae sororis Caesaris dictatoris & mater Octavii. & post aliqua ubi est, *quam cognosci ab hominibus*, legendum *ab omnibus.* itemque post pauca, ubi est, *quod ego de sceleratissimis*, addendum *ac pessimis.* Faërnus. *Lautissimi, & plurimi, & honestissimi.*] Quod duae postremae voces a vetere libro abessent, librarii esse culpam existimavi. *Muret.*

19. *Cur probas Tusculanam.*] Qua ratione Fulviam vocet *Tusculanam*, prodidit Paullus Merula commentariis suis ad Ennium. *Gruter.*

20. *M. Accius Balbus.*] O. l. v. *Attius*, & apud Dionem scriptum est *Atia.* Servius tamen, nobilis grammaticus, interpretatus eum versum Virg. *Alter Atis genus, unde Atii duxere Latini: propter*, inquit, *Atiam dixit matrem Augusti, de qua dicit Antonius, Atia Latini mater. vult enim ejus etiam maternum genus esse antiquissimum.* Haec Servius. ex quo intelligi potest, non *Accius*, neque *Attius*, sed *Atius* esse scribendum. *Ferrarius.*

21. *Bambalio quidam pater.*] Explicat Victorius libro VII. Var. Lect. cap. 14. at Carrio emendat *Bambalo* Lect. Antiq. lib. II. cap. 2. *Gruter.*

22. *Tuditanus nempe ille, ille qui cum palla.*] Tuditani hujus filia mater fuit Fulviae, uxoris Antonii. De Tuditano Valer. Max. VII. 8. *Ille* hic repetiit emphaseos causâ. idque ex meo & Ferrarii libris restitui, cum in omnibus editis desideretur. Palla & coturni sunt Tragoedorum. Sueton. Calig. 54. *Repente magno tibiarum & scabellorum crepitu cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit.* Graev.

23. *Cum palla & cothurnis.*] Tribus caussis Tuditani stultitiam arguit: prima, quòd in foro processerit cum palla, quo vestimenti genere senatores non utebantur: altera, quòd cum cothurnis, cum senatorum calcei lunati essent: tertia, quòd nummos populo de Rostris, tamquam pecuniae contemptor, spargere solebat. nam ideo sequitur: *Vellem hanc contemptionem pecuniae suis reliquisset.* quod in Fulviam conjicitur, Tuditani neptem, quae erat avarissima. ad illam enim pertinet quod dicitur Phil. II. *At vero hu-*

Rostris spargere solebat. vellem hanc contemptionem pecuniæ suis reliquisset. [r] habetis nobilitatem generis gloriosam. [24] Quî autem evenit, [25] ut tibi Aricinâ natus ignobi-

[r] haberetis *Ferr.* haberetis *alii*

17

hujus domi inter quasilla pendebatur aurum. nam quasillum calatus muliebris est. Et Philipp. XIII. *Brundisii in sinu non modo avarissimæ, sed crudelissimæ uxoris delectos Martiæ legionis centuriones trucidavit.* & ad eandem spectat illud epist. ad Attic. lib. XIV. *Quid? Dejotari nostri caussa non similis? dignus ille quidem omni regno, sed non per Fulviam.* P. Manut.

24. *Qui autem evenit.*] Sic o. l. s. ego, *convenit*, sine ulla dubitatione reponendum censeo; quomodo loquitur Phil. VII. *Qui enim convenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint.* Ferrarius. Hanc Ferrarii conjecturam receperunt Faërnus, Lambinus, Manutius, sed nequaquam Muretus, quod argumento mihi est, *evenit* esse quoque in Vaticano, nec repudiandum. *quî evenit*, est quî potest evenire, sive accidere? *Grav.*

25. *Ut Juliâ natus ignobilis videatur.*] Ita Faërnus, quæ lectio quamvis ferri possit, Ant. tamen Augustini conjectura propius ad veritatem accedit, *nata:* facit etiam magis ad similem cum M. Antonio rationem, ut idem sit Atiæ matri, quod Antonius suæ. *Ursin.* *Ut tibi Julia natus.*] Sic quidem editio prima. sed mss. mirè variant, ut liquet ex Ferrarii Emendationum libro. Pal. pr. habet, *ut is tibi Julia natus.* sec. *ut is tibi Aricinâ natus*, quod & in Lil. & Gembl. Forte fuit, *ut is tibi natus ignobilis videatur*, exclusis ceteris. *Gruter.* Atque adeo omnes servant voculam *is*, quæ & in omnibus Ferrarianis existit, ut ea negligi omnino in contextu non debuerit. *Gron.* Verum est, *is* in omnibus libris, quos ego etiam inspexi, haberi, excepto Coloniensi, in quo legitur, *quod Juliâ tibi natus.* sed pro his verbis alia olim in illo fuerunt lecta, sed quæ à posteriore manu sunt erasa, cum aut longiora fuerint, aut plura his, ut ex spatio apparet eorum, quod supposita non potuerunt supplere. Ex hoc loco & pluribus aliis ejusdem præcipue libri locis videre licet, quam antiquæ sint interpolationes. Liber ipse minimum est sexcentorum annorum, interpolator, si non fuit ejusdem ætatis, non longe tamen eo est junior. Nam eadem fere est litterarum forma, quâ non difficulter dignosci potest ætas librorum ab iis, qui in veteribus membranis evolvendis sunt versati. Sed ad rem quod attinet, non video caussam, cur rejiciamus, quod in pluribus libris legimus, *ut is tibi Aricinâ natus ignobilis videatur.* M. Antonius dixerat *Aricina mater*, ut clare Servius ad v. Æneid. istum versum,

Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini,

observat: *Propter Atiam dicit matrem Augusti, de qua Antonius dicit, Aricina mater*, quod hausit ex hoc istius orationis capite Servius. Cicero dicit; licet sit mater Octaviani Aricina, (quamvis vere non fuerit Aricina, sed paternum tantum Atiæ genus sit Aricinum) cur tamen tibi is, qui ex hac Aricina, ut tu ais, natus est, ignobilis videatur, cum tuum maternum genus sit ejusdem originis, qua est hujus Aricinæ, nimirum Julium. sequentia

bilis videatur, cùm tu eodem materno genere ſoleas gloriari? quæ porrò [s] amentia eſt, eum dicere aliquid de uxorum ignobilitate, cujus pater Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam, habuerit uxorem: ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos? Sed hoc clariſſimi viri viderint, L. Philippus, qui habet Aricinam uxorem, C. Marcellus, qui Aricinæ filiam: quos [t] certè ſcio dignitatis optimarum fœminarum non pœnitere.

VII. IDEM etiam Q. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto: nec ſentit amens, [v] commendationem eſſe compellationem ſuam. Quid enim accidere huic adoleſcenti potuit optatius [26] quàm cognoſci ab hominibus,
P. CLXXXVII. Cæſaris conſiliorum eſſe ſocium, Antonii furoris inimi-
18 cum? At etiam gladiator auſus eſt ſcribere, hunc de patris & patrui [x] parricidio cogitaſſe. O admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem! in eum adoleſcentem hæc ſcribere audere, quem ego & frater meus, propter ejus ſuaviſſimos atque optimos mores præſtantiſſimumque ingenium certatim amamus, [y] omnibusque horis, oculis, auribus, complexu tenemus? [27] Nam me eisdem edictis neſcit, lædat, an laudet. cùm idem ſupplicium minatur optimis civibus, quod ego de ſceleratiſſimis [z] & peſſimis ſumpſerim, laudare videtur, [28] quaſi imitari velit. cùm autem illam pulcherrimi facti memoriam refricat: tum à [a] ſui ſimilibus invidiam aliquam in me commoveri putat.

s amentiæ ſunt *MSS.* & *edd. vett.*
t certo.
v commu- nem *MSS.*
x patricid. *MS.*
y omnibus *alii.*
z *ita MSS. alii non habent* & peſſ.
a ſuis *MSS.*

VIII. SED

tia lectionem ipſam aſſerunt: *L. Philippus, qui habet uxorem Aricinam*, quæ eſt mater Octaviani, *& C. Marcellus, qui Aricinæ filiam*, quæ eſt Octaviani ſoror. ut non videam, cur ita hîc hæſitarint viri docti. *Grav.*

26. *Qua cognoſci ab hominibus.*] Lambinus, *omnibus.* non probem. neque patitur ſententia aut ætas adoleſcentis. *Gruter.* Eſt hoc tricari. Recte Faërnus, Muretus, Manutius, Lambinus ex Vaticano ediderunt *omnibus.* Quid enim aliud eſt, *cognoſci ab omnibus*, quàm teſtatum id eſſe publice, unde omnes poſſint cognoſcere. *Grav.*

27. *Nam me iisdem edictis.*] Vetus liber, *jam me in eisdem edictis. &c.* Urſin.

28. *Quaſi imitari velit.*] Me, in hominibus improbis pœnâ afficiendis, non enim illa verba, *Optimis civibus*, erant in edicto Antonii, ſed addita ſunt a Cicerone; tamquam interprete mentis ac voluntatis ejus: cum is communiter civibus illis, qui ſibi non paruiſſent, minatus eſſet idem ſupplicium, quod Cicero conſul de Catilinæ ſociis ſumpſerat. *P. Manut.*

29. Cum

VIII. SED IPSE quid fecit? [29] cùm tot edicta pro- 19
posuisset: edixit, ut adesset senatus frequens a. d. VIII.
Kalendas Decembres; eo die [b] ipse non affuit. At quo- b *ipso alii.*
modo edixit? hæc sunt, [c] opinor, verba in extremo. c *ita Grav.*
Si quis non affuerit, hunc omnes existimare poterunt & in- *alii*, ut
teritus mei, & perditissimorum consiliorum auctorem fuisse. opin.
Quæ sunt perdita consilia? an ea, quæ pertinent ad libertatem populi Romani recuperandam? quorum consiliorum [d] Cæsari me auctorem & hortatorem & esse & d Cæsaris
fuisse fateor. quamquam ille non eguit consilio cujusquam: *alii.*
sed tamen currentem, ut dicitur, incitavi. Nam interitus quidem tui quis [e] bonus non esset auctor, cùm in eo e bonis
salus & vita optimi cujusque, & libertas populi Roma- *MS.*
ni dignitasque consisteret?

Sed cùm tam atroci edicto nos concitavisset, cur ipse 20
non affuit? num putatis aliqua re tristi [f] ac severa? f & *alii.*
[30] vino atque epulis retentus & aleâ est: si epulæ potiùs quàm popinæ nominandæ sunt. diem edicti obire neglexit: [g] in ante diem quartum Kalendarum Decembris g & ante
distulit. adesse in Capitolio jussit: [h] quod in templum ipse *alii.* P. B.
nescio quà per Gallorum cuniculum adscendit. conve- h quod in
nerunt corrogati, & quidem ampli quidam homines, sed temp. *deest*
immemores dignitatis suæ. [31] is enim erat dies, ea fa- *in MS.*
ma,

29. *Cum tot edicta proposuisset, edixit, &c.*] Assentior Faërno, qui arbitratur, verbum *edixit* esse delendum. Est enim hæc verborum sententia. Cum tot edicta proposuisset, videlicet, ut senatus adesset a. d. VIII. Kal. Dec. eo die ipse, qui edixerat, non affuit. *Lambinus.* Non video, cur recedendum sit a vulgatis libris. Sententia est, cum tot edicta de variis rebus proposuisset, edixit inter alia etiam. *Grav.*

30. *Vino & epulis retentus & aleâ est.*] *Et aleâ* inducendum auctore l. Col. cujus auctoritas ut apud me valeat insequentia verba faciunt, *si epulæ potius, &c.* Ferrar. *Vino & epulis retentus est. Si epulæ.*] Nos ad fidem antiqui libri ita emendamus; quam lectionem ut æstimare & ceteri possint, totum locum non gravabor adscribere, *Vino atque epulis retentus. si illæ epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt; diem edicti obire neglexit. in ante diem IIII. Kal. Decemb. distulit.* Faërn. *Vino atque epulis retentus & alea est.*] Hæc est lectio vetus. nam P. Manutius & D. Lambinus invexerunt, *vino atque epulis retentus; si epulæ.* sed non video cur abjici debuerit illud *alea.* quia absit uno libro Ferrarii, quin imo cum offenderim in Pal. secund. *vino atque epulis retentus est aleâ*, capior fere legere, *vino atque epulis retentus alvo, si epulæ.* Grut. Si animadversionem Faërni legisset Gruterus, non hæc illevisset chartæ. *Grav.*

31. *Is enim erat dies, ea fama, is impetus ejus, qui, &c.*] O. l. v.

is

ma, is, qui senatum vocarat; ut turpe senatori esset, nihil timere. Ad eos tamen ipsos, qui convenerant, ne verbum quidem ausus est facere de Cæsare, cùm de eo constituisset ad senatum referre. Scriptam attulerat consu-
21 laris quidam sententiam. [32] Quid est aliud, seipsum hostem judicare, nisi de eo referre non audere, qui contra se consulem exercitum duceret? necesse enim erat [i] alterutrum esse hostem: nec poterat aliter de adversariis ducibus judicari. Si igitur C. Cæsar, hostis, cur consul nihil [k] refert ad senatum? [l] sin ille à senatu notandus non fuit: quid potest dicere, quin, cùm de illo tacuerit, se hostem [m] esse confessus sit? quem in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet.

i alterum *alii.*
k referat *MS.*
l si *alii.*
m esse *Grav. delet.*

IX. [33] At in rebus tristissimis quantos excitat risus? sententiolas edicti cujusdam memoriæ mandavi, quas videtur ille peracutas putare: ego autem, qui intelligeret, quid dicere vellet, adhuc neminem inveni.

22 [34] *Nulla contumelia est, quam facit dignus.* Primùm quid est,

is qui, &c. quod valde placet & ex se intelligitur: & ut aliud ex alio, non alienum videtur aperire, quid sibi velint illa verba, *is enim erat dies:* atque hujus rei dilucidandæ causâ huc Gellii locum transtulimus, *Ante diem* (inquit) IIII. *Kal. Non. Id. tanquam inominalem diem plerique vitant: ejus observationis an ulla religio sit tradita quari solet. nihil super ea scriptum invenimus, nisi quod Claudius Annalium* V. *cladem illam pugna Cannensis vastissimam factam dicit ante diem* IIII. *Nonas Sext.* Ex his verbis licet videre, *ante diem* IIII. *Kal. Decemb.* quo die Senatus habitus est, diem religiosum fuisse. *Ferrarius.*

32. *Quid est aliud seipsum hostem &c.*] Transpositio horum verborum est à Pall. & mss. Ferrarii omnibus. *Grut.*

33. *At in rebus tristissimis quantos excitat risus.*] *Tristissimis* legebat aliquando Faërnus, qui mutatâ sententiâ *tristissimis* postea retinuit, cum priorem conjecturam nemini probasset. *Ursin.*

34. *Nulla contumelia est, quam facit dignus.*] Explicat istud Schottus noster libro V. Tusculanar. Quæstionum. addatur item Muretus lib. VI. Var. Lect. cap. 18. *Grut.* Voluit Tullianas Schotti citare; sed ex non peritiorem aut doctiorem dimittent lectorem quàm plures alii & ante & post eum, quos collegit pater lib. III. Observ. cap. 8. ubi plene tibi, opinor, satisfiet. *Gronovius.* Ex his Observationibus hæc excerpemus. M. Antonii Triumviri sententia, quam reprehendit Cicero, quid significet, curve illam Cicero reprehenderit, alterum jam seculum agitur, ex quo in quæstione fuit. Vexillum errandi omnibus sustulit Quintilianus lib. IX. Institut. cap. 3. *Et contumeliam fecit, quod a Cicerone reprehendi notum est: affici enim contumeliâ dicimus.* Deinde postquam re-

est, Dignus? nam etiam malo digni multi, sicut ipse. an quam facit is, qui cum dignitate est? quæ autem potest esse major? quid est porro, Facere contumeliam? quis sic loquitur? Deinde: *Nec timor, quem denuntiat inimicus.* Quid [n] ergo? ab amico timor denuntiari solet? horum similia deinceps. Nonne satius est mutum esse quàm, quod nemo intelligat, dicere? [o] En, cur magister ejus ex oratore arator factus sit: possideat in agro publico populi Romani campi Leontini duo millia jugerum immunia, ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Sed hæc leviora fortasse.

n est ergo? *alii.*

o Hem, *aut* heia, *aut* eia *alii.* Eia *MS.*

Pag. CLXXXVIII.

Illud

recensuit Hadriani Cardinalis, Erasmi, Jul. Scaligeri, Camerarii, Turnebi, Rami, Mureti, Barrienti, Strebæi, Gifanii, Scip. Gentilis, Schotti, Scioppii, Salmasii de isto loco sententias, suam subjicit. *Dignum* meo judicio dixit Antonius, qui jure potest & debet. Exemplum est in eo, qui potestatem habet in aliquem, aut in eo, qui lacessitus respondet, vel graves inimicitias persequitur. Herus quum Davum vel Getam vocat furciferum aut mastigiam, nullam ei contumeliam infert. Sic ille rhetor: *Impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium. Dignus* igitur hoc casu talis, qui jure & merito facit, qui excusatus facit, qui sine culpa facit, qui debet seu jure, seu irritatus, seu ob mores suos notos, seu quacunque de caussa: quem decet licetque facere, quod si ab alio vel in alium fieret, merito pro contumelia haberetur. Sic apud Senecam de Ira III. 18. *Dignus erat Marius, qui illa pateretur, Sulla, qui juberet, Catilina, qui faceret: sed indigna respublica, quæ in corpus suum & hostium & vindicum gladios reciperet.* Debebat hoc Sulla facere ob crudelem animum, Catilina ob scelera sua: decebat hoc eos opus. Valer. Maximus lib. IX. cap. II. de Atilio Regulo, cum ejus cruciatus enarrasset, subjicit: *Tormenti genus haud dignum passo, auctoribus dignissimum.* Frequentius indignus in hac significatione, & præivit Terentius in Eunucho: *Si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.* Si ego hoc merebar pati, attamen tu non debebas facere, non conveniebat personæ tuæ. Sic igitur ait Antonius: Ea non est contumelia, quam facit dignus, qui sic faceret, a quo nihil aliud erat expectandum, qui debuit facere. vide ibi plura. Hinc optime quadrat, quod sequitur: *neque timor, quem denunciat inimicus.* Quia nempe jam ante nihil nisi timendum ab eo expectavi, si quidem sapui. Quicquid igitur denunciet, non mihi novum timorem injicit, sed me cautiorem reddit. Etenim *ira, quæ tegitur, nocet. Professa perdunt odia vindictæ locum*, ut est apud Senecam. Ceterum Cicero nihil aliud reprehendit in his verbis quàm insolentiam. Atque eam jure reprehendi quod certius argumentum est, quàm quod in illis explicandis tot tantique viri dubio successu elaborarunt? Vide & quæ sequuntur ibi apud J. Fr. Gronovium. *Gravius.*

23 Illud quæro, cur [p] tam subito mansuetus in senatu fuerit, cùm in edictis tam fuisset ferus. quid autem attinuerit, [35] L. Cassio, tribuno plebis fortissimo & constantissimo civi, mortem denuntiare, si in senatum venisset: D. Carfulenum, bene de republica sentientem, [q] è senatu vi & minis mortis expellere: [36] Ti. Canutium, à quo erat honestissimis [r] contentionibus & sæpe & jure vexatus, non templo solùm, verùm etiam aditu prohibere Capitolii. Cui senatusconsulto ne intercederent verebatur? de supplicatione, credo, M. Lepidi, clarissimi viri. atque id erat periculum, de cujus honore extraordinario quotidie aliquid cogitabamus, ne ejus usitatus ho-
24 nos impediretur. Ac, ne sine causa videretur edixisse, ut senatus adesset, cùm de republica relaturus fuisset, allato nuntio de legione quarta, mente concidit; [37] & fugere festinans, senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit, cùm id factum esset antea numquam.

X. Quæ verò profectio postea? quod iter paludati? quæ vitatio oculorum, lucis, urbis, fori? quàm misera fuga? quàm fœda? quàm turpis? præclara tamen [s] senatusconsulta [t] illo ipso die [38] vespertina, provinciarum religiosa sortitio: divina verò [v] opportunitas, ut, quæ
25 cuique apta esset, ea cuique obveniret. Præclarè igitur facitis, tribuni plebis, qui de præsidio [x] consulum senatûsque referatis: meritoque vestro maximas vobis gratias

p tam mansf. *alii.*
q è *non habet Manut. alii* à.
r contionibus *edd. vett.*
s senatûs *edd. vett.*
t in illo *alii.*
v oport. *MS.*
x consulis *alii.*

35. *L. Cassio.*] Fratri C. Cassii, qui Cæsarem occiderat epist. 2. lib. XII. Famil. & epist. 2. lib. XIV. ad Attic. *P. Manut.*

36. *T. Canutium.*] Sic edidit Gruterus, & post eum fideles aliæ pedissequæ: imo & ante eum Gothofredus. Nequeo aliter opinari, quàm errore typorum id commissum, quum Ferrarius ex antiquis editis citet *Tiberinum*, corrigat *Tiberium*, & sic in majore edat quoque Lambinus, nec ullus Titi Canutii meminerit. Propterea correxi. *Gronov.*

37. *Effugere festinans.*] Antiqu. liber, *& fugere*, perspicuè rectum, si quis totum locum legat & non multò post sic legendum, *qui enim periculo carere possumus?* deletis duabus dictionibus, *& metu*, & converso ordine reliquarum. *Faërnus.* Receperunt Vaticani libri verissimam scripturam Faërnus, Muretus, ut & Lambinus ac Manutius, quos consulere poterat, si illis carebat, Gruterus & ejus sectatores. *Grav.*

38. *Vespertina.*] Si vespertina, non præclara, sed turpia & irrita. non enim post horam decimam referri ulla de re licuit. auctor Seneca lib. I. de Tranquillitate Vitæ, cap. 14. & S. C. vel ante ortum solis, vel post occasum facta, irrita fuisse, docet. *P. Manut.*

39. *Illo*

tias omnes & agere & habere debemus. qui enim [y] carere metu & periculo possumus in tanta hominum cupiditate & audacia? 39 Ille autem [z] homo afflictus & perditus quae de se exspectat judicia graviora quàm amicorum suorum? familiarissimus ejus, mihi homo conjunctus, L. Lentulus & P. Naso, omni carens cupiditate, nullam se habere provinciam, nullam Antonii sortitionem fuisse [a] judicaverunt. quod idem fecit L. Philippus, 40 vir patre, avo, majoribus suis dignissimus. in eadem sententia fuit homo summa integritate atque innocentiâ 41 M'. Turranius. idem fecit 42 Sp. Opius. ipsi etiam, qui, amicitiam M. Antonii veriti, plus ei tribuerunt quàm fortasse vellent, M. Piso, [b] meus necessarius, & vir & civis egregius, parique innocentia 43 M. Vehilius, senatûs auctoritati se obtemperaturos esse dixerunt.

[y] periculo car. poss. *Lamb. Manut. alii.*
[z] homo *deest in edd. vett.*
P. B.
[a] judicarunt *Grav.*
[b] & meus *edd. vett.*

Quid ego de L. [c] Cinna loquar? cujus spectata multis magnisque rebus singularis integritas minùs admirabilem fecit hujus honestissimi facti gloriam: qui omnino provinciam neglexit: quam item magno animo & constanti 44 C. Caesetius 26

[c] Cecinna *MSS.*

39. *Ille autem afflictus.*] *Ille autem homo afflictus* omnes l. v. id quod non abhorret a consuetudine dicendi. Tullius, *At ille homo vehemens, & violentus.* in quinta Philipp. valde placet. *Ferrarius.* Meus codex: *ille autem homo perditus & afflictus.* quod magis probant aures. *Gravius.*

40. *Vir avo, patre, majoribus.*] *Vir patre, avo, majoribus.* ut pro Plancio, *Ut pater, ut avus, ut majores:* & in Verr. *Amicissimo patre, avo, majoribus.* Sed quid haec ego? ita ratio postulat: aliter enim praeposterus atque omnino perturbatus ordo esset. *Ferrarius.*

41. *M'. Turranius.*] Ita omninò rescribendum, non *C. Turranius*, ut est in aliis. nam vulgatam, *M. Anturanius*, corruptam esse, ex *Manius Turranius*, quis non videt? *Gruter.*

42. *P. Oppius.*] Ita plerique scripti. prima editio *P. Appius.* sequentes *Sp. Oppius.* Pal. pr. *Pappius.* Idem. Sed quum nihil comparari queat vetustati ac bonitati exemplaris Colotiani apud Ferrarium, idque habeat *Popius*, & Opia familia ex inscriptionibus apud ipsum Gruterum nota sit, haesitare non sustinui, quin exhiberem *P. Opius.* Gronov.

43. *M. Vehilius.*] Pro *M. Vehilius* Lang. tantummodo *Vel.* Col. & Sc. *Vel.* ceteri fere: quae nota fortasse *Velejum* significat. *Ferrarius. M. Vellejus.*] Vetus liber, *M. Vehilius.* Muretus.

44. *C. Cessedius.*] Ita Faërnus pro *Cassetius*, ut est in aliis, emendavit: at liber Vaticanus habet *Cestius*, opinorque designari *C. Cestium*, qui in aureo nummo P.R. descriptus est. *Ursin. C. Caesetius.*] Malui istud quàm vulgatum *Cessedius*, fide Pal. secundi. Fulvius noster *Cestium* reponi volebat tam heic quàm pro L. Flacco, cap. 13. *Gruter,*

fetius repudiavit. Qui sunt igitur reliqui, quos sors divina delectet? [45] L. Antonius & M. Antonius. O felicem utrumque! nihil enim [d] maluerunt. C. Antonius Macedoniam. hunc quoque felicem! hanc enim semper habebat in ore provinciam. C. [46] Calvisius Africam. nihil felicius. modò enim ex Africa decesserat, & quasi divinans se rediturum, duos legatos Uticæ reliquerat, deinde [47] M. Iccius Siciliam, Q. Cassius Hispaniam. non habeo, quid suspicer. duarum credo provinciarum sortes minùs divinas fuisse.

d metuerunt *MSS.*

27 XI. [48] O C. CÆSAR, (adolescentem appello) quam tu salutem reipublicæ attulisti? quàm improvisam? [e] quàm repentinam? qui enim hæc fugiens fecerit, quid faceret insequens? etenim [49] in concione dixerat, se custodem [f] futurum urbis: usque ad Kalendas Majas ad urbem exercitum habiturum. [50] O præclarum custodem ovium (ut

e quàm *deest in MS.*

f fore *Grav.*

45. *L. Antonius.*] Pro *L.* liber Lang. Col. & alii aliqui *T.* nonnulli *Cn.* omnino hic locus depravatus est. quid enim L. Antonius provinciam sortiretur, qui anno superiori proximo Tribunus pl. fuerat? quæ verba sequuntur, in his quoque varietas est: nam pro *maluerunt*, *metuerunt* multi, *mutaverunt* Col. in multis totus hic locus deest. *Ferrarius. L. Antonius, M. Antonius.*] Pro *L. Antonius*, antiquus liber habet *L. Annius.* Sed neutrum neque *L. Antonius*, neque *L. Annius*, hic locum habet. illud inter omnes convenit, locum esse corruptum. nos antiquam scripturam sequemur. *Faërnus. L. Antonius.*] Locus corruptus. Pall. *T. Antonius*, ut & scripti Ferrariani. Maur. *L. Annius*, quod placuit Lambino. iidem tamen nostri post, pro *maluerunt*, exhibent *metuerunt*. Gruter.

46. *Calvisius Africam.*] Quam regebat Cornificius. ad quem scribens Cicero, *Nec vero*, inquit, *postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua injuria contumeliaque reip. provinciam absens obtinebat.* Quo loco Calvisium hunc significat. *P. Manut.*

47. *M. Iccius.*] *Itius* scribendum est ex auctoritate argentei denarii, in quo L. ITIUS notatus est. *Ursin.*

48. *O C. Cæsar (adolescentem appello.)*] Liliensis, *Cæsar adolescens! te appello*, non improbarem, nisi esset in memoria locus alter: *O. M. Druse! patrem appello.* Gruter.

49. *In concione dixerat.*] In meo cod. legitur, *in contemptione dixerat.* forte, *in contentione.* Paullò ante, *à quo erat honestissimis concionibus & sæpe & jure contentionibusque vexatus.* Sic etiam videtur fuisse in Col. sed erasa erat vox, & ab alia manu substituta, *contione.* Grævius.

50. *O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum.*] Sic & Terentius in Eunucho: *Scelesta, ovem lupo commisisti.* Quædam autem ad hunc locum pertinentia tradidit Victorius cap. 21. libri primi. *Muretus.*

51. In

(ut ajunt) lupum! custosne urbis, g an direptor & vexator esset Antonius? Et quidem se introiturum h in urbem dixit exiturumque cùm vellet. Quid i illud? nonne audiente populo, sedens pro æde Castoris, dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem?

28 k Hodierno die primùm, patres conscripti, longo intervallo 51 in possessionem libertatis pedem ponimus: l cujus quidem ego, quoad potui, non modò defensor, sed etiam conservator fui. cùm autem id facere 52 non possem, quievi: nec abjectè nec sine aliqua dignitate casum m illum temporum & dolorem tuli. Hanc verò n tæterrimam belluam quis ferre o posset, aut quomodo? quid est in Antonio, præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? 53 ex his totus conglutinatus est. nihil apparet in eo p ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.

29 Quapropter, quoniam res in id discrimen adducta est, utrùm ille pœnas reipublicæ luat, an nos serviamus: aliquando, per deos immortales! patres conscripti, patrium animum virtutemque capiamus, ut aut libertatem propriam Romani q & generis & nominis recuperemus, aut mortem servituti anteponamus. Multa, quæ in libera civitate ferenda non essent, tulimus & perpessi sumus: alii spe recuperandæ libertatis, alii vivendi nimia cupiditate. sed, si illa tulimus, quæ nos necessitas ferre coegit, quæ vis quædam pænè fatalis (quæ tamen ipsa non tulimus) etiamne hujus impuri latronis feremus tæterrimum crudelissimumque dominatum?

30 XII. r QUID faciet, si potuerit, iratus, qui cùm succensere nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus?

g ac *MS.*
h in *non est in MS.*
i istud *alii.*
P. CLXXXIX.
k *hic incipit in MS. Philip. III.*
l cujus ego *MS.*
m illorum *MS.*
n *ita MSS. alii* teterrim.
o potest *Grav.*
p ingenii *MS.*
q *Grut. & alii non habent* &.
r *alii* Quid quid hic faciat.

51. *In possessionem libertatis pedem ponimus.*] *In possessione* magis arrideret: sic enim M. Tullium semper locutum animadverti. quia tamen libri scripti stant ab impressis, & hic idem pro Cæcinna dixit, *In possessionem vestigium fecero:* & lib. v. de Fin. *In aliquam historiam vestigium ponimus:* idcirco immutare non ausim. *Ferrarius.*

52. *Non possem, quievi: nec abjectè.*] Rectè istud quidem occupat edd. neotericas: sed tamen est conjectaneum Victorii, qui consulatur lib. I. Var. lect. cap. 6. prius vulgata, *qui fui.* à quâ stat lectio omnis scripta. *Gruter.*

53. *Ex his totus vitiis conglutinatus est.*] Ita liber Vaticanus, Faërnus autem videtur vocem *vitiis* vel non animadvertisse, vel ut glossema rejecisse. *Ursin.*

quid hic victor non audebit, qui nullam adeptus victoriam, tanta scelera post Cæsaris interitum fecerit? refertam ejus domum exhauserit? hortos compilarit? ad se ex his omnia ornamenta transtulerit? cædis & incendiorum causam quæsierit ex funere? 54 duobus aut tribus senatûs consultis, f bene & è republica factis, reliquas res ad lucrum prædamque revocaverit? vendiderit immunitates? civitates liberaverit? provincias universas ex t imperii populi Romani jure sustulerit? exsules reduxerit? falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda & in Capitolio figenda curaverit, earumque rerum omnium domesticum mercatum instituerit? populo Romano leges imposuerit? 55 armis & præsidiis populum & magistratus foro excluserit? senatum v stiparit x armis?

f è rep. bene *MSS. & quaed. edd.* P. B.
t imperio *MS.*
v stipaverit *alii.*
x armatis *alii.*

31 y Armatos in cella Concordiæ, cùm senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundisium cucurrerit? ex his optimè sentientes centuriones jugulaverit? cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum & ad z disperditiônem urbis venire conatus? Atque is ab hoc impetu abstractus consilio & copiis Cæsaris, a consensu veteranorum, virtute legionum, ne fortunâ quidem fractus minuit audaciam, nec ruere demens, nec furere desinit. in Galliam mutilatum ducit exercitum: cum una legione, & ea vacillante, L. fratrem exspectat: quo neminem reperire potest sui similiorem. Ille autem ex b mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas c fecit strages, ubicumque posuit vestigia? cædit greges armentorum d reliquique pe-

y Arma *MS.*
z dispersionem *MSS.*
a & cons. *Muret.*
b myrmil. *multi alii.*
c facit *Lamb.*
d reliqui *MS.*

54. *Duobus, aut tribus S. C. bene & e rep. factis.*] Uno, ne qua post idus Mart. immunitatis tabula, neve cujus beneficii figeretur: altero ut dictaturæ nomen in perpetuum de rep. tolleretur. tertium S. C. fortasse fuit illud, quod in æde Telluris, quo primum die post Cæsaris necem senatus habitus est in sententiam Ciceronis factum, ut omnis discordiarum memoria oblivione sempiterna deleretur. Phil. I. & II. *P. Manut.*

55. *Armis & præsidiis populum Ro. & magistratus foro excluserit.*] Sic o. l. v. *Armis & præsides, & populum, & magistratus.* Sic emendandum est, *Armis & præsidiis, & populum, & magistratus.* nam quod præsidiis rectum sit, Philipp. 1. declarat, *Armati in præsidiis multis in locis collocabuntur.* & v. *Sic vero erant disposita præsidia.* Ferrarius. *Populum & magistratus foro excluserit.*] Optimus liber, *excusserit. excluserit* tamen malo. *Muretus.* Delevi *Romanum* auctoritate Vaticani, mei, Francii & aliorum, nec non editionum Faërni, Mureti, Manutii & Lambini. *Grav.*

56. *Ita-*

pecoris, quodcumque nactus est: epulantur milites: ipse
autem se, ut fratrem imitetur, [e] obruit vino: vastantur
agri: diripiuntur villæ: [f] matresfamilias, virgines, pueri
ingenui [g] abripiuntur, militibus traduntur. hæc eadem,
quacumque exercitum duxit, fecit M. Antonius.

XIII. HIS VOS tæterrimis fratribus portas aperietis?
hos [h] umquam in urbem recipietis? non, tempore obla-
to, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo 32
Romano conspirante, [56] Italiâ totâ ad libertatem [i] recu-
perandam [k] excitatâ, deorum immortalium beneficio ute-
mini? nullum erit tempus, hoc amisso: à tergo, à fron-
te, [57] à lateribus tenetur. si in Galliam venerit, [l] non
ille armis solùm, sed etiam nostris decretis [m] urgendus est. P. CXC.
magna vis est, [58] magnum [n] nomen, unum & idem sen-
tientis senatûs. [59] Videtis refertum forum? populumque
Romanum ad spem recuperandæ libertatis [o] erectum?
qui longo intervallo cùm [p] frequentes hîc videt nos, tum
sperat etiam liberos convenisse.

Hunc

e ingurgitat vino *MS.*
f patres familiæ, virg. *Muret. Lamb. alii.*
g arripiuntur *MSS. & quad. edd.*
h inquam *alii.*
i recipe-randam *Lamb. alii.*
k excita *MSS.*
l nec *MSS.*
m urguendus est *Muret. alii.*
n numen *multa edd.*
o evectum, qui *Manut. Lamb. alii.*
p frequentis *edd. quad.*

56. *Italia tota ad libertatem recuperandam excitata.*] *Excita* L. Col. ut illud in XII. *Juventutem omnem ex tota Italia excivimus.* Tamen *excitata* magis placet: est enim significantius, majoremque recuperandæ libertatis cupiditatem declarat, ut illud in IV. *Galliam totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte suoque judicio excitatam.* Ferrarius.

57. *A lateribus tenetur.*] Ex antiquo libro emendamus *tenebitur:* & recte, cum in futuro sequatur, *si in Galliam venerit.* & ibi statim, pro *non ille, nec ille,* & post aliqua, *id non modo.* & sequenti versu, ubi est, *hoc feci semper,* vox *semper* delenda; & in altero versu legendum, *nisi servire malimus,* pro *malumus.* nec longe illinc, addita dictione *vos,* legendum, *nihil est quod moneam vos.* & infra, deleto verbo *esse,* quod finem efficit versus heroici, legendum, *& flagitiosam ferendam.* Faërnus.

58. *Magnum numen.*] Liber Gad. & alii nonnulli, *nomen:* quod rectum esse judico. Hæc autem vox admirabilem quandam auctoritatem sonat ex famæ opinione conflatam. Cic. in epist. ad Att. *Hoc tamen spero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in adventu terrorem.* & pro lege Manilia, *Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius?* Pro Dejot. *Quantum ejus nomen fuerit.* & in Philipp. XI. *Qui imperium habeat, qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum.* & alibi, *Tantum ejus in Syria nomen atque Phœnice est.* Ferrarius. Recte Ferrarius, quamvis *numen* retinuerint Faërnus, Muretus, & Lambinus. *Grav.*

59. *Videtis refertum forum.*] Patebant igitur valvæ templi, in quo senatus habebatur: quæ non patuerant præsente Antonio. unde Phil. II. *Cur valvæ Concordiæ non patent?* P. Manut.

33 Hunc ego diem exspectans, M. Antonii scelerata arma vitavi, tum, cùm ille q in me absentem invehens, non r intelligebat, s ad quod tempus me & meas vires reservarem. si enim illi tum cædis initium à me quærenti respondere voluissem, nunc reipublicæ consulere non possem. Hanc verò nactus facultatem, nullum tempus, patres conscripti, dimittam, neque diurnum neque nocturnum, quin de libertate populi Romani, de dignitate vestra quod cogitandum sit cogitem: quod agendum atque faciendum, [60] id non modò recusem, sed appetam etiam atque deposcam. Hoc feci t semper, dum licuit: intermisi, quoad non licuit. jam non solùm licet, sed etiam necesse est, nisi servire malumus quàm, ne
34 serviamus, animis armisque decernere. Dii immortales nobis hæc præsidia dederunt: urbi Cæsarem, Brutum Galliæ. Si enim ille urbem opprimere potuisset statim: si Galliam tenere paullo pòst: optimo cuique pereundum, reliquis esset serviendum.

q in me *deest in MS.*
r intellegebat *Faërn.*
s quod ad *alii.*
t semper *non est in Grav. ed.*

XIV. HANC IGITUR occasionem oblatam tenete, per deos immortales! patres conscripti, & amplissimi orbis terræ consilii principes vos esse aliquando recordamini. signum date populo Romano, consilium vestrum non deesse reipublicæ, quoniam ille virtutem suam non defuturam esse profitetur. Nihil est, quod v moneam. nemo est tam stultus, qui non x intelligat, si y indormierimus huic tempori, non modò crudelem superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam & flagitiosam z ferendam.

v moneam vos *Grav.*
x intellegat *Faërn.*
y dormier. hoc tempore *alii.*
z esse fer. *Grut. & alii.*

P. B.

Nostis insolentiam Antonii, nostis amicos, nostis totam
35 domum. libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis servire, ea a est summa miseria, summo dedecore conjuncta. Quòd si jam (quod dii b omen avertant!) fatum extremum reipublicæ venit: quod gladiatores nobiles faciunt, ut honestè decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum gentiumque omnium, ut

a sunt *MSS.* sum. mis. est *Grav.*
b omnes *MS.*

60. *Id non modo non recusem.*] Tres l. v. In queis Lang. *Idem non modo non recusem.* Col. *Idem non modo non recusem.* quem sequor. *Ferrarius.* *Id* recepi ex Faërno, Mureto, Lambino, Manutio & veteribus aliis editionibus. *non* delevi iisdem auctoribus, annuente meo MS. & Amster. Nam *non modo* sæpe accipi apud veteres pro *non modo non* dudum monuit & multis exemplis docuit Muretus in Variis & alii, nec uno in loco in his notis nos ipsi observavimus. *Gravius.*

61. *Omnes*

ut cum dignitate potiùs cadamus quàm cum ignominia serviamus. Nihil est detestabilius dedecore, nihil fœdius servitute. ad decus & libertatem nati sumus; aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur. Nimium diu teximus, quid sentiremus: nunc jam apertum est: [61] omnes jam patefecerunt, in utramque partem quid sentiant, quid velint.

Sunt impii cives c pro caritate reipublicæ nimium multi: pro multitudine bene sentientium admodum pauci: quorum opprimendorum dii immortales incredibilem d reipublicæ potestatem & fortunam dederunt. ad ea enim præsidia, quæ habemus, jam e accedunt consules summâ prudentiâ, virtute, concordiâ, multos menses de populi Romani libertate commentati atque meditati. His auctoribus & ducibus, diis juvantibus, nobis vigilantibus & multùm in posterum providentibus, populo Romano consentiente, erimus profectò liberi brevi tempore. jucundiorem autem faciet libertatem servitutis recordatio. 36

c sed pro *MSS. & Muret.* d populo Romano *alii.* e accedent *Grav. & alii.*

XV. QUAS OB res, quòd tribuni plebis verba fecerunt, f ut senatus Kalendis Januar. tutò haberi sententiæque [62] de summa republica liberè dici possint: de ea re ita censeo, g ut C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, dent operam, h ut senatus Kalendis Januar. tutò haberi possit: quodque edictum D. Bruti, imperatoris, consulis designati, optimè de republica i meriti, propositum sit, senatum existimare, D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, optime de republica promereri, cùm senatûs auctoritatem populique Romani libertatem imperiumque defendat. 37

f uti *alii.* g uti *alii.* h uti *alii.* i promeriti *alii.* P. CXCI.

Quód-

61. *Omnes jam.*] Vox *jam* delenda. & paulo post, pro *jam accedunt*, legendum, *jam accedent*. & post aliqua, detracta voce *virorum*, & tribus sequentibus immutatis, ita legendum, *& fortissimorum amicorumque reip. civium*. Faërnus.

62. *De summa reipubl.*] Non abeo ab eis, qui repositum eunt *rep.* sed tantum indico, in eo nimis nobis non esse laborandum; quandoquidem mss. exprimant ferè duabus literis *R. P.* quod semel dictum, sæpius dictum lector putato. *Grut.* Nec sane laboramus. Sed quum ita continuo usu obtinuerit, quum MSS. exprimant fere duabus literis R. P. apud Gruterum, quum *de summa Rep.* apud Ferrarium habeat liber ms. Scalæ & ceteri fere, atque adeo compendium scribendi in Gruterianis ex Romano more explanent, nihil obstare credidi, quin sequerer; etiam patre monente ad Livium XXVIII. 50. *Gronovius.*

 63. Et

38 Quódque [k] Galliam provinciam citeriorem, optimorum [63] & fortissimorum virorum, amicissimorum [l] populo Romano civium, [m] exercitumque in senatûs potestate retineat, id eum exercitumque ejus, municipia, colonias provinciæ Galliæ, rectè atque ordine, [n] exque republica fecisse & facere: senatum ad summam [o] rempublicam pertinere arbitrari, [p] à D. Bruto & ab L. Planco, imperatoribus, consulibus designatis, itemque à ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege [q] Julia, quoad ex senatusconsulto cuique eorum successum sit: eosque dare operam, ut eæ provinciæ [r] exercitusque in [s] senatûs populique [t] Romani potestate præsidioque reipublicæ sint: cúmque opera, virtute, consilio C. Cæsaris summoque consensu militum veteranorum, qui ejus auctoritatem secuti, reipublicæ præsidio [v] sunt & fuerunt; [x] & à gravissimis periculis populus Romanus defensus sit, & hoc tempore defendatur.

Cúmque legio Martia [64] Albæ constiterit, in munici-
39 pio fidelissimo & fortissimo: [y] sesque ad senatûs auctoritatem populique Romani libertatem contulerit: [z] quòd pari consilio eademque virtute legio quarta usa, [65] L. Egnatuleio duce, civi egregio, senatûs auctoritatem populique Romani libertatem [66] defendat, defenderit: sena-

k provinc. Gall. *Grav.*
l reip. civium *Grav.* & *alii.*
m exercitum *edd. vett.*
n eque *Lamb.*
o reip. *alii.*
p ab *MS.*
q Tullia *MSS.*
r Galliæque exercitus *alii.*
s senati *pleraque edd.*
t Romani *non est in Faërn.*
v & sunt & *Lamb.*
x & *multi non habent.*
y seque *alii.*
z & quod *Grav. alii.*

63. *Et fortissimorum virorum amicissimorumque reip.*] Quamvis Faërnus testetur vocem *virorum* abesse a codice Vaticano, nos eam tamen retinuimus, & quod maxime conveniet horum duorum conjunctio, *virorum fortissimorum*, & quod eam retinuerit Muretus, quod denique eam in nostris libris veteribus repererim. in eo codicem Vaticanum secutus sum, quod *reip.* edidi, cum vulg. habeant, *populo R.* Rursus in eo non sum secutus, quod ille habet, *amicorumque reip.* qui, *amicissimorumque reip.* edendum curavi. *Lambinus.* In Colon. & Grævii codice legitur etiam *amicissimorumque reip. civium*, ut legendum esse viderunt viri docti. Gruterus omisit copulam & retinuit *populo Romano.* Grævius.

64. *Alba.*] Fuit Marsorum oppidum, quod etiam nunc *Albe*, & *Albi* dicitur: incolæ Albenses. vide Cluver. Ital. antiq. lib. II. *Idem.*

65. *L. Egnatulejo duce, cive egregio.*] In libro Vaticano est, *quæstore optimo*, ut sit *Quæstore optimo*, Ursin.

66. *Defendat ac defenderit.*] Omiserunt copulam Faërnus, Lambinus, Manutius. sed retinuit Muretus ac omnes quatuor libri, quos inspexi. Nec debet omitti, ut in præcedentibus, *reip. præsidio sunt & fuerunt.* & *P. R. defensus sit, & hoc tempore defendatur.* Grævius.

67. Cùm

natui magnae curae esse ac fore, ut pro tantis [a] eorum in rempublicam meritis honores eis habeantur [b] gratiaeque referantur: [c] senatui placere, [d] uti C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, [67] cùm magistratum inierint, si eis videbitur, primo quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem [e] referant, ita uti [f] è republica fideque sua [g] videretur.

a eor. merit. *MSS.*
b gratique *Lamb.*
c tum sen. *Idem.*
d utque *edd. vett.*
e referrent *Grav.*
f de *edd. vett.*
g *ita MSS.* censuerint *Grut. & alii.*

67. *Cùm magistratum inierint &c.*] Pal. sec. ferè accedit duobus Ferrarianis, quos secutus est Lambinus; habetque *cùm magistratum inissent, si eis videretur pr. q. tempore de his reb. ad &c. ita ut è rep. fideque sui videretur censuerunt.* Gruter. Non ita Lambinus edidit, ut prodit Gruterus, sed ut ex Vaticano edendum ostendit Faërnus, & ipse quoque cum Mureto edidit, quos sum secutus. *Gravius.*

M. TULLII CICERONIS

P. R.

IN

M. ANTONIUM AD QUIRITES,

PHILIPPICA QUARTA.

ORATIO NONA ET QUADRAGESIMA.

ARGUMENTUM.

EXponit in concione quae acta sint in senatu: Caesarem & D. Brutum effert laudibus: populum ad libertatem recuperandam cohortatur, beneque de rep. sperare jubet. P. Manutius.

I. [1] FREQUENTIA vestrûm incredibilis, [a] Quirites, concioque tanta, quantam meminisse non videor, 1

a Quirites *deest in multis MSS.*

1. *FRequentia vestrûm incredibilis, concioque, Quirites, tanta.*] Sic L. Lang. & cum eo plerique, *Frequentia vestrûm incredibilis,* con-

deor, & alacritatem mihi summam defendendæ reipublicæ affert & spem [b] recuperandæ libertatis. Quamquam [c] animus quidem mihi numquam defuit, tempora defuerunt: quæ simulac primùm aliquid lucis ostendere visa sunt, princeps vestræ libertatis defendendæ [d] fui. quod [e] si

b recipe-randæ *Muret.*
c animus mihi *alii.*
d semper fui *edd. multa.*

concioque tanta. Col. sic, *Frequentia vestrûm incredibilisque concioque tanta.* Quem ego correctione quadam adhibita sequor: sic enim scribendum puto, *Frequentia vestrûm incredibilis Qr. concioque tanta.* Ferrarius. *Frequentia vestrûm incredibilis, Quirites.*] Incredibile dictu est, quàm sæpe quámque pertinaciter in eo veteres librarii peccaverint, ut pro *Quiritium* nomine, aut *Quinti* prænomine, cum eorum utrumque una littera *Q.* aut duabus *Qu.* notatum viderent ab iis, qui scribendi compendium secuti erant, modo *qua*, modo *quem*, modo *quod*, quidvis denique potius quàm quod oportebat, scriberent. quod etiam ab eo qui veterem illum librum, quo usus sum, descripsit, in hac oratione sæpissime factum est. at mihi quidem difficile non fuit errorem illius animadvertere, neque opus magno ingenii acumine ad intelligendum quem in modum ea, quæ ipse in eo genere peccarat, corrigenda essent. Non eadem ubique ratio: neque tam expedita & facilis ad emendationem via. Sunt enim quidam loci, qui, cum eandem ipsis erroris maculam similis librariorum aspersisset inscitia non modo minus perspicacium fugerunt oculos, sed ab acutissimis hominibus, qui cum mendum viderent, manus ei tollendo admovere tentarunt, magis etiam sunt contaminati. qualem mihi nuper unum sane insignem homo incredibili doctrinæ copia, ingenio vero singulari ac prope divino præditus Jo. Auratus indicavit. Est autem is apud Ciceronem libro secundo de Divinatione, ubi de Sibyllinis versibus ita scriptum est: *Non esse autem illud carmen furentis, cùm ipsum poëma declarat (est enim magis artis & diligentiæ quàm incitationis & motus) tum vero ea, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cùm deinceps ex primis versus litteris aliquid connectitur ut in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit. id certe magis est attenti animi quàm furentis.* Quis non ad hunc usque diem assensus e[st] præstantis viri, amicissimi mei, Pauli Manutii judicio, qui totum illud, *quæ Ennius fecit*, inducendum, ut præcedentis verb[i] declarationem putaverat? Non ita ille, cujus aciem nulla tali[s] umquam erroris caligo hebetarit, Auratus. Vidit enim, hoc ipsum fuisse, quod ex illorum Ennii versuum primis litteris connexum esset: Q. ENNIVS FECIT. Nam quod veteres poëtæ Græci nonnunquam fecerant, ut quasi metuentes sibi a plagiariis, nomen suum insererent poëmatis suis, (inde enim ill[a] sunt, Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη, &, καὶ τόδε Φωκυλίδου, & Μνῆμα τόδ' ἱππάρχου. στεῖχε δίκαια φρονῶν, & ejusdem, Μνῆμα τόδ' ἱππάρχου μὴ φίλον ἐξαπάτα) id igitur Ennium elegantiori quadam & minus pervulgata ratione fecisse. quomodo & Plautinarum Fabularum nomina prætexta esse iis versibus, quibus explicatur earum argumentum, videmus. *Muretus.*

e si antè facere conatus essem, f nunc facere non possem. hodierno enim die, Quirites, g ne mediocrem rem actam h arbitremini, fundamenta jacta sunt reliquarum actionum. nam est hostis à senatu nondum verbo appellatus, sed re jam judicatus Antonius.

Nunc verò multo sum erectior; quòd vos quoque i illum hostem esse tanto consensu tantoque clamore approbavistis. Nec k enim, Quirites, fieri potest, ut non aut ii sint impii, qui contra consulem l exercitus comparaverunt: aut ille hostis, contra quem jure arma sumpta sunt. Hanc igitur dubitationem, quamquam nulla erat, tamen nequa posset esse, senatus hodierno die sustulit. C. Cæsar, qui rempublicam libertatemque vestram suo studio, consilio, patrimonio denique tutatus est & tutatur; maximis senatûs laudibus ornatus est. 2

3 Laudo, laudo vos, Quirites, cùm gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potiùs. 2 sunt enim facta ejus immortalitatis; nomen ætatis. multa memini, multa audivi, multa legi: nihil ex m omnium sæculorum memoria tale cognovi: qui cùm servitute premeremur, n & in dies malum cresceret, præsidii nihil haberemus, capitalem & o pestiferum à Brundisio p M. Antonii reditum timeremus: hoc insperatum omnibus consilium, incognitum certè, q ceperit, 3 ut exercitum

e si id antè *Grav.*
f & nunc *MSS.*
g ne adhuc mediocr. *Grut.*
h arbitramini *MS.*
i *alii* hostem illum.
k enim fieri *Grut.*
l exercitum *alii.*
m omni sæc. *Grut.*
P. CXCII.
n & *delet Grav.*
o pest. Brund. *Gruter.*
p tuum M. *MS.*
q cœp. *edd. vett.* reper. *Muret.*

2. *Sunt enim facta ejus immortalitatis: non ætatis.*] *Nomen ætatis*, omnes l. v. quod primo aspectu abjudicatum atque rejectum postea sic approbavi, nihil ut mihi neque rectius, neque venustius videatur. Rejeceram autem ob eam causam, quod, si referretur ad Cæsarem, oratio sibi non constaret: si ad puerum, nimis durum videbatur: quod ipse M. Tullius mihi non multo post tempore mollivit: nam eodem modo loquitur in XIII. Philipp. Et quidem de hoc ipso Cæsare loquens. Puerum appellat, *quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sentit & sentiet. est istuc quidem nomen ætatis: sed, &c.* Jam vides *nomen* & *facta* quàm bene inter se respondeant. hæc autem verba habent hanc sententiam, Quod mirabilia facinora facit, est cujusdam divinitatis: quod appellatur puer, est ætatis. *Ferrar. Nomen ætatis.*] Haud aliter membranacei Ferrarii, confirmatque Pal. sec. ac liber Puteani. nam vulgata, *non ætatis*, fatue. *Gruter.*

3. *Ut exercitum invictum ex Hispanis militibus conduceret.*] Antiq. liber omnes, quæ super his verbis possent oriri dubitationes, tollit. nam pro *Hispanis*, habet *paternis*: pro *conduceret*, *conficeret*. & infra, ubi est *de reip. pernicie*, ipse habet, *de pernicie populi Romani*. nos tamen putamus legendum *de pernicie reip.* Faërn. *Ut exercitum invictum ex paternis militibus conficeret.*] Alii, cum in quibus-

citum invictum ex paternis militibus conduceret, Antoniique furorem, crudelissimis consiliis incitatum, à pernicie reipublicæ averteret.

4 II. QUIS EST enim, qui hoc non intelligat, nisi Cæsar exercitum paravisset, non sine exitio nostro futurum Antonii reditum fuisse? Ita enim se recipiebat ardens odio vestri, cruentus sanguine r civium Romanorum, quos Suessæ, quos Brundisii occiderat, ut nihil, nisi de reipublicæ pernicie cogitaret. Quod autem erat præsidium salutis libertatisque vestræ, si C. Cæsaris s fortissimorumque sui patris militum exercitus non fuisset? cujus de laudibus & honoribus, qui ei pro divinis & immortalibus meritis divini immortalesque debentur, mihi senatus assensus t paullo antè decrevit, ut primo quoque tempore referretur.

Quo decreto quis non v perspicit Antonium hostem esse judicatum? quem enim appellare possumus eum,
5 contra quem qui exercitus ducunt, iis senatus arbitratur singulares exquirendos honores? Quid legio Martia? quæ mihi videtur divinitus ab eo x deo traxisse nomen, à quo populum Romanum generatum accepimus. 4 non ipsa suis decretis priùs quàm senatûs hostem judicavit Antonium? nam, ille si non hostis: qui consulem reliquerunt, hostes necesse est judicemus. 5 Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium y comprobastis: qui se ad senatûs auctoritatem, ad libertatem vestram,

r civium, quos *Grut.*

s fortissirum *Grav.* fortissimorum suique *edd. vett.*

t paulo *MSS. & quad. edd.*

v prosp. *alii.*

x ipso deo *alii.*

y comprobavistis *alii.*

busdam veteribus libris reperissent, *ex panis militibus*, putarant legendum, *ex Hispanis*. inepte. illud quoque dubium non est, quin, *conficeret*, melius legatur quàm ut illi legebant *conduceret*. Sed hæc & talia spero, etiam tacente me, omnes facile cogituros. *Muretus.* Miror *Hispanis* toleravisse Gruterum, cum jam Manutius Faërni & Mureti monitu, ut & Lambinus *paternis* restituerint, cum *Hispanis* ferri nullo modo possit, quod nemo ignorat historiæ illius temporis peritus. *Grav.*

4. *Nonne ipsa suis decretis.*] Antiq. liber, *non ipsa.* & altero versu, *nam si ille non hostis*, *hos qui*, & sequenti versu, ubi est. *præclare & luculentè*, legendum, *præclare & loco*, quasi diceret, præclare & apposite. *Faërnus.* Et hic cum accuratissimis editoribus, qui suas ἐκδόσεις ad omnium antiquissimum codicem conformarunt, *ne*, quod non recte in novis edd. propagatur, delevi. *Grav.*

5. *Præclarè & loco, Quirites, reclamatione vestra &c.*] Ita liber Vaticanus. *Ursin. Præclarè, & loco, reclamatione.*] Ita quoque Pal. sec. Maur. & Lil. vulgata, *Præclara ac luculenta reclamatione.* insubidè. Puteanus adhuc interserit *Quirites reclam.* Grut.

6. *Ar-*

stram, ad universam rempublicam contulerunt. hostem illum, & latronem, & parricidam patriæ reliquerunt. Nec solùm id animosè & fortiter, sed consideratè etiam 6 sapienterque fecerunt. Albæ constiterunt, in urbe opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum civium atque optimorum. Hujus Martiæ legionis legio quarta imitata virtutem, duce [z] L. Egnatulejo, quem senatus meritò paullo ante laudavit, C. Cæsaris exercitum [a] persecuta est.

P. B.

z L. *deest in MSS.*

a *ita MSS.* prosecuta *alius MS.*

III. QUÆ EXSPECTAS, M. Antoni, judicia graviora? Cæsar fertur in cœlum, qui contra te exercitum comparavit. laudantur exquisitissimis verbis legiones, quæ te reliquerunt, quæ à te [6] [b] arcessitæ sunt: [c] quæ tuæ essent, si te consulem quàm hostem [d] maluisses. quarum legionum fortissimum verissimumque judicium confirmat senatus, comprobat universus populus Romanus, nisi fortè vos, Quirites, consulem, non hostem, judicatis Antonium. Sic arbitrabar, [e] Quirites, vos judicare, ut 7 ostenditis. quid? municipia, colonias, præfecturas, num aliter judicare censetis? omnes mortales una mente consentiunt: omnia arma eorum, qui hæc salva velint, contra illam pestem esse capienda. Quid? D. Bruti judicium, Quirites, quod ex hodierno ejus edicto perspicere potuistis, num cui tandem contemnendum videtur? Rectè & verè [f] negatis, Quirites. Est enim quasi deorum immortalium beneficio & munere datum reipublicæ [g] Brutorum genus & nomen ad libertatem populi Romani vel constituendam vel recuperandam. Quid igitur D. Brutus de M. 8 Antonio judicavit? [7] [h] exclusit provinciâ: exercitu obstitit: Galliam totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte suo-

b *alii* accersitæ, *MS.* accitæ.

c quæ essent *Grav.*

d maluisset *MS.*

e Quirit. *deest in aliis.*

f negastis *Grut.*

g *novem seqq. voces desunt in MSS.*

h excludit *Grav.*

6. *Arcessita.*] Ita plane est in vetere libro: non, ut in aliis, *accersita*: ut hoc quoque non nihil eorum opinionem adjuvet, qui *arcesso*, non *accerso*, dicendum putant. *Muret.* *Arcessita sunt.*] Non pigebit me huc adscribere, quod alibi neque semel admonui, *accerso* non esse Latinam vocem, sed ex vero & recto *arcesso* depravatum. quod meum judicium adjuvant cùm veteres codices, ut quisque est optimus, tum ille Philippicarum Vaticanus: in quo, ut testantur Faërnus & Muretus, nusquam comparet ullum vel tenuissimum verbi *accerso* vestigium: semperque & ubique *arcesso* scriptum reperitur. *Lambinus.*

7. *Exclusit provinciâ, exercitu obstitit.*] Antiquus liber, *excludit provinciâ, exercitu obsistit.* & paulo post, duobus in locis *defenderet*, non *defenderit.* & deinde *in consulis jure*, non *sub.* & infra, *obcæcat animos*, non *cæcati.* Faërnus.

8. Quos

suoque judicio excitatam. Si consul Antonius: Brutus hostis. si conservator reipublicæ Brutus: hostis Antonius. Num igitur, utrum horum sit, dubitare possumus?

IV. Atqui, ut vos una mente unaque voce dubitare vos negatis: sic modo decrevit senatus, D. Brutum
P. CXCIII. optimè de republica mereri, cùm senatûs auctoritatem populique Romani libertatem imperiumque defenderit. A quo defenderit? nempe ab hoste. Quæ est enim alia
9 laudanda defensio? Deinceps laudatur provincia Gallia, meritóque ornatur verbis amplissimis à senatu, quòd resistat Antonio. quem si consulem illa provincia putaret, neque eum reciperet; magno scelere se adstringeret. omnes enim [i] in consulis jure & imperio debent esse provinciæ. Negat hoc D. Brutus imperator, consul designatus, natus reipublicæ civis: negat Gallia, negat cuncta Italia, negat senatus, negatis vos. Quis igitur illum consulem nisi latrones putant? quamquam ne ii quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt: nec à judicio omnium mortalium, quamvis impii nefariique sint, [k] sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapiendi atque prædandi [l] obcæcat animos eorum: [8] quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita [9] [m] Pompeji hasta sa-

i *ita MSS. & alii. Grut.* sub.

k sicut sunt *deest in MSS.*

l *alii & Grut.* occæcat.

m Pompeji *delent Manut. Lamb, alii.*

8. *Quos non bonorum damnatio.*] Ausus sum ejicere vulgatum *donatio*, persuasus a Palatinis, item Lil. & Gemblac. & ita quoque initio fuerat in Mauriciano Coloniensi. *Gruter.* In tribus, quos excussi, etiam est *damnatio*, & in meo quidem *dampnatio*: verum in Colon. est quidem *donatio*, sed a manu recentiore, cum olim, ut clare patet ex erasis litteris & spatio, in quo fuerant expressæ, fuerit *damnatio*. At num Latine dicitur *damnatio bonorum*, pro *bonorum publicatio* & *subhastatio*? Damnari dicuntur homines criminis, ut majestatis, repetundarum, aut *de crimine*, sed non bona dicuntur damnari, quibus multatur damnatus. Non igitur mutanda est vulgata lectio, quam & Vaticanus præ se fert. Non soli Serviliæ M. Bruti matri bona donavit Julius, de qua Suetonius in Jul. cap. 50. *Bello civili super alias donationes, amplissima prædia ex auctionibus hasta ei nummo addixit?* Sed multis aliis suis amicis & satellitibus bona largitus est. Ergo cum vulgatis & Vaticano retineo *donatio*, uti quoque id retinuerunt omnes ante Gruterum. *Grav.*

9. *Pompeji hasta saciavit.*] *Satiavit* l. v. & recte: siquidem a Satur declinatum est. *Ferrarius. Non illa infinita Pompeji hasta satiavit.*] Sæpe me torsit hic locus quærentem quæ esset hasta ista Pompeji. putabam significari forte eam, cui subjecta fuerant bona Pompeji a Cæsare & vendita. at hæc non Pompeji hasta, sed Cæsaris diceretur, adde quod Cæsar non bona tantum Pompeji sub-

ivit: qui sibi urbem, qui bona & fortunas civium
prædam proposuerunt. qui, dum sit quod rapiant,
d auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur. qui-
M. Antonius (ô dii immortales, avertite & detesta-
i, quæso, hoc omen!) urbem se divisurum esse
nisit. Ita verò, Quirites, ut precamini, [n] eveniat, 10
jusque amentiæ pœna in ipsum familiamque ejus re-
t, quod ita futurum esse confido. jam enim non so-
homines, sed etiam deos immortales ad rempubli-
conservandam arbitror consensisse. Sive enim prodi-
atque portentis dii immortales nobis futura prædi-
:: ita sunt apertè [p] denuntiata, ut & illi pœna & li-
as nobis appropinquet: [q] sive tantus consensus o-
um sine impulsu deorum esse non potuit; quid est,
d de voluntate cœlestium dubitare possimus? Reli- 11
m est, Quirites, ut vos in ista sententia, quam præ
s fertis, perseveretis.

. FACIAM igitur, ut imperatores instructa acie so-
: quamquam paratissimos milites ad prœliandum vi-
it, ut eos tamen [r] adhortentur: sic ego vos arden-
& erectos ad libertatem [s] recuperandam [t] cohorta-
Non est, [v] non est vobis, Quirites, cum eo hoste
amen, [x] quocum aliqua pacis conditio esse possit. ne-
enim ille servitutem vestram, ut antea, sed jam ira-
sanguinem concupiscit. nullus ei ludus videtur esse
ndior quàm cruor, quàm cædes, quàm ante ocu-
rucidatio civium.

Non est vobis, Quirites, res cum scelerato homine 12
e nefario, sed cum immani tætraque [y] bellua: quæ
iam in foveam incidit, obruatur. si enim illinc emer-
, nullius supplicii crudelitas erit recusanda. sed tene-
tur,

n veniat *quadd. edd.*
o quo nu- jus am *alii.*
p pronun- tiata *alii.*
q si enim tantus cons. *edd. vett.*
P. B.
r adhor- tantur *alii.*
s recip. *Muret.*
t adhor- tab. *alii.*
v *illud* non est *MSS. & Lamb. delent.*
x cum quo *alii*
y belua *Muret. Faërn. Lamb.*

cit hastæ, sed nonnullorum aliorum adversariorum. omnem
difficultatem antiquus liber, qui dictionem *Pompeji* non
t, tollit. quâ sublatâ hastam intelliges Cæsaris, sub qua
adversariorum suorum, quibus ipsi libitum est, vendidit.
us. Non illa infinita Pompeii hasta.] P. Manutius & D. Lam-
non admiserunt illud *Pompeii*. ego inventum in Gembl.
Maur. Pall. & edd. vett. excludere non potui: præcipue
non viderim monumenta in has Philippicas Faërni aut Mu-
ex quibus cognoscerem, num tale aliquid item abesset li-
Romanis. *Grut.* Sed poterat id cognosse, in Vaticano non
Pompeji, ex Manutio & Lambino, qui in Philippicis presse
Vatic. sequuntur. *Grav.*

tur, premitur, [z] urgetur, nunc iis copiis, [a] quas habemus: mox iis, quas paucis diebus novi consules comparabunt. Incumbite in causam, Quirites, ut facitis. Numquam [b] vester consensus major in ulla causa fuit: numquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis. nec mirum. agitur enim non qua conditione victuri, sed victurine simus, an cum supplicio ignominiaque perituri.

z urgetur *Faërn. Lamb.*
a quas jam hab. *Grut.*
b inter senatum & vos cons. *alii.*

13 Quamquam mortem quidem omnibus natura proposuit: crudelitatem mortis & dedecus virtus propulsare solet; [10] quæ propria est Romani [c] generis & seminis. hanc retinete, quæso, Quirites, quam vobis tamquam hereditatem majores vestri reliquerunt. [11] quamquam omnia alia incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est una altissimis defixa radicibus: quæ numquam ulla vi labefactari potest, numquam [d] demoveri loco. hac virtute majores [e] vestri primùm universam Italiam devicerunt: deinde Karthaginem exsciderunt. Numantiam everterunt, potentissimos reges, bellicosissimas gentes [12] in ditionem hujus imperii redegerunt.

c nominis *MS.*
d dimov. *alii.*
e nostri *alii.*
P. CXCIV.

14 VI. Ac majoribus quidem vestris, Quirites, cum eo hoste res erat, qui haberet rempublicam, curiam, ærarium, consensum & concordiam civium, rationem aliquam, si res ita tulisset, pacis & fœderis: hic vester hostis vestram rempublicam oppugnat, ipse habet nullam: senatum, id est, orbis terræ consilium, delere gestit, ipse consilium publicum nullum habet: ærarium vestrum exhausit, suum non habet. nam concordiam civium quî habere potest, nullam [f] qui habeat civitatem? pacis verò

f cum *Lamb. & alii.*

10. *Quæ propria est Romani generis & seminis.*] Meus codex: *quæ propria est Romani nominis & seminis.* non malè. *Romanum nomen* quoties in his ipsis Philippicis & aliis in locis pro *Romanus populus* legitur? Sed quia Vaticanus & reliqui MSS. non consentiunt, non sustinui hanc vocem reponere. *Grav.*

11. *Quanquam alia omnia falsa, incerta, caduca, mobilia: virtus est &c.*] Ita est in Vaticano, cum in aliis desit vox *falsa.* Ursin.

12. *In ditionem hujus imperii redegerunt.*] Sic l. Col. (nam ceteri cum impressis consentiunt) *dictionem.* ego, *ditionem:* quis enim unquam sic locutus est, ut diceret, *In deditionem imperii nationes redegit?* at oppida, milites & ejusmodi cetera *deditionem fecerunt, in deditionem accepti sunt,* historicorum libris usitatum. *In ditionem* vero *redigere* ita tritum est, ut exemplis eo supersedeam, ne in re tenui ac perspicua multus esse videar. *Ferrarius.*

13. *Cum*

rò quæ poteft effe cum eo ratio, in quo eft incredibilis crudelitas, fides nulla?

Eft igitur g populo Romano, victori omnium gentium, omne certamen [13] cum excurfore, cum latrone, cum Spartaco. nam, quòd fe fimilem effe Catilinæ gloriari folet: [14] fcelere par eft illi, induftriâ inferior. ille cùm exercitum nullum h habuiffet, repentè conflavit: hic i eum exercitum, quem accepit, amifit. Ut igitur Catilinam diligentiâ meâ, fenatûs auctoritate, veftro ftudio & virtute fregiftis: fic Antonii nefarium latrocinium veftrâ cum fenatu concordiâ tantâ, quanta numquam fuit, felicitate & virtute exercituum ducumque veftrorum, brevi tempore oppreffum audietis. 15

g Quirites pop. *Grav. & alii.*
h haberet *Grut. & alii.*
i eum ipfum exerc. *Grut. & alii.*

Equidem, quantum cura, labore, vigiliis, auctoritate, confilio k eniti l atque efficere potero, nihil prætermittam, quod ad libertatem veftram pertinere arbitrabor. neque enim id pro veftris ampliffimis in me beneficiis [15] fine fcelere facere poffum. hodierno autem die primùm, referente viro fortiffimo vobisque amiciffimo, m M. hoc Servilio collegisque ejus, ornatiffimis viris, optimis civibus, longo intervallo, me auctore & principe, ad fpem libertatis exarfimus. 16

k niti *Muret.*
l atque effic. *deeft in MS.*
m *alii* hoc M. Serv.

13. *Cum excurfore.*] Repofui cum Faërno, Manutio, Lambino *percuffore*, quia in Vaticano eft *percurfore*. Vulgati *excurfore* fine fententia. *Gravius.*

14. *Scelere par eft, belli induftriâ inferior.*] Legendum ex antiquo libro, *fcelere par eft illi, induftriâ inferior.* & fequenti verfu, pro *nullum haberet, nullum habuiffet.* Faërnus. Veriffime Vaticanus. Merito Faërnus, Manutius, Lambinus funt amplexi. Quid enim eft *belli induftria?* Qui Latine fciunt, & fciunt quid fit induftria, ut apud Juftin. *Vir induftriâ potior*; fciunt etiam nihil Latinis effe *belli induftriam.* Muretus & *belli* omifit & *illi.* cur receflerit ab optimo cod. caufam nullam video. *Gravius.*

15. *Sine fcelere.*] Si quid prætermitterem erga vos, qui me fummis honoribus novùm hominem & a me ipfo ortum affeciftis, plane me fceleftum ac nefarium effe confiterer. Philipp. VI. *Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos, a fe ortum, hominibus nobiliffimis omnibus honoribus prætuliftis?* Similiter locutus eft in epift. ad Lentulum: *Facis abundantiâ quâdam amoris, ut etiam grata fint ea, quæ prætermitti fine nefario fcelere non poffint.* P. Manut.

P. B. # M. TULLII CICERONIS
IN
M. ANTONIUM
PHILIPPICA QUINTA.
ORATIO QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Obsidente Mutinam Antonio, non modo sine senatus auctoritate, sed invito etiam senatu, qui Galliam citeriorem D. Bruto, jam antea a Caesare datam, post ejus necem confirmaverat, novi consules Pansa & Hirtius Kalendis Jan. primo consulatûs die, convocato de more senatu, non solum de Mutina obsidione, sed omnino de tota rep. deque honoribus & praemiis bene de rep. meritorum ac merentium, de quibus XIII. *Kal. S. C. factum erat, retulerunt. Quod ad Mutinam attinuit, censuit is, qui sententiam primus rogatus est, mittendos ad Antonium legatos, qui agerent cum eo, ut ab ejus urbis obsidione desisteret. Cicero autem, suo loco rogatus, turpe & indignum dicit esse senatus ac populi Romani majestate ad eum legatos de pace mittere, de quo ante paucas dies, tamquam de hoste, gravissima & severissima judicia idem senatus fecerit. decreverat enim* XIII. *Kal. Jan. quo die habitam esse tertiam orationem diximus, ut de honoribus Caesaris & Bruti, qui remp. privato consilio defendendam susceperant, deque praemiis Martiae & Quartae legionum, quae, Antonio relicto, ad Caesarem se contulerant, primo quoque tempore novi consules referrent. Deinde vehementer incubuit Cicero, ut hostis judicaretur Antonius, & ea decernerentur de honoribus & praemiis, quae senatus ex novorum consulum relatione decerni sibi placere ostenderat. Senatus eo die nihil decrevit, sed triduo post mittendos omnino censuit, qui Antonio nunciarent, ne consulem designatum oppugnaret, ne Mutinam obsideret, ne provinciam depopularetur, ne delectus haberet, esset in senatus populique Romani potestate. quae in concione Cicero exposuit, ut in Phil.* VI. P. Manutius.

I. IHIL umquam [a] longius his Kalendis Jan. mihi visum est, patres conscripti: quod idem intelligebam per hos dies unicuique vestrûm videri. qui enim bellum cum republica gerunt, hunc diem non [b] exspectant.

a *Grut. & alii* longius Kal.
b exspectabant *Grav. & alii.*

ctant. [c] nos autem tum, cùm maximè [d] consilio nostro subvenire communi saluti oporteret, in senatum [e] non [f] vocabamur. Sed querelam præteritorum dierum sustulit oratio consulum: qui ita locuti sunt, ut magis exoptatæ Kalendæ [g] quàm seræ esse videantur. Atque ut oratio consulum animum meum erexit, spemque attulit non modò salutis conservandæ, verùm etiam dignitatis pristinæ [h] recuperandæ: sic me perturbasset ejus sententia, [1] qui primus rogatus est; nisi [i] vestræ virtuti constantiæque confiderem.

c non autem MSS.
d consilio vestro subv. edd. vett. consilio subv. Lamb.
e non deest in edd. vett.
f convocab. alii.
g alii Jan. quàm.

Hic enim vobis, patres conscripti, dies illuxit: hæc potestas data est, ut, quantum virtutis, quantum constantiæ, quantum gravitatis in hujus ordinis consilio esset, populo Romano declarare possetis. Recordamini, qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quantus consensus vestrûm, quanta virtus, quanta constantia: [2] quam sitis à populo Romano laudem, quam gloriam, quam gratiam consecuti. Atque illo die, patres conscripti, ea constituistis, ut vobis nihil jam sit integrum, nisi aut honesta pax, aut bellum necessarium. Pacem vult M. Antonius? [3] arma [k] ponat, roget, deprecetur. neminem æquiorem me

2

h recip. Muret. & alii.
i vestra virtute constantiaq. MS.
k deponat Lamb. alii.

1. QUi primus rogatus est.] Nihil minus ab initio cogitavi quàm ut eorum, qui Ciceronis orationes explanandas susceperunt, opiniones refellerem: infinitum enim quiddam esset: hic tamen, oblitus instituti mei, temeritatem eorum cogor ostendere, quòd, nullo Ciceronis testimonio, nulla suffragante historia, L. Pisonem hunc esse confirmarunt, qui primus rogatus est. quod si diligenter hos Philippicarum libros evolvissent, non hunc esse L. Pisonem, sed Q. Fusium Calenum facile cognovissent, nam Phil. x. sunt hæc: *Quæ est ista tua ratio, Calene, quæ mens, qui numquam post Kal. Jan. idem senseris, quod is, qui te sententiam primum rogat?* Cur autem eum primum rogare maluerit Pansa consul, quàm de consularibus quemvis alium, affinitas effecit. erat enim Caleni gener Pansa. testis oratio octava, in qua scriptum sic est: *Satis multa cum Fusio, ac sine odio omnia, nihil sine dolore. credo autem, qui generi querellam moderatè ferat, æquo animo laturum amici.* sic Cæsar consul, collocatâ Pompejo filiâ, primum eum rogare sententiam cœpit, cum Crassum soleret, essetque consuetudo, ut, quem ordinem interrogandi sententias consul Kalendis Jan. instituisset, eum toto anno conservaret. *P. Manut.*

2. *Quam sitis à pop. Ro. laudem, quam gloriam, quam gratiam consecuti.*] Ita ferè mss. sed non uni: è diversis erutum est. nimirum *quantum* ter repetitum excipit tribus *quam.* id dum non attendunt librarii mirè hallucinati sunt. *Gruter.*

3. *Arma ponat,*] Antiquus liber, *arma deponat.* & eodem versu,

 ubi

me reperiet: [l] cui dum se civibus impiis commendat, inimicus esse quàm amicus maluit. nihil est profectò, quod dari possit bellum gerenti. erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti.

II. LEGATOS VERÒ ad eum mittere, de quo [m] gravissimum & severissimum judicium nudiustertiusdecimus [n] feceritis, non jam levitatis est, sed, ut, quod sentio, dicam, dementiæ. Primùm [o] duces eos laudavistis, qui contra illum bellum privato consilio suscepissent: deinde milites veteranos, qui cùm ab Antonio in colonias essent [p] deducti, illius beneficio libertatem populi Romani an-
4 tepofuerunt. Quid? legio Martia: quid? quarta, cur [q] laudantur? si enim consulem suum reliquerunt, vituperandæ sunt: si inimicum reipublicæ, jure laudantur. Atqui cùm consules nondum haberetis, decrevistis, ut & de præmiis militum, & de honoribus imperatorum primo quoque tempore referretur. Placet eodem tempore præmia constituere iis, qui contra Antonium arma [r] ceperunt, & legatos ad Antonium mittere? ut jam pudendum sit, honestiora decreta esse legionum quàm senatûs. siquidem legiones decreverunt senatum defendere [s] contra Antonium: senatus [t] decernit legatos ad Antonium. Utrum hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem?

5 Hoc dies duodecim [v] profecerunt, ut, quem nemo, præter [4] Cotylam, [x] tum inventus sit, qui defenderet, is habeat jam patronos etiam consulares. qui utinam omnes ante me sententiam rogarentur! (quamquam suspicor, quid dicturi sunt quidam eorum, qui post me rogabuntur.) faciliùs contrà dicerem, si quid videretur. est enim opinio, decreturum aliquem M. Antonio illam ultimam Galliam, quam Plancus obtinet. [5] Quid est aliud, omnia ad

l quanquam ut se *aut* quam dum se. *MSS.* cui quidem dum *alii.* P. CXCV. m graviss. judic. *Grut. & alii.* n fecistis *alii.* o enim duces *alii.* p ducti *MS.* q laudatur *alii.* r ceperint *multi alii.* s *Grut. & alii* contra M. Ant. t decrevit *edd. vett.* v perfecerunt *Man. Lamb. alii.* x *alii* Menium, *alii* unum, *alii* delent.

ubi est, *neminem æquiorem me reperiet*, *reperiet quàm me.* & post pauca, his verbis, *de quo gravissimum*, addendum *& severissimum*, & infra, ea verba, *primum enim eos duces*, & quæ sequuntur, detracta dictione *enim*, ita legenda sunt, *primum duces eos laudavistis, qui contra illum bellum privato consilio suscepissent.* Faërnus.

4. *Cotylam.*] L. Varium Cotylam, ædilicium, qui tum affuit in senatu, postea profectus est Mutinam ad Antonium, eumque legatum ad senatum Antonius remisit: ut Phil. VIII. *P. Manut.*

5. *Quid est aliud, omnia ad bellum civile &c.*] Hanc scripturam codicum Ferrarii firmat Pal. sec. prius cusi: *Quid hoc aliud est quàm ad bellum civ.* ineptè. nam *arma* heic interpretatur pecuniam ac militem. *Gruter.*

6. Car-

ad bellum civile hosti arma largiri? primùm nervos belli, pecuniam infinitam, quâ nunc eget: deinde equitatum, quantum velit. equitatum dico? dubitabit, credo, gentes barbaras secum adducere. Hoc qui non videt, y excors est: qui, cùm videt, decernit, z impius. Tu civem sceleratum & perditum, Gallorum & Germanorum a exercitu, pecuniâ, peditatu, equitatu, copiis instrues? nullæ istæ excusationes sunt: Meus amicus est. sit b patriæ priùs. Meus cognatus. an potest cognatio ulla propior esse quàm patriæ, in qua parentes etiam continentur? Mihi pecuniam attribuit. cupio videre, qui id audeat dicere. Quid autem agatur, cùm aperuero, facile erit statuere, quam sententiam dicatis, aut c quam sequamini.

P. R. y *alii* excors: qui. 6 z impius est *Lamb.* a exercitum *MS.* b patria *Lamb.* c quam *deest in edd. vett.*

III. AGITUR, utrùm M. Antonio facultas detur opprimendæ reipublicæ, [6] cædis faciendæ bonorum, diripiendæ urbis, agrorum [7] suis latronibus condonandi, populum Romanum servitute opprimendi: an horum nihil facere ei liceat. [8] dubitate quid agatis. At non cadunt hæc

6. *Cædis facienda, bonorum diripiendorum, urbis, agrorum suis latronibus condonandi, populi R. servitute opprimendi, an harum ei facere nihil liceat.*] Hic propter rasuram, quæ in antiquo libro est in eo loco, ubi deberet esse *diripiendorum*, non possumus pro certo divinare, quid in eo prius scriptum fuisset. excepto quod dictionem *urbis* defuisse ei credimus. cetera vero omnia ut in vulgata fuisse & pro *populi R.* in eo scriptum est *populum Romanum*. Nos ergo, mutato tantum *diripiendorum*, *urbis*, in *diripienda urbis*, cetera retinentes ita distinguimus: *Cædis facienda bonorum, diripienda urbis, agrorum suis latronibus condonandi, populum Romanum servitute opprimendi; an horum nihil facere ei liceat.* Faërnus.

7. *Suis latronibus condonandi.*] *Condonandorum*, pro *condonandi*, quidam reposuerunt. ego, *condonandi*, cùm omnium librorum, tum locupletissimorum auctorum, qui ita locuti sunt, auctoritate defendo, ut Livius, *Vestri adhortandi causâ.* & Plaut. in Capt. *Nominandi istorum tibi erit magis quàm edundi copia.* est etiam apud scriptorem nescio quem *deripiendi pomorum.* Ferrarius.

8. *Dubitate quid agatis.*] Sic Lang. *dubitate quid agatis.* nonnulli, *dubitatis quid agat scilicet. Quid agatur. s.* alii. *Dubitate* alii tantummodo. ego, *dubitatis?* emendo: ut sit quemadmodum illud Plautinum, *Post argumentum hujus eloquar tragœdia. quid contraxistis frontem?* Et pro Mil. *Sed ita, si P. Clodius revixerit. quid vultu extimuistis?* Et in VI. Phil. *Redeo ad amores deliciasque vestras L. Antonium, qui vos omnes in fidem suam recepit. negatis?* M. Tullius cum, quid ageretur aperuisset, atque de gestu intellexisset, senatui orationem suam fidem non fecisse, nec sustulisse dubitationem, tum addidit, *Dubitatis? An non cadunt hæc* in

7 hæc in Antonium. Hoc ne Cotyla quidem dicere auderet. quid enim in eum non cadit? qui, [d] cujus acta se defendere dicit, [e] ejus eas leges pervertit, quas maximè laudare poteramus. Ille paludes siccare voluit: hic omnem Italiam moderato homini, L. Antonio, dividendam dedit. Quid? hanc legem populus Romanus accepit? quid? per auspicia [f] ferre potuit? Sed augur verecundus sine collegis de [g] auspiciis. quamquam illa auspicia non egent interpretatione [h] augurum. Jove enim tonante cum populo [i] agi non esse fas quis ignorat? Tribuni plebis tulerunt de provinciis contra acta Cæsaris, ille [k] biennii, iste sexennii. num etiam hanc legem populus Romanus accepit? quid? promulgata fuit? quid? nonne antè lata quàm scripta? [9] nonnè antè factum vidimus quàm futurum quisquam est suspicatus?

8 Ubi lex Cæcilia & Didia? ubi promulgatio trinundinum? [10] ubi pœnæ recenti lege Junia & Licinia? possunt-

d cum *edd. vett.* cum Cæsaris *alii.*
e ejus leges *alii.*
f ferri *Grav.*
g auspiciis non interpretatur *edd. vett.*
h augurum *delet Grav.*
i *alii* R. agi.
P. CXCVI.
k biennium, iste, sexennium *Grav.*

in Antonium? hi vero, qui omnia glossis referciunt, cum hunc locum interpretarentur, sub eo cetera illa verba subscripserunt, quæ postea a librariis imperitis in libris reposita per omnes ferme permanarunt. *Ferrarius. Dubitatis, an non cadunt hæc in Antonium?*] Vulgatam lectionem, quam Ferrarius sustulit, continet antiquus liber in hunc modum; *dubitate quid agatis.* & eo amplius, pro eo quod statim sequitur, *an non cadunt?* ipse habet, *at non cadunt, &c.* quæ verba inducit Cicero sub persona faventis Antonio. ad quæ ipse respondet, *hoc ne Cotyla quidem dicere auderet.* & paulo post cum dictione *eas,* quæ in aliis libris intercidit, habet, *ejus eas leges pervertit.* & infra, pro *ferre potuit*, *ferri potuit.* & altero versu, ubi est, *non egent interpretatione augurum*, non habet dictionem *augurum.* & deinde post pauca, *ille biennium, hic sexennium*, ut subaudiri debeat, obtinendi, vel aliquid hujusmodi. & post duos versus, *non ante factum vidimus, quam futurum quisquam est suspicatus.* non ut in vulgatis *factam, & futuram*, Faërnus. *Dubitate quid agatis. An non cadunt hæc in Antonium?*] Alii, *Dubitatis? an non cadunt hæc in Antonium?* Sed, si quis dubitet, quin id, quod nos edidimus, melius sit, ei ut placeam non laboro. *Muretus.*

9 *Nonne ante factam videmus quàm futuram.*] Num leges factæ dicuntur Latinis, aut futuræ? Recte meus optimus codex, ut & Coloniensis: *non ante factum videmus quàm futurum quisquam est suspicatus.* Sic etiam ex Vaticano ante me restituerunt, quos sæpe laudo, illi ipsi quatuorviri. Hæc fœda menda non debebat tolerari a Grutero. *Grævius.*

10. *Ubi pœnæ recenti lege Junia & Licinia?*] Non fecissem hujus loci mentionem, nisi vidissem quosdam in suis libris reposuisse, *Ubi pene recentes lex Junia & Licinia?* qui, præterquam quod

funtne hæ leges ratæ esse sine interitu legum reliquarum?
11 Eccui potestas in forum introeundi fuit? quæ porrò illa tonitrua? quæ tempestas? [l] ut, si auspicia M. Antonium non moverent, sustinere tamen eum [m] ac ferre potuisse tantam vim tempestatis, imbris ac turbinum, mirum

l aut *edd. vett.*
m aut ferre non *edd. vett.*

quod a scriptura lib. omnium recedunt, præterea vel maxime in eo peccant, quòd legem Juniam & Liciniam duas leges fuisse crediderunt. quod falsum est: atque ut id planum faciamus, Cic. 11. lib. ep. ad Attic. *Qui legem Æliam, qui Juniam & Liciniam, qui Cæciliam & Didiam neglexerunt.* Et IV. *Nunc ad ea, quæ quæris de Catone. Lege Junia & Licinia scis absolutum.* Et contra Vat. *Postularusne sis lege Junia & Licinia.* etsi ibi mendum librarii: est enim scriptum *Julia.* fuit autem, opinor, lata hæc lex a L. Licinio Mur. & D. Junio Silano, qui post Ciceronem Consules fuerunt: & propterea recentem appellavit. confirmabat autem, ut arbitror, aliam quandam legem ante latam: & hoc amplius erat diligentissime sancta, pœnasque maximas constituebat in eos, qui ei non obtemperassent. Et quoniam de Lege Junia agitur, opem feramus Asconio. cujus verba infra scripsi: *De legibus Juniis puto vos reminisci, has esse leges Junias, quas illis Consulibus M. Livius Drusus, Tribunus plebis, tulerit: qui cum Senatûs partes tuendas suscepisse, & leges pro optimatibus tulisset, postea eâ licentiâ est progressus, ut nullum in his morem servaret. Itaque Philippus Cos. qui ei inimicus erat, obtinuit a Senatu, ut leges ejus omnes uno S. C. tollerentur.* Hactenus Asconius. Sic autem scribendum est, *De legibus Liviis puto vos reminisci, has esse leges Livias, quas illis Consulibus, M. Livius Drusus, &c.* Idem fere mendum in 11. lib. de Leg. *Igitur tu Sejas & Apuleias leges nullas putas? Cic. Ego vero ne Lenias quidem.* & alio loco, *Ut Lenias consilio Philippi Consulis & Auguris.* Quibus in locis quin *Livias* sit emendandum nemo dubitabit, nisi qui plane erit in rebus veteribus tyro atque peregrinus, latoremque harum legum M. Livium Drusum appellatum esse non cognoverit. *Ferrar.* Hanc legem tulerunt D. Junius Silanus, L. Licinius Murena Coss. ab V. C. DCXC. Hac lege graviores pœnæ sunt sancitæ in illos, qui trinundinum in promulgatione legum non observabant quàm aliæ leges imposuerant. Vide & de lege Cæcilia & Didia, & de Junia & Licinia P. Manut. de Legibus Romanis capite 17. *Grævius.*

11. *Eccui potestas in forum introeundi fuit?*] Antiquus liber, pro *introeundi*, *insinuandi*, & sequenti versu, eum locum, qui incipit, *ut si auspicia*, habet juxta conjecturam Ferrarii, nisi quod post *tamen* additur dictio *eum.* & post *aliqua*, addita voce *urbe*, legendum, *ut quomodo hostium aditus urbe prohibentur.* & infra, pro *ferre placet*, *ferri placet.* Faërnus. *In forum insinuandi.*] Alii, *introeundi:* quod non improbo. Sed veteris libri scripturam exprimere volui. *Muretus.* Miror & hic frugibus malle pasci Gruterum, cum jam Vaticani libri scripturam non recepissent tantum ii, quos toties nomino, sed & explicasset eleganter Manutius, *Grævius.*

rum videretur. Quam legem igitur se augur dicit tulisse, non modò tonante Jove, sed propè cælesti clamore prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam confiteri?
9 Quid? quòd cum eo collega tulit, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur arbitratus est pertinere?

IV. SED AUSPICIORUM nos fortasse erimus interpretes, qui sumus ejus collegæ. [12] num ergo etiam armorum interpretes quærimus? Primùm omnes fori aditus ita septi sunt, ut etiam si nemo obstaret armatus, tamen, nisi septis revulsis, introiri in forum nullo modo posset. sic verò erant disposita præsidia, [13] ut quomodo aditus hostium prohibetur castellis & operibus, ita ab ingressione fori populum tribunosque plebis propulsari videres.

10 Quibus de causis eas leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, omnes censeo per vim & contra auspicia n latas, iisque legibus [14] populum o non teneri. Si quam legem de actis Cæsaris confirmandis, deve dictatura in perpetuum tollenda, deve p coloniis in q agros deducendis, tulisse M. Antonius dicitur; easdem leges de integro, ut po-

n esse latas *Lamb.*
o Rom. non *edd. vett.*
p colonis *MSS.*
q agrum *MS.*

12. *Num ergo etiam armorum interpretes.*] *Ergo* in l. v. non reperitur. *Ferrarius. Num etiam armorum interpretes erimus?*] Conjecturâ tantum ductus hoc immutavi. nam in vetere est, ut in aliis, *quærimus*. Muretus. Nec reperitur *ergo* in Franc. & Græv. codd. nec in Amsterd. in quo, pro *ergo*, legitur *&*. sed reperitur in Col. Pro *interpretes quærimus*, quod exstat in MSS. reposuit ex conjectura Muretus, approbante Lambino, *interpretes erimus.* Sed sine libris nihil immutamus. *Gravius.*

13. *Ut quomodo aditus hostium prohibetur castellis & aggeribus: ita ab ingressione fori, &c.*] Sic o. l. v. *Ut quomodo aditus hostium prohibentur, ita castellis & operibus ab ingressione, &c.* Ferrarius. *Aditus hostium prohibentur.*] Placet ut legatur, *aditu hostes prohibentur*, & ita habet vetus liber. *F. Ursinus. Ut quomodo hostium aditus prohibentur castellis & operibus, ita &c.*] Sic Pal. quoque sec. nisi quod is *a castellis.* mss. Ferrarii habent, *ut quom. host. ad. proh. ita castellis &c. operibus ab ing. &c.* at Manutius & Lambinus exhibent nobis: *aditus urbe prohibentur, ita castellis &c.* Grut. Optime hunc locum, in editionibus etiam recentissimis vitiatum, ex Vaticano correxit Faërnus & Muretus, approbante P. Manutio & Lambino. *Gravius.*

14. *Populum Rom. non teneri.*] *Romanum* ab o. l. v. abest, quod probo. sic pro Domo sua, *Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam lata essent, populum non teneri.* & in XII. Phil. *Hisque nec populum, nec plebem teneri.* Quid multa? in hoc, opinor, varia consuetudo non est. *Ferrarius.*

15. *An-*

populum teneant, salvis auspiciis ferre placet. Quamvis [r] ergo leges bonas vitiosè per vimque tulerit: tamen hæ leges non sunt habendæ; omnisque audacia gladiatoris amentis [15] auctoritate nostra repudianda est.

Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per [f] quam septies millies falsis perscriptionibus donationibusque [t] avertit: ut portenti simile videatur, tantam pecuniam populi Romani tam brevi tempore perire potuisse. Quid? illi immanes quæstus, ferendine, quos M. Antonii tota exhausit domus? decreta falsa vendebat. regna, civitates, immunitates, in æs, acceptâ pecuniâ, jubebat incidi. hæc se ex commentariis [v] Cæsaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat. [x] calebant in interiore ædium parte totius reipublicæ nundinæ: mulier, sibi felicior quàm [y] viris, auctionem provinciarum regnorumque faciebat: restituebantur exsules, quasi lege, sine lege: quæ nisi auctoritate senatûs [z] rescinduntur, quoniam ingressi in spem reipublicæ [a] recuperandæ sumus, imago nulla liberæ civitatis relinquetur. 11

Neque solùm commentariis commenticiis chirographisque venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, cùm, quæ vendebat Antonius, ea se ex actis Cæsaris agere diceret: sed senatûs etiam consulta, pecuniâ acceptâ, falsa referebat: syngraphæ obsignabantur: senatusconsulta, [b] numquam facta, tamquam facta ad ærarium referebantur. Hujus turpitudinis testes erant etiam exteræ nationes. Fœdera intereà facta: regna data: populi provinciæque liberatæ: [c] earumque rerum falsæ tabulæ, gemente populo Romano, toto Capitolio figebantur. [16] quibus rebus tanta pecunia una in domo [d] coacervata est, ut, si hoc genus [e] in unum redigatur, non sit pecunia populo Romano defutura. 12

V. [f] IS LEGEM etiam judiciariam tulit, homo castus atque integer: judiciorum & juris auctor. in quo [g] nos fefellit. Antesignanos, & manipulares, & Alaudas, ju-

r enim res bonas *Grav.*
f quàm sestertium sept. *Grut.* & *alii.* P. B.
t vertit *edd. vett.*
v Cæsaris *deest in MSS.*
x calebant *deest in MSS.*
y *edd. vett.* vir *alii* viro.
z rescindantur *edd. vett.*
a reciper. *alii.*
b numq. facta *deest in multis edd.*
c earum rer. *edd. vett.*
d exacerv. *MS.*
e pene in *MS.*
f Is *non est in multis edd.*
g vos *edd. vett.*

15. *Auctoritate nostra repudianda est.*] Manuscriptus liber habet, *repudenda*, pro *repudianda*, ut videatur legendum *retundenda.* Ursin.

16. *Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacervata est, ut si hoc genus pene in unum redigatur, non sit pecunia populo Romano defutura.*] Ita legitur hic locus in Vaticano. Faërnus omisit vocem, *pene*, quæ corrupta omnino est, sed ita corrupta, ut restitui aliquo modo possit, si mutetur vel in *pecunia*, vel *penu*, vel in aliud verbum simile, ex quo sensus aliquis elici possit. *Idem.*

17. Cy-

judices se constituisse dicebat. at ille legit aleatores, legit exsules, legit Græcos. O [h] consessum judicum præclarum! ô dignitatem consilii admirandam! [i] avet animus
13 apud consilium illud pro reo dicere. [17] Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audacissimum & perditissimum. sed [k] fac ita non esse, num Latinè scit? [18] num est ex judicum genere & [l] forma? num leges nostras moresve novit? num denique homines? est enim Creta vobis notior quàm Roma Cydæ. [m] Delectus autem & notatio judicum etiam in nostris civibus haberi solet. Gortynium verò judicem quis novit, aut quis nosse potuit? Nam Lysiadem Atheniensem plerique novimus. est enim Phædri, philosophi [n] nobilis, filius: homo [o] prætereà festivus, ut ei cum M'. Curio, consessore eodem & collusore, facillimè possit convenire.

Quæro igitur, si Lysiades citatus judex non responde-
14 rit, excuseturque Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res judicare: accipietne excusationem is, qui quæstioni præerit, Græculi judicis, modò palliati, modò togati? An Atheniensium antiquissimas leges negliget? Qui porrò ille consessus, dii boni? Cretensis judex, isque nequissimus. [19] quem ad hunc reus

h consensum *MSS. & alii.*
i pavet *edd. vett.*
P. CXCVII.
k fac non *Grav. & alii.*
l fortuna *MSS.*
m Dilectus *alii.*
n nob. *deest in MS.*
o quo nemo præt. magis fest. *MS.*

17. *Cydam Cretensem.*] In argenteo apud me numismate M. Antonii, quod Cretæ cusum fuit, inscriptum est. ΚΥΔΑΣ ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ. ΚΡΗΤΑΙΕΩΝ. *Ursin.*

18. *Num ex judicum genere & forma.*] *Num est ex judicium* o. l. v. nonnulli, pro *forma*, *fortuna* habent, ut illud, *In judice enim spectari & fortuna debet & dignitas.* ego tamen ceteris assentior. *Ferrarius. Num ex judicum genere & forma? num leges nostras moresve novit?*] Hæc quæ subjiciemus addenda: post prius quidem *num*, verbum *est*: post posterius vero hæ tres dictiones, *quod maximum est*. Faërnus. *Num, quod caput est, leges nostras moresve novit?*] Lege, ut in vetere libro, *quod maximum est*. Sed hoc quoque ab aliis omnibus omissum erat. *Muret.* *Num leges nostras &c.*] Lamb. & Manut. *num quod maximum est, leges.* malim quod iidem habent ad oram: *num quod caput est, leges.* scripti tamen nostri nihil horum agnoscunt. *Grut.* Amsterodam. qui est recentissimus eorum, quos consulo, *etiam fortuna.* Sed ceteri *forma.* Dictum fere ut illud III de Offic *Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas quæ sit in ea species, forma & notio viri boni.* Vides autem, *quod maximum est*, haustum esse ex Vaticano, & merito probatum Lambino & Manutio, male neglectum a posterioribus editoribus. *Grav.*

19. *Quem ad hunc reus alleget.*] Sic & Pal. sec. & Mauric. nam vulgata, *quemadmodum ad hunc.* at Pal. pr. *quomodo ad hunc reus alleget? quemadmodum ad hunc accedat?* Gruter.

20. *Esse*

lleget? quomodo accedat? dura natio est. At Athe-
:s misericordes. puto ne Curium quidem esse cru-
ı, qui quotidie periculum fortunæ faciat. Sunt item
udices, qui fortasse excusabuntur. habent enim le-
am excusationem, exsilii causâ solum vertisse, nec
ɪosteà restitutos. Hos ille demens judices legisset: 15
a nomina ad ærarium detulisset: his magnam par-
eipublicæ credidisset, si ullam speciem reipublicæ
ıvisset?

ATQUE EGO de notis judicibus dixi. quos mi-
ɔstis nolui nominare: saltatores, citharistas, totum
ue p comissationis Antonianæ chorum, in tertiam
iam judicum scitote [20] esse* conjectum. q hæc cau-
ır lex tam egregia tamque præclara maximo im-
empestate, ventis, procellis, turbinibus, inter ful-
& tonitrua ferretur, ut eos judices haberemus,
ɔs socios ad epulas hospites habere nemo velit. r sce-
magnitudo, conscientia maleficiorum, direptio
ecuniæ, cujus ratio in æde Opis confecta est, hanc
n decuriam excogitavit: nec antè turpes judices
siti quàm honestis t judicibus nocentium salus despe-
st.

Sed illud os, illam impuritatem cœni fecisse, ut hos 16
ju-

p *alii* comess.
q ex causa *Lamb.* P. B.
r sed rer. magn. *MS.*
s exquisiti *MS.*
t judiciis *MSS.*

Esse conjectum.] Conjecit istud Victorius lib. x. Var. Lect. prius enim *collectum.* neque aliter mss. *Grut.*

Quos socios ad epulas hospites habere nemo velit.] Invenitur hæc in omnibus nostris mss. item Ferrarianis. indicat tamen nus Vaticanum exemplar detrahere illud *socios ad epulas*; inclementissimè invehitur in optimum Victorium, qui ɛxix. cap. ii. conjecerat *hostes habere.* quin proculdubio n hanc scripturam invenerat in libris scriptis. *Idem.*

Sed illud os, illam impuritatem.] Sic L. Lang. Sc. & alii lli, *Sed illud os, illam impunitatem ceni fecissent.* nonnulli i, *cerni.* alii, pro *sed*, *set.* pro *fecissent*, *fecisset.* alii nihil ɔ dissentiunt ab impressis: ut ita fortasse corrigendum sit, l *os illa impuritate fecisset, ut, &c.* Ut hæc sit horum ver-sententia: Quod excogitavit hanc tertiam decuriam, sce-nagnitudini assignandum est: ut auderet, neque puderet, xcogitarat, efficere, fecit immanis impudentia. *Ferrar.*

d os,] Hic locus, in omnibus aliis libris mendosus atque o notatus, in antiquo bene habet, optimo quidem sensu ue clarissimis, in hunc modum: *Sed illud os, illam impu-cani fuisse, ut hos judices legere auderet.* admiratur cum in-one Cicero tam impudentem Antonium, tam impurum ut tam improbos homines judices legere auderet. *Faërn.*

Il-

v elect. MS. judices legere auderet! quorum v lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus: unum, quòd tam turpes judices essent: alterum, quòd patefactum esset, quàm
x ego *alii*. multos in civitate turpes haberemus. Hanc x ergo & reliquas ejusmodi leges, etiam si sine vi, salvis auspiciis,
y non abrog. *Grut*. essent rogatæ, censerem tamen abrogandas. nunc verò cur y abrogandas censeam, quas judico non z rogatas?
17 An illa non gravissimis ignominiis monumentisque hu-
z rogitatas. *MSS*. jus ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda, quòd unus M. Antonius in hac urbe post conditam urbem palàm secum habuit armatos? quod neque reges fecerunt, neque ii, qui, regibus exactis, regnum occupare voluerunt. Cinnam memini: vidi Sullam: modò Cæsarem.
a poterunt *edd. vett*. hi enim tres post civitatem à L. Bruto liberatam plus a potuerunt quàm universa respublica. non possum affir-
b ullis *MS*. mare, b nullis telis eos stipatos fuisse: hoc dico, nec
18 c multis & occultis. At hanc pestem agmen armatorum
c in mult. *Muret*. sequebatur: Classitius, Mustela, Tiro, gladios ostentan-
d sui *deest in MS*. tes, d sui similes greges ducebant per forum: certum agminis locum tenebant barbari sagittarii. cùm autem erat ventum ad ædem Concordiæ, gradus complebantur,
e quod illi *alii*. lecticæ collocabantur: non e quò ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent.

VII. [23] ILLUD VERÒ tæterrimum non modò auditu, sed etiam adspectu, in cella Concordiæ collocari arma-

Illam impuritatem cæni fuisse.] Ita plane legendum, ut est in optimo omnium libro, & in iis præterea, qui ab Andrea Navagerio V. C. emendati circumferuntur. *Muretus*. *Sed illud es, illam impuritatem cæni fecisse, ut.*] Hæc est scriptura librorum olim excusorum atque msf. nam Manut. & Lamb. *fuisse*. Pal. pr. loco *cæni*, habet lacunulam. secund. vero ita scriptus est, ut præferat omnino CCIII. & videndum acutioribus. numne hic numerus judicum latere possit. *Gruter*. Si vidisset Muretum & Faërnum Gruterus, hæc ut multa alia in his Philippicis non scripsisset. In contextu Mureti male contra Mureti mentem expresserunt *fecisse*. Grævius.

23. *Illud vero teterrimum auditu non modo aspectu.*] Antiquus liber, *Illud vero teterrimum, non modo auditu, sed etiam aspectu*; & sequenti versu, pro *e templo*, *de templo*. & post pauca, pro *referebatur*, *referebat*. & post duos versus, pro *quam pericula minaque postulabant*, *quam periculi mina postulabant*. & ubi est *triginta diebus ante me*, dictio *me* delenda. itemque versu sequenti, pro *in Senatu jussit ad* XIII. legendum *in Senatum*, & dictio *ad* tollenda. & statim pro *decem & septem dies*, *septemdecim diebus*. Faërnus.

24. E

matos, latrones, sicarios: [24] de templo carcerem fieri: P. cxcviii. [25] opertis valvis Concordiæ, cùm inter subsellia senatûs versarentur latrones, patres conscriptos sententias dicere. Huc etiam nisi venirem Kalend. Septemb. fabros se missurum & domum meam disturbaturum esse dixit. 19 Magna res, credo, agebatur. de supplicatione [f] referebat. Veni postridie: ipse non venit. locutus sum de republica, minùs equidem liberè quàm mea consuetudo; liberiùs tamen quàm [g] periculi minæ postulabant. At ille homo vehemens & violentus, qui hanc consuetudinem liberè dicendi excluderet (fecerat enim hoc idem maxima cum laude L. Piso xxx. diebus ante me) inimicitias mihi denuntiavit: adesse in senatu jussit [h] a. d. XIII. Kalend. Octob. ipse interea decem & septem dies ([26] ut digestio po-

f *Grut.* referebatur.
g pericula minæque *Grut.*
h *alii* ad. *alii* a. d. *delent.*

24. *E templo.*] Recte Vaticanus, probantibus viris doctis, *de templo.* Sic enim loquebantur veteres. *De rege captivus*, Justinus. *De Rhetore Consul*, Juven. *Grav.*

25. *Apertis valvis Concordiæ.*] *Opertis*, o. l. v. & recte. Idem in II. Phil. *Cur valvæ Concordiæ non patent? Operire domum* Catullus, *ostium* Terentius, *portam* Varro dixit. *Ferrarius. Opertis valvis Concordiæ.*] Sic Faërnus edidit: sic habent plerique libri vulgati, & nostri scripti manu: Muretus autem, nisi typographi sit erratum, *apertis valvis.* sed hæc lectio ferri non potest. pugnat enim cum iis, quæ dicta sunt Philipp. III. *cur valvæ Concordiæ non patent?* Lambinus.

26. *Ut digestio potius quàm declamatio videretur.*] Sunt aliquot menses, cum in hac opinione sum, membrum hoc esse subditicium: nam id vocabulum *digestio* mihi barbarum quiddam olere videbatur: & insequentia verba, *sitim quærens* scilicet, totum hoc supervacaneum, atque adeo sui glossema esse clamitabant: constantia tamen librorum, qui omnes ad unum refragabantur opinioni meæ, vehementer me movebat. Itaque, ne in arrogantiam offenderem, silentio præterire constitueram. Ecce autem cum ego & Ubaldinus, quem honoris causâ nomino, quædam inter nos ex eadem oratione conferremus, atque huc incidissemus, & is locum (ut ita dicam) expunctum animadvertisset: Utrum, inquit, auctoritate librorum, an opinione ductus id facis? Opinione, inquam, & ob eam causam in emendationum numerum non retuli. Fidenter, inquit, adscribe. sine dubio glossema est: easdemque rationes, quas ego dudum, cur ita censeret, attulit. Tum ego locum illum profero, *Ut digerat multa cruda facilius.* Illa quoque glossa est, quæ tamen ab o. l. s. absit. Quod cum scirem, ad hunc, quo de agimus, locum multis annis ante notam, inquit, apposueram. Quo audito omnis mihi est præcisa dubitatio. Habes & meum & præstantissimi viri judicium. Limatulum tu quoque illud tuum adhibebis, atque ea tolles ex libris, si idem tibi videbitur. *Ferrar. Ut digestio potius quàm*

potius quàm declamatio videretur) de me in Tiburti Scipionis [i] declamitavit, sitim quærens. hæc enim causa esse declamandi solet.

i declamavit *MS.*

20 Cùm is dies, quo me adesse jusserat, venisset, tu verò agmine quadrato in ædem Concordiæ venit atq in me absentem orationem ore impurissimo evomuit. q die, si per amicos mihi cupienti in senatum venire lict set, cædis initium fecisset à me. sic enim statuerat. cū autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei fine cædendi, nisi defatigatio & satietas, attulisset. eten aderat L. frater, gladiator Asiaticus, qui [k] mirmillo M lasis depugnarat: sanguinem nostrum sitiebat, [l] suum illa gladiatoria pugna multum profuderat. hic pecu [m] nostras æstimabat: possessiones notabat & urbana rusticas: hujus mendicitas, [n] aviditate conjuncta, in tunas [o] nostras imminebat: dividebat agros quibus quos volebat: nullus aditus erat privato, nulla æquit deprecatio. tantum quisque habebat possessor, quant

k *alii* Myrmillo.
l suum illa *MSS.*
m vestras *MS.*
n aviditati *Muret. & alii.*
o vestras *MS.*

P. B.

21 reliquerat divisor Antonius. Quæ quamquam, si leges ritas feceritis, rata esse non possunt, tamen separat suo nomine notanda censeo; judicandumque, nul septemviros fuisse: nihil placere ratum esse, [p] quod ab actum diceretur.

p quod ii egissent aut quod *edd. vett.*

VIII. M. verò Antonium quis est, qui civem po judicare potiùs quàm tæterrimum & crudelissimum h stem, qui pro æde Castoris sedens, audiente populo R mano, dixerit, [27] nisi victorem, victurum neminem? nu [q] putatis, patres conscripti, dixisse eum minaciùs qu facturum [r] fuisse? Quid verò, quòd in concione dic ausus est, se, cùm magistratu abisset, ad urbem [s] ven rum cum exercitu? introiturum, quotiescumque vell q

q puteris *alii.*
r fuisse *glossa videtur Grut.*
s futurum *Lamb. & alii.*

quam declamatio videretur.] Hæc verba, quæ ex conjectura jam stulerat ex sua editione Ferrarius, ne in libro quidem antiq sunt. *Faërnus.* (*Ut digestio potius quàm declamatio videretur.*)] T tum istud abjecere Manut. & Lamb. suasu Ferrarii, qui tam fatetur exstare in suis omnibus; idemque testor de Pall. G Præter absurditatem sententiæ, quæ Ferrario suaserat hæc ve glossas esse, codex quoque Vaticanus ea expungenda esse doc ut ejus fide fecerunt Faërn. Muret. Lamb. Manut. ut Gruter hæc rursus suæ infarsisse editioni merito miremur. *Græv.*

27. *Nisi victorem, victurum neminem.*] Ita Faërnus, & recte. test etiam ferri Aut Augustini lectio, quam antiquo libro ac tus ex conjectura restituit, *nisi qui vinceret victurum nemin* Ursin.

quid erat aliud, nisi denuntiare populo Romano servitu-
tem? Quod autem ejus iter Brundisium? quæ festinatio? 22
quæ spes, nisi ut ad urbem [t] vel in urbem [v] potius ex- t vel in
rcitum maximum adduceret? qui autem dilectus cen- urb. *deest*
urionum? quæ effrenatio impotentis animi? Cùm ejus *in edd. vett.*
romissis legiones fortissimæ reclamassent, domum ad se v ocyus
enire jussit centuriones, quos bene de republica sentire *alii.*
ognoverat: eosque ante pedes suos uxorisque suæ,
am secum gravis imperator ad exercitum duxerat, ju-
lari coëgit. Quo animo hunc futurum [x] fuisse censetis x fuisse
nos, quos oderat, cùm in eos, quos numquam vide- *deest in aliis.*
[illegible], tam crudelis fuisset? & quàm avidum in pecuniis
upletum, qui pauperum sanguinem concupisset? quo-
[illegible] ipsorum bona, quantacunque erant, statim comiti-
[illegible] suis compotoribusque descripsit.
Atque ille furens infesta jam patriæ signa Brundisio in- 23
[illegible]ebat: cùm [y] C. Cæsar deorum immortalium beneficio, y *alii non*
[illegible]ini animi, ingenii, consilii magnitudine, [28] quam- *habent* C.
[illegible]m sua sponte eximiaque virtute, tamen approbatio-
[illegible] auctoritatis meæ, colonias [z] patris adiit: veteranos P. CXCIX.
[illegible]ites convocavit: paucis diebus exercitum [a] fecit: in- z patrias
[illegible]tos latronis impetus retardavit. Posteà verò, quàm *alii multi.*
[illegible]io Martia ducem præstantissimum vidit, nihil egit a confecit
[illegible]d, nisi, ut aliquando liberi essemus: quam est imita- *Lamb.*
[illegible] quarta legio.
IX. QUO ILLE nuntio audito, cùm senatum vocas-
[illegible] adhibuissetque consularem, qui suâ sententiâ C. Cæ-
[illegible]em hostem judicaret, repentè concidit. Pòst autem 24
[illegible]que sacrificiis sollemnibus factis, neque votis nuncupa-
[illegible], [b] non profectus est, [c] sed profugit paludatus. At quò? b non *deest*
[illegible] provinciam firmissimorum & fortissimorum civium: *in edd. vett.*
[illegible]i illum, ne si ita quidem venisset, ut nullum bellum c sed *etiam*
[illegible]erret, ferre potuissent: impotentem, [d] iracundum, *deest.*
[illegible]tumeliosum, superbum, semper poscentem, semper d semper
[illegible]ientem, semper ebrium. At ille, cujus ne pacatam irac. *MS.*
qui-

[illegible]8. *Cùm sua sponte eximiaque virtute, tum approbatione auctoritatis* [illegible] *colonias patris adiit.*] In antiquo libro est, pro *cum*, *quam*[illegible]*m*: pro *tum*, *tamen*: pro *patris*, *patrias*. & post multa, *cir*[illegible]*sedit Mutinam*, antiq. liber, *circumsede*; nos *circumsedet*, in [illegible]senti. & paullò post, ubi est *moliatur*, disjunctiva delenda. [illegible] ibi prope, pro *iter Antonii*, *iter Antoniorum*. Faërn. *Quam*[illegible]*m &c. tamen.*] Est sic quoque in Pal. sec. non ut in olim pu[illegible]catis, *cum &c. tamen*. Grut.

quidem nequitiam quisquam ferre posset, bellum intulit provinciæ Galliæ: [e] circumsedit Mutinam, firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam: oppugnat D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, civem non sibi, sed nobis & reipublicæ natum.

Ergo [f] Hannibal hostis, civis Antonius? quid ille fecit hostiliter, [29] quod hic non aut fecerit, aut faciat, [g] moliatur & cogitet? Totum iter [h] Antonii quid habuit, nisi depopulationes, vastationes, cædes, rapinas? [i] quas non faciebat Hannibal, quia multa [30] ad usum reservabat. [31] at [k] hi, qui in horam viverent, non modò de fortunis & de bonis civium, sed ne de utilitate quidem sua cogitaverunt. Ad hunc (dii boni!) legatos mitti placet? norunt isti homines formam reipublicæ, jura belli, exempla majorum? cogitant, quid populi Romani majestas, quid

e circumsedet *edd. quad.*
f Annib. *alii.*
g aut mol. *alii.*
h Antoniorum *alii.*
i quæ *alii.*
k hæc *Lamb. & alii.*

29. *Quod hic aut non fecerit, aut non faciat.*] Sic o. l. v. *Quod hic aut non fecerit, aut faciat, aut moliatur & cogitet.* ut idem locutus est in Phil. IV. *Ut non aut ii sint impii, qui contra Consules exercitum comparaverunt: aut ille hostis, contra quem jure arma sumpta sunt.* & II. lib. de Invent. *Cum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur: quod non aut is agit, quem oportet: aut cum eo, qui cum oportet: aut apud quos, qua lege, qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet:* Translativa constitutio appellatur. libros v. probo. *Ferrarius.* Hic locus etiam recte constitutus est ex Vaticano.

30. *Ad usum suum retinebat.*] Tò *suum*, quod omnes mei MSS. & veteres editiones ignorant, in Vaticano natum est ex præcedentis vocis *usum* repetitione, & sciolorum inconsulta correctione, qui nesciebant *ad usum* & *in usum* Latinis significare, unde viveret & se sustentaret cum exercitu. Cicero XIV. ad Attic. epist. II. *De Cicerone quæ scribis, jucunda mihi sunt: velim sint prospera. Quod vero curæ tibi est, ut ei suppeditetur in usum & cultum copiose, per mihi gratum est.* Horat. II. Od. II. *Nec trepides in usum poscentis ævi pauca.* Antiquus interpres epistolæ ad Philippenses IV. 16. hæc D. Paulli, Ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε, recte & eleganter vertit: *Semel & bis in usum mihi misistis*, pro quo Erasmus non tam Latine, *quod opus erat mihi misistis.* Græv.

31. *Hac ii, qui in horam vivunt, &c.*] Sic l. v. *Hac ii, qui in horam viverent, non modo de fortunis & bonis civium, sed ne de utilitate quidem sua cogitaverunt.* Quidam, pro *hac*, *at* reposuerunt. Quod minime displicet: etsi omnes libri contra faciant. *Ferrar.* *Quæ non faciebat Hannibal, quia multa ad usum reservabat, hac ii, qui in horam viverent.*] Pro *quæ* antiq. lib. habet *quas:* & post *ad usum* addit dictionem *suum.* particulam vero *ii* non habet, sed tantum vocem *hac*, pro qua aliqui legunt *at hi:* mutuantes (ut credo) *at*, a fine præcedentis dictionis, quorum sententiæ accedimus. *Faernus.*

32. Le-

quid senatûs severitas postulet? [32] Legatos decernis: si l deprecut l depreceris, contemnet: si ut imperes, non audiet: denique quamvis severa legatis mandata dederimus, nomen ipsum legatorum, hunc, quem videmus, populi Romani restinguet ardorem: municipiorum atque Italiæ franget animos. ut omittam hæc, quæ magna sunt: m certè ista legatio moram & tarditatem afferet bello. Quam- 26
vis dicant, n quod quosdam audio dicturos: Legati proficiscantur: bellum nihilominùs paretur: tamen legatorum nomen ipsum & animos o molliet, & belli celeritatem morabitur.

l deprecemur *alii.* P. B.

m certè *deest in edd. vett.*

n & quosd. *edd. vett.*

o hominum & belli *MS. & Mures.*

X. MINIMIS momentis, patres conscripti, maximæ inclinationes temporum fiunt, cùm in omni casu reipublicæ, tum in bello, & maximè civili: quod opinione plerumque & famâ gubernatur. Nemo quæret, quibuscum mandatis legatos miserimus: nomen ipsum legationis ultrò missæ timoris esse p signum videbitur. Recedat à Mutina, desinat oppugnare Brutum, decedat ex Gallia: non est verbis rogandus, cogendus est armis. Non 27
enim ad Hannibalem mittimus, ut à Sagunto recedat, ad quem miserat olim senatus [33] P. Valerium Flaccum &

p signum *deest in MS.*

32. *Legatos decernitis. si ut deprecentur, contemnet: si ut imperetis non audiet.*] Hæc verba in secunda persona legenda sunt, *decernis, depreceris, imperes.* & paulo post pro *hunc quem vidimus, hunc quem videmus.* & post aliqua, pro *Pamphilum*, lego *Tampijum.* quamvis contra scriptæ lectionis fidem, ex antiquis tamen monumentis. ibidem quoque, ubi est *Valerium Flaccum*, dictio *Flaccum* scripta est per unum *c*, in quo alii libri habent *Falcum.* & altero versu, ubi est, *nostros legatos quò jubebimus ire, nisi paruerit Antonius*, antiquus lib. non habet dictionem *legatos*, quæ nec necessaria est: & pro *jubebimus, jubemus*: pro *nisi, si non* habet. & post pauca, addita dictione *hoc.* ita habet, *itane vero hoc per legatos rogandum est.* Faërnus.

33. *P. Valerium Flaccum.*] L. Lang. quocum plerique faciunt, *Falcum.* nonnulli, *Ansalcum.* nemo certe *Flaccum.* A Livio mentio fit cujusdam M. Falerii Falconis. *Falcones*, inquit Sex. Pompejus, *dicebantur, quorum pollices in pedibus intro curvati sunt in falcis similitudinem.* Apud eundem tamen Livium loco supra citato *Flaccum* scriptum est. Genti autem Valeriæ id quoque fuisse cognomen nemo est quin sciat. *Flaccum* igitur tueamur. *Ferrarius.*
P. Valerium Flaccum.] Reperi in Pal. sec. quod Ferrarius in suis, minime scilicet convenire cum vulgatis in cognomine hujus legati. habet is autem *Ansalcum.* ut fuerit forte, *P. Valerium A. N. Flaccum.* hoc est, *Auli Nepotem.* sed quis ille eximius? *Grut.*
Ansalcum est etiam in meo. Quod Gruterus putat *An.* esse *Auli* Ne-

q Fabium Pamphilum *alii*.

& 34 Q. q Bæbium Tampilum: qui, si Hannibal non pareret, Karthaginem ire jussi sunt. 35 nostros legatos quò ju-

Nepotem, probarem si præcessisset patris nomen. Numquam enim avorum nomina nepotum nominibus apponuntur, nisi præcesserit patris nomen, ut constat ex Fastis Capitolinis & aliis antiquis monumentis. In Franc. MS. est *Q. Valerium*, *A. Flaccum*, *& Q. Bebium Pamphilum*. In meo MS. abest Q. & scribitur *Bebium*, ut in Mureti & Faërni edd. Sed ex Livio & lapidibus Capitolinis & nummis hic locus dudum recte est constitutus. Vide Liv. XXI. cap. 6. & ibi Sigonium. *Grav.*

34. *Q. Fabium Pamphilum.*] Idem scriptor me pene induxit in errorem: idem tanquam in veritatis viam deduxit. nam cum in Lang. quid dico Lang.? imo vero in o. l. v. pro *Fabium*, *Bebium* scriptum animadvertissem, isque me tot taliumque librorum consensus, ut par erat, movisset: Livii statim, ut verum investigarem, libros in manus sumpsi: eosque ab impressis stare cum vidissem, in hanc opinionem discessi, ut pro certo ducerem, l. v. esse mendosos. postea, cum eosdem cognoscendæ rei nescio cujus gratiâ evolverem, in D C. Bebios Pamphilos incido. Nullum Fabium eodem cognomine, cum jam studiosius inquirerem, uspiam reperio. Itaque sententiam ita mutavi, ut mihi dubium non sit quin scripti mendo vacent, impressi & Livii & Ciceronis libri corrupti sint atque depravati. *Ferrarius.* Jam hæc res decisa est ex nummis argenteis, in quibus Bæbiorum cognomen *Tampilus* legitur. vide F. Ursin. in Familia Bæbia. *Grav.*

35. *Nostros legatos &c. Ad nostrum civem mittimus.*] Sic o. l. v. *nisi paruerit Antonius. Ne Imperatorem Coloniamque populi R. oppugnet, itane vero per legatos rogandus est?* Ferrar. *Ad nostrum civem mittimus.*] Alii omnes libri hoc loco mutili erant. Sed talia piget particulatim annotare: ita multa sunt. quod intelliget, quisquis hos libros cum aliis conferre voluerit. *Muretus. Nostros quò jubemus ire, si non paruerit Antonius. ad nostrum civem mittimus, ne imperatorem, ne coloniam populi Romani oppugnet.*] Ita est in Vaticano: in quo tamen vox *legatos*, quam ex aliis codicibus retinuit Faërnus, videtur necessario desiderari. *F. Ursinus. Nisi paruerit Antonius, ne Imperat. &c. oppugnet?*] Est ab omnibus mss. Ferrarii, stabilitque Pal. sec. male hactenus toleravimus, *Antonius? ad civem nostrum mittimus, ne imperatorem, &c.* quæ media huc inculcata ex iis quæ mox deinde sequentur. *Grut.* Mirum hæc expunxisse Gruterum, quæ ex Vaticano reposuerant viri docti, ut vel ex F. Ursini notis poterat cognoscere, si Faërnum & Muretum nulla videndi facultas esset, ne dicam de Lambino & Manutio, & quæ sententia omnino requirit, & elegantiora sunt quàm potuerint ab indocto aut sciolo infarciri. *Mittimus ne imperatorem oppugnet*, est mittimus legatos, qui denuncient ne imperatorem oppugnet. Nam mittere Ciceroni & optimis scriptoribus sæpe est legatos aut nuncios mittere, qui aliquid significent, mittere nunciatum. Cic. IV. ad Attic. epist. II. *Id cujusmodi sit aut nunc si scias, aut cum is Romam venerit, ad me multas velim,*

jubebimus ire, nisi paruerit Antonius, ne imperatorem, ne coloniam populi Romani oppugnet? Itane verò? hoc per legatos rogandus est? Quid interest, per deos immortales! utrùm hanc urbem oppugnet an hujus urbis propugnaculum, [r] coloniam populi Romani, præsidii causâ collocatam? Belli Punici secundi, quod contra majores nostros Hannibal gessit, causa fuit Sagunti oppugnatio. rectè ad eum legati missi. mittebantur ad Pœnum, [36] mittebantur pro Hannibalis hostibus, nostris sociis. Quid simile tandem? nos ad civem [s] mittemus, ne imperatorem populi Romani, ne exercitum, ne coloniam [t] circumsedeat, ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne sit hostis? Age, si paruerit, hoc cive uti aut volumus, aut possumus? 28

XI. ANTE DIEM XIII. Kalendas Jan. decretis vestris eum concidistis: constituistis, ut hæc ad vos Kalend. Jan. referrentur, quæ referri videtis, de honoribus & præmiis bene de republica meritorum & merentium: quorum principem [v] judicavistis eum, qui fuit, C. Cæsarem, qui M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam [x] vertit: deinde milites veteranos, qui primi Cæsarem secuti sunt; tum illas cœlestes divinasque legiones, Martiam & [y] quartam, quibus, cùm consulem suum non modò reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores & præmia spopondistis: eodemque die D. Bruti, præstantissimi civis, edicto allato atque proposito, factum ejus [z] collaudavistis: quodque ille bellum privato consilio susceperat, id vos auctoritate publica [a] comprobastis.

Quid igitur illo die aliud egistis, [37] nisi [b] ut re hostem 29
ju-

r coloniamque *alii.*
s mittimus *Grav. & multi alii.*
t circumsideat *alii.*
P. CC.
v judicastis *Grav.*
x avertit *Lamb.*
y quartam comprobastis *MS.*
z collaudastis *alii. & Grav.*
a comprobavistis *alii.*
b ut host. *Grav.*

lim. Et 14. *Capuâ litteras accepi a Q. Pedio, Cæsarem ad se misisse hoc exemplo.* Vide quæ ibi noto. Sic & ἐπιστέλλειν apud Ælianum Var. Hist. 11, 5, & 19. & Act. v. 22. & xv. 20. & ἀναποστέλλειν apud Polybium. Statim ex Vaticano Faërnus, Muretus & Lambinus: *hoc per legatos rogandum est?* Vulgati *rogandus est.* Græv.

36. *Mittebantur pro Annibalis hostibus nostris etiam sociis.*] Aliter legitur in manuscripto & fortasse melius: *Mittebantur ad Annibalem pro hospitibus nostris & sociis.* Ursin. *Mittebantur pro Hannibalis hostibus, nostris sociis.*] Nihil divertit ab hac scriptura Pal. sec. nisi quod præferat *Hannibale.* Vulgata vetustius, *mitt. pro Hannibale hostib. nostris & sociis.* posterior, *mittes ad Hannibalem pro hospitib. nostris & sociis.* Gruter.

37. *Nisi ut re hostem judicaretis.*] *Re* Vaticani fide deleverunt Faërnus, Muretus & Lambinus. Retinuit tamen Manutius. Retinerem & ipse, nam commode potest explicari, non verbis, sed re-

judicaretis Antonium? his vestris decretis aut ille vos æquo animo [c] adspicere poterit, aut vos illum sine summo dolore videbitis? Exclusit illum à republica, distraxit, segregavit non solùm scelus [d] ipsius, sed etiam, ut mihi videtur, fortuna quædam reipublicæ. [e] qui si legatis paruerit Romamque redierit: [38] num quando perditis civibus vexillum, quò concurrant, defuturum putatis? Sed hoc minùs vereor. [39] sunt alia, quæ magis timeam & cogitem. numquam parebit ille legatis. [40] novi hominis insaniam, arrogantiam: novi perdita consilia amicorum, quibus ille est deditus.

c aspicere *MS.*
d illius *alii.*
e quid *MSS.* quod *alii.*

30 Lucius quidem frater ejus, utpote quí peregrè [f] depugnarit, familiam ducit. si per se ipse sanus, quod numquam erit; per hos esse ei tamen non licebit. Teretur intereà tempus: belli apparatus refrigescent. [41] unde est adhuc bellum tractum, [g] nisi ex retardatione & mora? ut primùm post discessum latronis, vel potiùs desperatam fugam, liberè senatus haberi potuit; semper flagitavi ut convocaremur. quo die primùm convocati sumus, cùm designati consules non adessent, jeci, sententiâ meâ, maximo

f depugnavit *alii.*
g nisi retard. *alii.* P. B.

mo

rebus hostem declarastis, sed moveor antiquissimi & optimi omnium codicis, ex quo tot vulnera Philippicarum sanata sunt, auctoritate. Æque commode potest abesse quàm, si adsit, explicari. *Grav.*

38. *Num quando.*] *Numquam* liber Vaticanus, sed fortasse *unquam* legendum est. *Ursin.* Muretus edidit, *unquam perditis civibus vexillum.* Græv.

39. *Sunt alia ob quæ magis.*] *Ob* delendum: deinde in extremo addenda hæc verba, *timeam & cogitem.* Faërnus. Hæc verba necessariò requirit sententia, & meritò post Faërnum a Mureto, Manutio & Lambino sunt reposita in locum, ex quo in aliis libris exciderant. Mirum nec hoc ex Manutio & Lambino Gruterum animadvertisse. *Grav.*

40. *Novi hominis insaniam, arrogantiam.*] Ita liber Vaticanus. Faërnus cum Ant. Augustino legit, *insanam:* at infra ipse, *si per se ipse sanus.* illud quoque, *sunt alia: & insaniam, arrogantiam, perdita consilia,* favent antiquæ lectioni: ut illa *alia* quo plura, eo vehementius moveant. *Ursin.*

41. *Unde est adhuc bellum tractum, nisi &c.*] Ita liber Vaticanus. *Idem.* Optime. & sic olim hunc librum secutus edidit Muretus, cur neglexerint Faërnus & Lambinus ignoro. *Unde est adhuc bellum tractum,* est cur bellum adhuc protractum est & durat, cum diu confectum fuisset, nisi nos tam diu desedissemus ac cunctati fuissemus. *Trahere bellum* est protrahere. Cic. ad Attic. x. 8. *Quod maxime velim, pelli istum ab Hispania aut trahi id bellum.* Post: *Si trahitur bellum, quid exspectem aut quam diu?* Græv.

42. Et

mo vestro consensu, fundamenta reipublicæ; seriùs
omnino quàm decuit: nec enim antè potui: sed tamen
si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum pro-
fectò nullum haberemus. Omne malum nascens facilè 31
opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius. Sed
tum exspectabantur Kalendæ Jan. fortasse non rectè.

XII. VERÙM præterita omittamus. etiamne hanc
moram afferemus, dum proficiscantur legati? dum re-
vertantur? quorum exspectatio dubitationem belli h affe-
ret. bello autem dubio quod potest studium esse i dele-
ctus? Quamobrem, patres conscripti, legatorum men-
tionem k nullam censeo faciendam: rem administrandam
arbitror sine ulla mora 42 & confestim gerendam: tu-
multum decerni, justitium l edici, saga sumi dico opor-
tere, m delectum haberi, sublatis vacationibus in urbe
43 & in Italia, præterea Galliâ totâ. Quæ si erunt facta: 32
opinio ipsa & fama vestræ severitatis obruet scelerati
gladiatoris amentiam. sentiet sibi bellum cum republica
esse susceptum: experietur consentientis senatûs nervos
atque vires. nam nunc quidem partium contentionem
esse dictitat. quarum partium? alteri victi sunt, alteri
sunt è mediis C. Cæsaris partibus. nisi fortè Cæsaris par-
tes à Pansa & Hirtio consulibus & à filio C. Cæsaris
oppugnari putamus. Hoc verò bellum non est ex dissen-
sione partium, sed ex nefaria spe perditissimorum civium
excitatum: quibus bona fortunæque nostræ n notatæ
sunt & jam 44 ad cujusque o opinionem distributæ.

Le-

h affert *alii.*
i dilectus *Grav.*
k *alii* nunquam, *aut* non ullam.
l *Grut.* indici.
m dilect. *Grav.*
n notæ *edd. vett.*
o optionem *Manut.*

42. *Et confestim gerendam: tumultum decerni.*] Mureti editio cum plerisque veterioribus, *& confestim gerendam censeo: tumultum decerni.* Sed Faërnus, *& confestim gerendam, tumultum censeo decerni*, quod cum Manutio adoptavi. In omnibus meis codd. hîc magna est lacuna; nam ab illis verbis, *mentionem nullam censeo faciendam*, usque ad ista, *mentionem numquam vidi tantam, quanta nunc vestra est. Unum sentitis omnes.* omnia desiderantur. *Grav.*

43. *Et in Italia præter Galliam totam.*] Vide num rectius sit in antiquo, *Et in Italia, præterea Gallia tota.* F. Ursinus. Ex vetustioribus editionibus Faërnus edidit & Manutius, *Et in Italia præter Galliam totam*; Lambinus vero, *Et in Italia præter Galliam togatam.* Victorius & Gruterus: *Et in Italia, præterea Gallia tota.* quod unde hauserit ignoro. Nam in nullo editorum, quos inspexi, sic legitur. Sed optime Muretus: *Et in Italia, præter Galliam, tota.* In Gallia non poterat dilectus haberi, quia in illa cum suis copiis erat Antonius & Brutus. *Grav.*

44. *Ad cujusque opinionem distributa.*] Magni est apud me, &

esse

33 Legi epiſtolam Antonii, quam ad quendam ſeptem-
P. CCI. virum, capitalem hominem, collegam ſuum, miſerat.
QUID CONCUPISCAS, TU VIDERIS: QUOD
p En *alii*. CONCUPIVERIS, CERTE HABEBIS. p Hem, ad
quem legatos mittamus: cui bellum moremur inferre:
45 qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtinavit, ſed
libi-

eſſe debet apud omnes, veterum librorum auctoritas: verumtamen ſic ab his omnibus, hoc quidem in loco, diſſentire cogor, ut conjecturâ meâ vehementer delecter, quippe quæ nec ab antiquis litterarum veſtigiis diſcedat longius, & mentem Ciceronis, niſi fallor, attingat. quis enim non videt, ſententiam effici meliorem, ſi legatur, *optionem*, quam ſi, *opinionem?* cum præſertim ſequentium verborum, quæ ex Antonii recitantur epiſtola, teſtimonio comprobetur: *Quid concupiſcas, tu videris; quod concupiveris certe habebis.* Hæc quidem *optio* eſt non *opinio*, ut etiam paullo poſt: *Libidini cujusque nos ita addixit.* itaque, ſuffragante ſententia, *optionem* retineo libenter, ut ſincerum: *opinionem*, opinione mea depravatum, rejiciendum puto. *P. Manut.*

45. *Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtinavit.*] Sic edidit Hieronymus Ferrarius. Faërnus autem mavult legi *deſtituit*, ùt habent nonnulli libri vulgati. Fatetur tamen, in optimo illo codice ſcriptum eſſe *deſtinuit:* quod corruptum eſſe putat, ut & mihi videtur. unde multis verbis oſtendere conatur, legendum *deſtituit*. de quo judicet lector. ego interea *deſtinavit*, probo: neque ei aſſentior *deſtituere*, in iis exemplis, quæ ille proponit, ſignificare, in peſſimum ſtatum aut ignominiæ, aut periculi, rem eſſe deductam: ſed potius deorſum ſtatuere, & quaſi defigere. Sed de hoc verbo plura in commentar. Plautinis. *Lambinus.*
Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit.] Ferrarius legit, *deſtinavit:* Faërnus *deſtituit*. ego Faërnum ſequor in correctione potius quàm in ſententia. nam quibus ex Livio uſus eſt exemplis, uno lib. I. de Mucio Scævola, *Ante tribunal regis deſtitutus:* altero lib. XXVI. de Marcello in fugaces milites animadvertente. *Diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit*; ea cur adduxerit non video. eſt enim diverſa ſignificatio. in Livio *deſtitutus* valet *conſtitutus: deſtituit*, *conſtituit*, quo modo dixit C. Gracchus apud Gellium: *Palus in foro deſtitutus eſt?* apud Nonium Nævius, *In alto navem jubet deſtitui ancoris.* apud eundem Cæcilius, *Deſtituit omnes ſervos ad menſam ante ſe.* Plautus in Rud. *Ita duo deſtituit ſigna hic cum clavis ſenex.* Quibus omnibus in locis eandem hujusce verbi vim ac notionem eſſe facile perſpicitur. at in Cicerone, *ſorti fortunas deſtituere*, quis aliud eſſe neget? aliud, inquam, & ſenſu, & ipſo quoque genere loquendi. hoc enim, noſtras ne ſorti quidem reliquit, ut id cujusque eſſet, quod ſorte contigiſſet: ſed eas ad cujusque optionem jam diſtribuit, ut quod quisque concupiſcat, id habeat. quo magis patet, hoc bellum non ex diſſenſione partium, ſed ex nefaria ſpe perditiſſimorum civium excitatum. Ut igitur *ſorti libidinem* Cicero oppoſuit: ſic ad ſortem, *deſtituit*, adjunxit, ad libidinem, *addixit*; quaſi ſuum beneficium

libidini cujusque nos ita addixit, ut ne sibi quidem quidquam integrum, quod non alicui promissum jam sit, reliquerit. cum hoc, patres conscripti, bello, bello inquam, q decertandum est, idque confestim. legatorum tarditas repudianda est.

q certand. *alii.*

34 Quapropter, ne multa nobis quotidie decernenda sint: consulibus totam rempublicam r commendandam censeo, hisque permittendum, ut rempublicam defendant provideantque, ne quid respublica detrimenti accipiat: censeoque, ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, [46] ne sit ea res fraudi, si ante Kalendas Febr. ab eo discesserint. Hæc si censueritis, patres conscripti, brevi tempore libertatem s populi Romani auctoritatemque vestram recuperabitis. t sin autem leniùs agetis, tamen eadem, sed fortasse seriùs, decernetis. [47] De republica v quod retulistis, satis decrevisse videor.

r *alii & Grut.* committendam.

s *alii* Reip.

t si autem *alii.*

v de qua *Lamb.*

35 XIII. Altera res est de honoribus: de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur, consule designato, more majorum capiamus exordium: cujus ut superiora omittam,

cium esse vellet Antonius, non sortis; nam qui addicit, ipse tradit; qui destituit, quodam modo negligit. *P. Manutius.*
Fortunas nostras destituit.] Hæc est lectio vulgata, maluique quàm Ferrarianam, *destinavit.* Pal. sec. hic deficit, neque redit ad officium, nisi Oratione septima. at prim. habet *destinuit:* de quo tu Meursi, tu Sibere, cogitabitis. *Grut.* Vide Manut. qui Faërnum quidem recte refutat, sed explicationem suam cui probabit? Sic enim ille hæc exponit: nostras fortunas ne sorti quidem reliquit, ut id cujusque esset, quod sorte contigisset. Num *sorti destituere* est non relinquere sorti? Hoc nemo dixerit, nemo crediderit. Miror qui hoc in tam Latine docti viri mentem potuerit venire. Cum in MSS. sit *destinuit*, ut docuerunt Lambinus & Gruterus, in uno vero repererit Ferrarius liquido *destinavit*, recepi hujus libri lectionem cum Lambino & Mureto. *Grav.*

46. *Ne sit ea res fraudi.*] Antiqua hæc scribendi formula in vetere etiam senatûs consulto expressa est, Μὴ βλαβερὸν τοῦτο γίνηται. *Ursin.*

47. *De rep. quoad retulistis.*] Legendum putamus pro *quod.* & post aliqua ex antiquo libro *nostri* pro *vestri.* ut sit *testimoniique nostri.* ut & infra, *decreto nostro*, non *vestro.* Faërnus. Lambinus edidit, *de rep. de qua retulistis.* Faërnus ex conjectura restituit *quoad*, cum in libris sit *quod.* Sed hoc nonnunquam accipitur pro *quoad*, ut in 1. ad Fam. ep. 1. *quod commode fiat*, pro quoad commodo fiat. *Grav.*

 48. Pe-

tam, quæ sunt maxima illa quidem, sed adhuc h
magis judiciis quàm publicè laudata: quibusma
ejus laudes hujus ipsius temporis consequi possum
que enim ullam mercedem tanta virtus, præter h
x quamquam in edd. vett. dis gloriæque, desiderat. qua etiam si careat, t
se ipsa contenta, x atque in memoria gratorum
y nostri alii. tamquam in luce, posita lætetur. laus igitur judi
moniique y vestri tribuenda Bruto est.

36 Quamobrem his verbis, patres conscripti, sen
sultum faciendum censeo: CUM D. Brutus, im
P. B. consul designatus, provinciam Galliam in sena
pulique Romani potestate teneat: cúmque exercit
tum, tam brevi tempore, summo studió munic
coloniarumque provinciæ Galliæ optimè de re
meritæ merentisque conscripserit, compararit:
rectè & ordine exque republica fecisse: idque I
præstantissimum meritum in rempublicam sena
puloque Romano gratum esse & fore. itaque s
populumque Romanum existimare, D. Bruti, im
ris, consulis designati operâ, consilio, virtute,
bilique studio & consensu provinciæ Galliæ, rei
difficillimo tempore esse subventum.

37 Huic tanto merito Bruti, patres conscripti, ta
in rempublicam beneficio, quis ést tantus honos,
debeatur? nam si M. Antonio patuisset Gallia, si o
municipiis & coloniis imparatis in illam ultima
liam penetrare potuisset: quantus reipublicæ ter
z alii atque omnib. penderet? dubitaret, credo, homo amentissimu
que in omnibus consiliis præceps & devius, non
cum exercitu suo, sed etiam cum omni immanit
bariæ bellum inferre nobis: ut ejus furorem ne
a nostra alii. quidem muro cohibere possemus. Hæc igitur h
gratia est D. Bruto, qui illum, nondum interpo
b Galliam seque edd. vett. ctoritate a vestra, suo consilio atque judicio,
consulem recepit, sed, ut hostem, arcuit b Gal
c nostro alii. que obsideri, quàm hanc urbem, maluit. Habe
hujus tanti facti tamque præclari decreto c vest
d jureque Lamb. monium sempiternum: Galliaque, quæ semper p
atque præsedit huic imperio libertatique commu
e Antonio abest à vett. edd. ritò d veréque laudetur, quòd se suasque vir
tradidit, sed opposuit e Antonio.

38 XIV. ATQUE etiam M. Lepido pro ejus egr
rempublicam meritis decernendos honores quàm

censeo, semper ille [48] populum Romanum liberum
uit, maximumque signum illo die dedit voluntatis & P. CCII.
i sui, cùm, Antonio diadema Cæsari imponente, f esse vol.
ertit gemituque & mæstitiâ declaravit, quantum alii.
et odium servitutis: quàm populum Romanum li-
a cuperet: quàm illa, quæ tulerat, temporum ma-
cessitate quàm judicio tulisset. Quanta verò is mo-
one usus sit in illo tempore civitatis, g quod post g quod
um Cæsaris consecutum est, quis nostrûm oblivisci mort. alii.
t? Magna hæc: sed ad majora properat oratio.
uid enim, (ô dii immortales!) admirabilius omni- 39
entibus, quid optatius populo Romano accidere po-
quàm, cùm bellum civile maximum esset, cujus
exitum omnes timeremus, [49] sapientiâ ejus id po-
xstingui quàm armis, h & ferro rem in discrimen h ferroque
ucere? Quòd si eadem ratio Cæsaris fuisset, in illo Muret.
miseroque bello: ut omittam patrem, duos Cn. i adduci
peji, summi & singularis viri, filios incolumes ha- Lamb.
mus: quibus certè pietas [50] fraudi esse non k debuit. k debet
m omnes M. Lepidus servare potuisset! facturum Grut.
fuisse

Populum Rom. liberum esse voluit.] *Liberum voluit* o. l. f. ut infra, *Qui populum Rom. liberum cuperet.* Libri tamen im- defendi possunt: siquidem eodem modo locutus est in XI. *pulum Rom. liberum esse voluimus.* Ferrar.

Sapientiâ etiam id potius exstingui quàm armis.] Ant. Augu- , *Sapienti clementiâ potius exstingui quàm &c.* quæ conjectura matur cum iis, quæ infra scripta sunt, *Cumque ejus opera, e, consilio singularique clementia & mansuetudine bellum acerbis- civile sit restinctum*, tum quòd in Lepidi numismatibus entiæ simulacrum incisum est, Æmiliæ gentis vel potius li ipsius insigne, ut opinor, peculiare. *Ursin.* Primus Victo- didit, *sapientiâ ejus id potius exstingui*, cum ceteræ omnes, Vaticanæ aliæque membranæ: *sapientiâ etiam id potius ex-* . Antiqua Mediolanensis: *sapientia & jam id exstingui.* Vi- nurium. Lambinus omisit *ejus*, ut & *etiam*, & vulgavit, *iâ id potius exstingui*, quod mihi probatur. Illud *etiam* vide- atum esse ex ultimis syllabis præcedentis vocis *sapientia*. ius.

Fraudi esse non debet.] Antiq. liber *non debuit*, & infra; ubi *id omnia mihi facta videntur deorum immortalium judicio & pia- Sex. Pompejo reip. conservato.* antiquus liber non habet di- em *facta.* & pro illis verbis, *& pietate Sex. Pompejo*, habet *s ex Pompejo:* nos immutatione unius litteræ sic legimus, *a, Sex. Pompejo.* ut totus locus ita legatur: *Sed omnia mihi ur deorum immortalium judicio expiata, Sex. Pompejo reip. con- o.* Faërnus.

51. Cum

fuisse declaravit in eo, quod potuit; [51] cùm Sextum
Pompejum restituit civitati, maximum ornamentum rei-
l monim. Muret. publicæ, clarissimum [l] monumentum clementiæ suæ. gra-
m imperio MSS. vis illa fortuna populi Romani, grave fatum. Pompejo
enim patre, quod [m] imperii populi Romani lumen fuit,
40 exstincto, interfectus est patris simillimus filius. [52] Sed
omnia mihi videntur deorum immortalium judicio ex-
piata, Sex. Pompejo reipublicæ conservato.

XV. QUAM OB causam justam atque magnam, &
quod periculosissimum civile bellum maximumque, hu-
manitate & sapientia sua M. Lepidus ad pacem con-
cordiamque convertit, senatusconsultum his verbis cen-
seo perscribendum. CUM à M. Lepido, imperatore,
pontifice maximo, sæpenumerò respublica & benè &
P. B. feliciter gesta sit, populusque Romanus intellexerit, ei
dominatum regium maximè displicere: cúmque ejus ope-
râ, virtute, consilio, singularique clementia & man-
suetudine bellum acerbissimum civile sit restinctum:
41 Sextusque Pompejus, Cnæi filius, Magnus, hujus or-
dinis auctoritate ab armis discesserit, & à M. Lepido,
imperatore, pontifice maximo, summa senatûs popu-
lique Romani voluntate civitati restitutus sit: senatum
populumque Romanum pro maximis plurimisque in rem-
publicam M. Lepidi meritis, magnam spem in ejus vir-
tute, auctoritate, felicitate, reponere otii, pacis, con-
cordiæ, libertatis: ejusque in rempublicam meritorum
senatum populumque Romanum memorem fore, eique
statuam equestrem inauratam in Rostris, aut quo alio lo-
co in foro vellet, ex hujus ordinis sententia statui place-
re. qui honos, patres conscripti, mihi maximus videtur
pri-

51. *Cum Sex. Pompejum restituit civitati.*] Auctor fuit, ut, pace facta, Sex. Pompejus in patriam restitueretur, eique pro paternis bonis, a Cæsare ademptis & ad hastam venditis, darentur, ut ait lib. III. Appianus, Atticarum drachmarum quinque millia myriades. quæ summa, cum præsertim Pompeji Magni divitias nemo ut immensas extulerit, modum excedere videtur. suspicor mendosum esse locum: idemque putavit interpres, qui diversam a Græcis verbis sententiam induxit: &, quod Græco redundat, ita ipse restrinxit ac minuit, ut in contrarium, meâ quidem sententiâ, vitium incurrat. *P. Manut.*

52. *Sed omnia mihi &c.*] A quocunque hæc sit lectio, potior certè est olim vulgata; *Sed omnia mihi facta videntur Deor. im. ind. & pietate Sex. Pomp.* Gruter.

53. *Sed*

primùm; quia juſtus eſt. non enim ſolùm datur propter ſpem temporum reliquorum, [53] ſed pro ampliſſimis meritis redditur: [n] nec verò cuiquam poſſumus commemorare hunc honorem à ſenatu tributum judicio ſenatûs ſoluto & libero.

[n] *ante* nec *Muret. & Lamb. ponunt aſteriſcos.*

XVI. VENIO ad C. Cæſarem, patres conſcripti, qui 42
niſi fuiſſet, quis noſtrûm eſſe potuiſſet? advolabat ad urbem à Brundiſio homo impotentiſſimus, ardens odio, animo hoſtili in omnes bonos, cum exercitu, Antonius. quid hujus audaciæ & ſceleri poterat opponi? nondum ullos duces habemus, non copias: nullum erat conſilium publicum, nulla libertas: dandæ cervices erant crudelitati nefariæ: fugam quærebamus omnes, quæ ipſa exitum non habebat.

Quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc di- 43
vinum adoleſcentem, deus, qui, cùm omnia ad perniciem noſtram peſtifero illi civi paterent, ſubitò præter ſpem omnium exortus, priùs confecit exercitum, quem furori M. Antonii opponeret, quàm quiſquam hoc eum
cogitare ſuſpicaretur. Magni honores habiti Cn. Pompe- P. CCIII.
jo, cùm eſſet adoleſcens: & quidem jure. ſubvenit enim reipublicæ: ſed ætate multo robuſtior, & [54] militum ducem quærentium ſtudio paratior, & in alio genere belli. non enim omnibus Sullæ cauſa grata. declarat multitudo proſcriptorum, tot municipiorum maximæ calamitates.

Cæſar autem annis multis minor, veteranos, [o] cupien- 44
tes jam requieſcere, armavit: eam complexus eſt cauſam, quæ eſſet ſenatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ, quæ diis [p] omnibus gratiſſima. Et Pompejus ad L. Sullæ maximum imperium victoremque exercitum acceſſit: Cæſar ſe ad neminem adjunxit: ipſe princeps exercitûs faciendi & præſidii comparandi fuit. [55] Ille in adverſa-
rio-

[o] cupientis *Muret.*

[p] hominibusque *alii.*

53. *Sed pro ampliſſimis præmiis redditur.*] Hic ſtellam appoſuit Muretus, indicem corruptionis. In Lambini verò editione hic ſtellulæ complures ſubjiciuntur, relicto ſpatio unius alteriusve verſûs. In margine vero illius editionis notatur, forte legendum, *ſed etiam pro ampliſſimis præmiis redditur.* Sed mihi vulgata videtur ſana eſſe & nullis indigere ſtellis. omnia enim ſatis cohærent. *Græv.*

54. *Militum ducem quærentium ſtudio paratior.*] Voluntariorum militum ex Piceno, quod in clientela fuerat parentis ejus, firmum exercitum privatis opibus contraxit. Vellejus Epitome. Plutarchus, Appianus. *P. Manut.*

55. *Ille in adverſariorum partibus agrum Picenum habuit munitum.*]

Pro

riorum partibus agrum Picenum habuit inimicum: hic ex Antonii amicis, sed amicioribus q libertatis, contra Antonium confecit exercitum. Illius opibus Sulla regnavit: hujus præsidio Antonii dominatus oppressus est.

q libertati muniti.

45 Demus igitur imperium Cæsari: sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest. sit pro prætore eo jure, quo qui optimo. qui honos, 56 quamquam est magnus illi ætati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solùm ad dignitatem valet. Itaque illa quæramus, quæ vix hodierno die consequemur.

XVII. SED SÆPE spero fore, 57 hujus adolescentis ornandi honorandique & nobis & populo Romano potestatem. hoc autem tempore ita censeo decernendum.

46 Quòd C. Cæsar, Caji filius, pontifex, r pro prætore, 58 summo reipublicæ tempore milites f veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit eosque conscripserit: quódque legio Martia quartaque summo studio optimoque in rempublicam consensu, C. Cæsare duce & auctore, rempublicam, libertatem populi Romani defendant, defenderint: & quòd C. Cæsar, pro prætore, Galliæ provinciæ cum exercitu subsidio profectus sit: equites, sagittarios, elephantos in suam populique Romani potestatem redegerit, difficillimoque reipublicæ tempore

r proprætor *Idem.* & pro pop. Rom. *edd. vett.* P. B.

f & veteran. *Vict. Muret.*

Pro *munitum*, *inimicum* o. l. f. quod summopere arridet. si tamen ex primis membri hujus verbis *in* modo sustuleris: aliter enim ad mentem Ciceronis verba non accedunt: qui quidem ex contrariis conficere voluit, Cæsaris factum præclarius fuisse quàm Pompeji: siquidem hic ex inimicis adversariorum, ille ex amicis hostium confecisses exercitum. Picenus autem cum Pompejo consensisse ad Marii partes oppugnandas refert historia. *Ferrar.* *Agrum Picenum habuit inimicum.*] *Amicum* Ant. Augustinus ex historia. *Ursin.* edd. veteres exhibent *munitum.*

56. *Quanquam est magnus illi ætati.*] *Illa ætate* liber Vaticanus. *Ursin.*

57. *Hujus adolescentis hortandi honorandique.*] Quidam in locum *honorandi* subdiderunt *ornandi.* Quid eos moverit nescio. omnes certe libri scripti contra faciunt. Equidem, si liceret libere atque audacter emendare, pro *hortandi*, *ornandi* potius reponerem: ut alterum ad laudes referatur, alterum ad honorem: cum præsertim, quid sibi hic velit ista hortatio, non dispiciam. Libri etiam scripti non *hortandi*, sed *ortandi* habent. *Ferrarius.*

58. *Summo reipublicæ tempore.*] Est tempore in quo agitur de salute reip. sicut *summa resp. summum reip. discrimen*, *summa existimatio*, a qua pendet omnis alicujus existimatio. de quo loquendi genere vide J. F. Gronov. Observationes. *Grav.*

59. Si

æ saluti dignitatique populi Romani subvenerit: ob eas causas senatui placere, C. Cæsarem, Caji filium, pontificem, proprætorem, senatorem esse, sententiamque loco prætorio dicere; ejusque rationem, t quemcumque magistratum appetet, ita haberi, v ut haberi per leges liceret, [59] si anno superiore quæstor fuisset.

t quæcumque app. add. vett.

v prout haberi lege Grut. & alii.

Quid est enim, patres conscripti, cur eum non quàm primùm amplissimos honores capere cupiamus? Legibus enim annalibus cùm grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. C. Cæsar ineunte ætate docuit, ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis exspectari non oportere. Itaque majores nostri, [60] veteres illi, admodum antiqui, leges x annales non habebant: quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter æquales. ita sæpe magna indoles virtutis priùs quàm reipublicæ prodesse potuisset exstincta y est. 47

x annalis alii.

y Grut. & alii fuit.

At verò apud antiquos, Rulli, Decii, Corvini multique alii: recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flamininus, admodum adolescentes consules facti, tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander? cùm ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor quàm consularis. ex quo judicari potest, virtutis esse quàm ætatis cursum celeriorem. 48

XVIII. NAM QUÒD ii, qui Cæsari invident, simulant se timere: ne verendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus intemperan-

59. *Si anno superiore quæstor fuisset.*] Puto legendum *Prætor* pro *Quæstor*, sed repugnant veteres libri. *Ursin.*

60. *Veteres illi admodum antiqui.*] Nos hæc duo verba *admodum antiqui*, subdititia esse existimamus, & ut indigna Cicerone delemus. *Faërnus.* Delevit ea sane Lambinus contra omnium librorum fidem, quod nec Faërnus ausus est facere, quamvis eam conjecturam primus & solus proposuerit. nec sane delenda sunt. Nam *admodum antiqui* hic sunt homines simplices & integerrimis moribus, qui nihil mali de ullo alio suspicantur, aut ipsi moliuntur, qui non sunt fucati. Sic *homo antiqui officii*, Cic. pro Quint. 22. Ad Attic. IX. 18. *Vide quam sim antiquorum hominum.* Hos etiam Græci dixerunt ἀρχαίους & παλαιούς. Suidas in Αἰδέσια, ὅτι ἀπλέστερος καὶ ἔτι παλαιότερος, *ille vero simplicior & adhuc antiquior.* Græv.

61. *Omnium*

P. CCIV. rantius suis opibus utatur. Ea natura rerum est, patres
49 conscripti, ut, qui sensum veræ gloriæ ceperit, quique se ab senatu, ab [z] equitibus populoque Romano universo senserit civem [a] carum haberi salutaremque reipublicæ, nihil cum hac gloria comparandum putet. Utinam C. Cæsari, patri dico, contigisset adolescenti, ut esset senatui atque optimo cuique carissimus! quod cùm consequi neglexisset: omnem vim ingenii, quæ summa fuit in illo, in populari levitate consumpsit. Itaque cùm respectum ad senatum & ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset. Ejus autem filii [b] longissimè diversa [c] ratio: qui cùm omnibus est, tum optimo cuique carissimus. in hoc spes libertatis posita est: ab hoc accepta jam salus: huic summi honores & exquiruntur & parati sunt.

z equitibus Romanis *edd. vett.*
a clarum *MSS. & alii.*
b longe sane div. *Muret.*
c ratio est *Faërn.*

50 Cujus igitur singularem prudentiam admiramur, ejus stultitiam timemus? quid enim stultius quàm inutilem potentiam, invidiosas opes, cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam anteferre veræ, gravi, solidæ gloriæ? An [d] hoc vidit puer: si ætate processerit, non videbit? At est quibusdam inimicus clarissimis atque optimis civibus. Nullus iste timor esse debet: omnes Cæsar inimicitias reipublicæ condonavit: hanc sibi judicem constituit, hanc moderatricem [61] omnium factorum. Ita enim ad rempublicam accessit, ut eam confirmaret, non ut everteret. omnes habeo cognitos sensus adolescentis. nihil est illi republicâ, nihil vestra auctoritate gravius, nihil bonorum virorum judicio optatius, nihil verâ gloriâ dulcius.

d qui hoc *Muret. & alii.*

51 Quamobrem ab eo non modò nihil timere, sed majora & meliora exspectare debetis: neque in eo, qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit, timere, ne memoria maneat domestici doloris, quæ plus apud eum possit quàm salus civitatis. Audebo etiam obligare fidem

61. *Omnium factorum.*] Antiquus liber, *omnium atque factorum*, nos ante hæc verba aliquid deesse arbitramur, ut puta *consiliorum*, vel aliquid tale; ut totus locus ita legatur: *Hanc sibi judicem constituit, hanc moderatricem consiliorum omnium atque factorum.* ut infra libro x. *Ut omnia consilia atque facta ad dignitatem & ad virtutem referremus.* Faërn. *Omnium * atque factorum.*] Suspicor deesse vocem, *dictorum.* Muretus *Consiliorum* recepit, *Lamb.*

fidem meam, patres conscripti, vobis populoque Romano [e] reique publicæ, quod profectò, cùm me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimescerem que in re maxima periculosam opinionem temeritatis: [62] promitto, recipio, spondeo, patres conscripti, C. Cæsarem talem semper fore civem, qualis hodie sit, [63] qualemque [f] eum maximè [g] esse velle & optare debemus. Quæ 52
cùm ita sint, de Cæsare satis hoc tempore dictum habebo.

XIX. NEC VERò de L. Egnatuleio, fortissimo & constantissimo [h] cive, [i] amicissimo reipublicæ, silendum arbitror: sed tribuendum testimonium virtutis egregiæ, quòd is legionem quartam ad Cæsarem adduxerit, quæ præsidio consulibus, senatui populoque Romano reique publicæ esset: ob eam causam placere, uti L. Egnatuleio [k] triennium ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. In quo, patres conscripti, non tam commodum tribuitur L. Egnatuleio quàm honos. in tali enim re satis est nominari.

De exercitu autem C. Cæsaris ita censeo [l] decernendum: Senatui placere, militibus veteranis, qui Cæsaris, 53
[m] pontificis, auctoritatemque hujus ordinis defenderint atque defendant, his liberisque eorum militiæ vacationem esse: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove cognoscerent, [64] qui [n] ager [o] his coloniis esset, quò milites veterani deducti essent, qui contra legem

e *ita Lamb. Manut.* reique publ. *alii non habent.*
f cum max. *Manut.*
g *alii* velle esse *alii delent* esse.
h civi *alii.*
i amicissimoque *alii.*
k triennio *Lamb.*
l decernundum *multa edd. è MSS.*
m *multa hic de se addidit Lamb.*
n ager colonus *edd. vett.*
o iis *alii.*

62. *Promitto, recipio, spondeo.*] Expressit hæc ab eo vel odium in Antonium, vel studium erga remp. promittere autem de altero, præsertim de adolescente, perpetuam in recta laudabilique ratione voluntatem, cujus prudentiæ fuerit, haud ita multo post Cicero ipse sensit. scripsit enim ad M. Brutum: *Maximo, cum hæc scribebam, afficiebar dolore, quòd, cum me pro adolescente ac pæne puero resp. accepisset vadem, vix videbar, quod promiseram, præstare posse.* P. Manut.

63. *Qualemque eum maxime velle & optare debemus.*] Sic quidem & antiquus liber. Sed hoc amplius, quod post *velle*, habet verbum *esse*, nos utrumque retinentes. Sed præpostero tantum ordine collocantes, ita legimus, *qualemque eum maxime esse, velle & optare debemus*, & sequenti versu, pro *dictum habebo*. Faërnus.

64. *Qui ager colonus esset.*] Quinam esset hic ager colonus tu quære, nos antiquâ scripturâ animadversâ, quæ sic habet, *qui agriis coloniis esset*, ita legimus, *qui ager iis coloniis esset*. & post pauca, ubi est, *quod his Senatus*, addenda est dictio *auctoritas*, ut sit, *quod his auctoritas Senatûs.* Idem.

 65. De

p possiderent *MS.* gem Juliam p possideretur, ut is militibus veteranis divideretur: de agro Campano separatim cognoscerent inirentque rationem de commodis militum veteranorum augendis: legionique Martiæ, & legioni quartæ, & iis militibus, qui 65 de legione secunda, tricesima quinta, ad C. Pansam, A. Hirtium, consules, venissent, suaque nomina q dedissent: quòd iis r auctoritas senatûs populique Romani libertas carissima sit & fuerit, vacationem militiæ ipsis liberisque eorum esse placere; extra tumultum Gallicum Italicumque: easque legiones, bello confecto, missas fieri placere: quantamque pecuniam militibus earum legionum in singulos C. Cæsar, pontifex, proprætor pollicitus sit, tantam dari placere: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, 66 alter ambove, rationem agri habeant, qui sine injuria privatorum dividi possit: 67 s isque militibus legionis Martiæ & legionis quartæ ita t daretur assignaretur, ut quibus militibus am-

q edidiss. *Muret.*

P. CCV.

r *Grut. non habet* auctoritas.

s eumque *Muret.*

t darent, assignarent *Id.*

65. *De legione secunda, trigesima quincta.*] Quæ cum Antonio de quattuor Macedonicis remanserant: ex iis tamen ipsis milites multi ad Pansam Hirtiumque consules venerant. propterea dixit Philipp. III. *In Galliam mutilatum ducit exercitum.* P. Manut.

66. *Alter ambove rationem agri habeant.*] Cum in libro Vaticano *a. a seu rationem &c.* scriptum reperissem, facile intellexi senatusconsulti formulam significari, quæ totidem litteris, interpunctionis notâ distinctis, in vetere apud me senatusconsulto in ænea tabella expressa est hoc modo, *A. A. S. E. V.* hoc est, *Alter ambove, si eis videretur.* cujus quidem formulæ ignoratio causa fuit, cur doctissimi quidam viri, qui diligenter illum codicem cum vulgatis libris contulerunt, *seu* litteras, nullis interpunctas notis, omiserint cùm hic, tum paulo supra in hoc ipso senatusconsulto, in quo pro *Alter ambove cognoscerent*, habet liber Vaticanus *a. a. seu cognoscerent*, hoc est, *Alter ambove, si eis videretur, cognoscerent.* sed litterarum *seu* vestigia apparent in eo codice adhuc in litura, cum alia manu, ejus scilicet, qui illam formulam prorsus ignoraret, *seu* litteræ mutatæ fuerint in verbum *signa.* Ursin.

67. *Hisque militibus legionis Martiæ, & legionis quartæ ita darent, assignarent.*] Sic o. l. s. *iisque militibus.* Cetera eodem modo. Ego sic emendandum puto, *Isque militibus legionis Martiæ, & legionis quartæ ita daretur, assignaretur.* Quemadmodum paulo ante, *Ut is militibus veteranis divideretur.* Nam *his militibus* quidem, sive *iis*, aperte falsum est: quod harum legionum cuncti milites Cæsarem secuti sunt: ut supra recte additum est prænomen, *Iisque militibus, qui de legione secunda, & XXXV.* quoniam eorum partim ad Hirtium & Pansam Coss. venerant, partim se contulerant ad Antonium: ut ex epistola Galbæ licet intelligere. *Ferrar.*

amplissimè dati assignati essent. Dixi ad ea omnia, consules, de quibus retulistis: quæ v si erunt sine mora maturéque decreta, faciliùs apparabitis ea, quæ tempus & necessitas flagitat. celeritate autem opus est: quâ si essemus usi, bellum, ut sæpe dixi, nullum haberemus.

v *Grut.* si sint, *in edd. vett. deest.*

M. TULLII CICERONIS

P. R.

IN

M. ANTONIUM
AD QUIRITES,

PHILIPPICA SEXTA.

ORATIO PRIMA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

PRoxima superior oratio Kalendis Jan. habita est. quo die nihil senatus decrevit: satis tamen ejus voluntas de Antonio hoste judicando, quod Cicero censuerat, perspicua fuit. postridie, ne discessio fieret; qua si facta esset, Ciceronis in sententiam senatores multis partibus plures ituri videbantur; intercessit Salvius tribunus pl. de honoribus tamen Cæsaris, deque statua in Rostris ei ponenda, quod censuisse L. Philippum scripsit Cicero ad M. Brutum; & ut sententiam consulari loco diceret, cum de prætorio loco Cicero suasisset; consulatumque decem annis ante quàm per leges liceret petere posset; quod P. Servilio placuisse ad eundem Brutum Cicero scripsit; utique cum Pansa & Hirtio Coss. bellum Antonio inferret, nisi ex Gallia discederet; & simul de laude D. Bruto tribuenda, quia privato consilio, exercitu comparato, Antonium Gallia prohibuisset, S. C. esse factum, Appianus & Dio prodiderunt. Iidem, post diem tertium, qui fuit III. non. Jan. decretos esse ad Antonium legatos, confirmant. mihi tamen, pridie non. potius decretos esse conjectura oritur ex eo. quia suam sententiam per triduum valuisse Cicero dicit. quod si ita est: quarto mensis die S. C. illud esse factum cogimur credere. Venit igitur pridie non. senatu dimisso, in concionem Cicero, productus ab Appulejo tribuno pl. & senatûs voluntatem de mittendis legatis exposuit. de qua legatione quid ipse sentiat, & quid auguretur, hac oratione multis verbis ostendit. Clausula postremo utitur ea,

qua solet, ut & suum omne studium, consilium, laborem in tuenda rep. polliceatur; & populum Romanum ad servitutem repellendam libertatemque retinendam cohortetur. P. Manutius.

I. AUDITA vobis esse arbitror, Quirites, quae sint acta in senatu, quae fuerit cujusque sententia. res enim ex Kal. Jan. agitata paulo ante confecta est: minùs quidem illa severè quàm decuit, non tamen omnino dissolutè. mora est allata bello, non causa sublata. Quamobrem, quod quaesivit [a] à me P. Apulejus, homo & multis officiis mihi & summa familiaritate conjunctus, & vobis amicissimus, ita respondebo, ut ea, quibus non interfuistis, nosse possitis. Causa fortissimis optimisque consulibus Kalendis Januar. de republica primùm referendi fuit ex eo, quod XIII. Kalendas Jan. senatus me auctore decrevit.

a ex Grav. à MS.

2 Eo die primùm, Quirites, fundamenta jacta sunt reipublicae. Fuit enim longo intervallo ita liber senatus, ut vos aliquando liberi essetis. Quo quidem tempore etiam si ille dies vitae finem mihi allaturus esset, satis magnum ceperam fructum, cùm vos universi una mente atque voce iterum à me conservatam esse rempublicam conclamastis. Hoc vestro judicio tanto tamque praeclaro excitatus, ita Kalendis Jan. veni in senatum, ut meminissem, quam personam impositam à vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium illatum reipublicae cùm viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi: hominemque audacissimum, qui multis nefariis rebus antè commissis, hoc tempore imperatorem populi Romani oppugnaret, coloniam vestram fidissimam fortissimamque obsideret, bello censui persequendum: tumultum esse decerni, justitium [b] edici, saga sumi, dixi placere: quo omnes acriùs graviúsque incumberent ad ulciscendas reipublicae injurias, si omnia gravissimi belli
3 insignia suscepta à senatu viderent. Itaque haec sententia, Quirites, sic per triduum valuit, ut, quamquam discessio facta non esset, tamen, praeter paucos, omnes mihi assensuri viderentur. [1] Hodierno autem die, nescio qua [c] eis objecta re, remissior senatus fuit. nam plures eam sententiam

P. CCVI.

b indici *alii.*

c *Grut. non habet* eis, *alii* ei.

1. *Hodierno autem die nescio.*] Pro *nescio* est *pene scio* in libro Vaticano, *Ursin.*

2. *Non*

tiam secuti sunt, ut, quantum senatûs auctoritas vesterque consensus apud Antonium valiturus esset, per legatos experiremur.

II. INTELLIGO, Quirites, à vobis hanc sententiam repudiari: neque injuriâ. ad quem enim legatos? ad eumne, qui pecuniâ publicâ dissipatâ atque effusâ, per vim & contra auspicia impositis populo Romano legibus, fugata concione, obsesso senatu, ad opprimendam rempublicam Brundisio legiones [d] arcessierit? ab his relictus cum latronum manu in Galliam irruperit? Brutum oppugnet? Mutinam circumsedeat? quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas?

[d] accersierit *Faërn. Mur. Manut.*

Quamquam, Quirites, non est illa legatio, sed denuntiatio belli, nisi paruerit. ita enim est decretum, ut si legati ad Hannibalem mitterentur. mittuntur enim qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne provinciam depopuletur, [2] ne [e] delectus habeat; sit in senatûs populique Romani potestate. Facile verò huic denuntiationi parebit, ut in patrum conscriptorum atque in vestra potestate sit, qui in sua numquam fuerit? Quid enim ille umquam arbitrio suo fecit, semper eò tractus, quò libido rapuit, quò levitas, quò furor, quò [f] vinolentia? semper eum duo dissimilia [3] genera tenuerunt, lenonum & latronum: ita domesticis stupris, forensibus [g] parricidiis delectatur, ut mulieri citiùs avarissimæ paruerit quàm senatui populoque Romano. 4

[e] *alii* dilectus.

[f] violentia *alii.*

[g] *alii* paricidiis. P. B.

III. ITAQUE, quod paulo antè feci in senatu, faciam apud vos. testificor, denuntio, antè prædico, nihil M. Antonium eorum, quæ sunt legatis mandata, facturum: vastaturum agros, Mutinam obsessurum, delectus, quà possit, habiturum. is est enim ille, qui semper senatûs judicium & auctoritatem, semper voluntatem vestram potestatemque contempserit. An ille id faciat, quod paulo 5

2. *Non dilectus habeat.*] Ut semper in antiquissimo epistolarum codice, & fere semper in Pandectis Florentinis, ita in eo etiam libro, ex quo hæc emendata sunt, semper hoc nomen per *i* litteram, non per *e*, in prima syllaba scribitur. *Muretus.*

3. *Genera tenuerunt, lenonum & latronum: ita &c.*] Est à mss. Ferrarii, cui adsentitur Palatinus. Vulgati tamen prius, *genera lenonum & latronum, ita &c. delectatur*, nihilo fortè pejus. alterum tamen arripuere Manutius ac Lambinus. *Grut.*

lo antè decretum est; ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educeret, dum ne propiùs urbem Romam CC. mill. admoveret? huic denuntiationi ille pareat? [4] ille se fluvio Rubicone [h] CC. mill. circumscriptum esse patiatur?

h & CC. mil. *Lamb.*

6 Non is est Antonius. nam si esset, non commisisset, ut ei senatus, tamquam Hannibali initio belli Punici, denuntiaret, ne oppugnaret Saguntum. Quòd verò ita avocatur à Mutina, ut ab urbe, tamquam pestifera [i] flamma, arceatur, quam habet ignominiam? quod judicium senatûs? Quid, quòd à senatu dantur mandata legatis, ut D. Brutum militesque ejus adeant, iisque demonstrent, [k] summa in rempublicam merita beneficiaque eorum grata esse senatui populoque Romano, eisque eam rem magnæ laudi magnoque honori fore? passurumne censetis Antonium, introire Mutinam legatos? exire inde tutò? numquam patietur, mihi credite. [5] novi violentiam, novi impudentiam, novi audaciam.

i flama *MS.*

k *alii* sua.

7 Nec verò de illo, sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima bellua, cogitare. Quæ cùm ita sint, non omnino dissolutum est, quod decrevit senatus, habet atrocitatis aliquid legatio: utinam nihil haberet moræ! nam cùm plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est: tum hoc bellum indiget celeritatis, succurrendum est D. Bruto: omnes undique copiæ colligendæ: [6] horam exhibere nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus.

P. CCVII.

An

4. *Ille se Fluvio Rubicone.*] Post hæc verba est in antiquo libro rasura duarum vel trium litterarum, ut conjiciam ibi scriptum fuisse vel *aut*, vel *potius*, & totum locum ita legi debere, *ille se Fluvio Rubicone, & CC. millibus circumscriptum esse patiatur.* Faërn.

5. *Novi vinolentiam.*] Ita Faërnus ex codice Vaticano legit pro *violentiam:* at in castris hoc ei non puto objiciendum, sed domi. Quod enim non passurus sit legatos ingredi Mutinam, non faciet ebrietate, sed violentiâ. quod confirmat belluam illum appellans, in qua non est vinolentia. *Ursin.*

6. *Horam eximere nullam in tali cive liberando non possumus.*] Ita Faërnus: at Victorius *horam exhibere nullam*, sive ut est in alio libro, *ullam.* Sed Faërni lectio contrarium sensum facere videtur: nam qui eximit horam in liberando, citius liberare videtur: qui autem addit horam, tardius; atque ideo cum scelere. Mihi molestiam exhibet illud *exhibere horam.* quare mallem *moram exhibere ullam.* Idem. *Horam exhibere nullam in tali &c.*] Hæc est lectio omnium ferè mss. itaque retinendam putavi, contra

Fer-

An ille non potuit, si Antonium consulem, si Galliam 8
Antonii provinciam judicasset, legiones Antonio & provinciam tradere? domum redire? triumphare, [7] primus in hoc ordine esse, quoad magistratum iniret, sententiam dicere, quid negotii fuit? Sed, cùm se Brutum esse me- 9
minisset [8] vestræque libertati natum, [l] non otio suo, quid egit aliud, nisi ut pæne corpore suo Galliâ prohiberet Antonium? Ad hunc utrùm legatos an legiones ire oportebat? Sed præterita omittamus. [m] Properent legati, quod video esse facturos. vos saga parate. est enim ita decretum, ut, si ille auctoritati senatûs non paruisset, ad saga iretur. ibitur: non parebit: nos amissos tot dies rei gerendæ queremur.

[l] non otio suo *deest in edd. vett.*

[m] Properant *edd. vett.*

IV. NON METUO, Quirites, ne, cùm audierit Antonius, me hoc in senatu & in concione confirmasse, num-

Ferrarium ac Lambinum; quibus placebat, *eximere*, &, *excubare*; sed sine ratione. amicus tamen meus suggerebat, *horam exigere ullam.* Monuit Cl. Puteanus, Petrum Delbenium putasse reponendum, *moram exhibere ullam &c.* quod & ipsi probabatur. *Gruter.* Vellem docuissent, qui lectionem vulgatam retinent, quid sit Latinis *horam nullam exhibere*, aut quid sit *moram exhibere?* Num quis ita loquitur? num quis intelligit? Itaque cum Faërno, Mureto, Lambino, Manutio recepi *eximere*, cujus vocis elegantiam, quam Ferrarius ostendit, cum non caperent aut librarii, aut scioli, eam depravarunt, rejectâ librorum ineptâ & nullius sententiæ scripturâ. *Grav.*

7. *Primus in hoc ordine esse, quoad magistratum iniret.*] Delendum est verbum *esse:* & post hæc omnia verba hæc duo addenda, *sententiam dicere*, consules enim designati primi sententiam rogabantur. *Faërnus. Sententiam dicere?*] Cum hæc verba in aliis libris desiderarentur, fuit, qui, conjecturâ fretus, addito verbo *esse*, sententiam expleverit. *Muretus. Sententiam dicere, quid negotii fuit.*] Illud *sententiam dicere* obsidet omnes libros hodie, sed non hæret in vett. edd. aut mss. nostris. manavit forte a libris Faërni aut Mureti. *Grut.* Si vidisset Faërni & Mureti notas, delevisset *esse*, & non dubitasset Gruterus de verbis *sententiam dicere*, quæ ex Vaticano reposuerunt præter Faërnum & Muretum Lambinus & Manutius. *Grav.*

8. *Vestræque libertati natum.*] Post hæc verba hæ tres dictiones addendæ sunt, *non otio suo.* & paullò post, ubi est, *properent*, addenda est post id verbum dictio, *legati:* ut sit, *properent legati.* Faërnus. *Non otio suo.*] Hæc quoque, ab aliis omissa, à nobis restituta sunt. *Muretus.* Rectè hîc Gruterus recepit, *non otio suo*, quæ verba ex solo Vaticano fuerunt à Faërno restituta, cùm alii libri ea ignorent, ut ex Victorio & edd. vetustioribus constat. sic statim post rectè ex eodem cod. *legati* additum, *properent legati*, cùm in aliis libb. & edd. non reperiatur. *Grav.*

numquam illum futurum in senatûs potestate; refellendi mei causâ, ut ego nihil vidisse videar, vertat se, [n] senatui pareat. numquam faciet: non invidebit huic meæ gloriæ: malet, me sapientem à vobis quàm se modestum existimari.

n & sen. *Muret. & alii.*

10 Quid? ipse si velit, num etiam L. fratrem passurum arbitramur? nuper quidem dicitur ad Tibur, ut opinor, cùm ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri esse minitatus. Etiamne ab hoc mirmillone Asiatico senatûs mandata, legatorum verba audientur? nec enim secerni à fratre poterit, tanta præsertim auctoritate. nam hic inter illos Africanus est: pluris habetur quàm L. Trebellius, [9] pluris quàm T. Plancus, adolescens nobilis: qui omnibus sententiis maximo vestro plausu condemnatus, [10] nescio quomodo se conjecit in turbam, atque ita mæstus rediit, ut retractus, non reversus videretur: sic contemnit, tamquam si illi aquâ & igni interdictum sit. aliquando negat ei locum esse oportere in curia, qui incenderit curiam.

T. B.

11 Nam Trebellium valde jam diligit: oderat tum, cùm ille tabulis novis adversabatur: jam fert in oculis, postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis novis salvum esse

9. *Pluris quàm T. Plancius.*] Sine controversia scribendum est, *T. Plancus.* hic enim est T. Munatius Plancus Bursa, frater L. Munatii Planci oratoris, qui temporibus Milonianis vel acerrimum se Ciceronis oppugnatorem præbuerat, maximamque in eum, quod tanto studio Milonem defenderet, invidiam concitaverat; quoque instigante curiam populus incenderat. postea, contra opes ac potentiam Pompeji condemnatus, a Cæsare initio belli civilis in integrum restitutus est. *Ferrar.* *Pluris quàm T. Plancus adulescens nobilis, qui omnibus sententiis.*] Hæc quam subjecimus antiqua scriptura est, *pluris quàm tius Plancius.* deinde nonnullis interpositis, quæ partim in litura sunt, partim transversis lineis deleta, *cum exiluerit adulescens nobilis Plancum, qui omnibus sententiis.* nos hæc ita legimus, *Pluris quàm T. Plancius, quam Exitius adulescens nobilis Plancum, qui omnibus sententiis maximo*] *vestro plausu condemnatus &c. sic contemnit &c.* de Exitio etiam infra. *Faërnus.* *Plancum, qui omnibus sententiis.*] Aberat & hinc Planci nomen: quo tamen detracto sententia explicari non potest. *Muretus.* *Quàm T. Plancus, adolescens nobilis: qui &c.*] Editio Lambini amplius, *Plancus, quàm Exitius, adolescens nobilis, Plancum, qui &c.* quod tamen non exstat in nostris aut Manutiana. *Grut.* Conjecturam Faërni non potui cum Lambino probare. sed *Plancum*, quod exstat liquidò in Vaticano, cum & sententia hanc vocem requirat, restitui cum Faërno, Mureto & Lambino. *Grav.*

10. *Nescio quomodo se conjecit in turbam.*] Veneti, *in urbem.* & nec sic tamen quidem emendatus locus videtur. *Camerar.*

11. *Ubi*

esse non posse. audisse enim vos arbitror, Quirites, quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores & creditores L. Trebellii convenire. O fides (o hinc enim puto Trebellium sumpsisse cognomen) quæ potest esse major fides quàm fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum p ire ad arma? [11] ubi plausus ille in triumpho q est? sæpe ludis? ubi ædilitas delata summo studio bonorum? quis est, qui hunc non casu existimet recte fecisse? r nequitia est, scelus est.

o hoc *Grav.* p *alii & Grut.* venire. q est spe ludi *alii.* r qui nequitiâ & scelere ita excellat *Lamb.*

V. SED REDEO ad amores deliciasque nostras, L. Antonium, qui vos omnes in fidem suam recepit. negatis? num s quispiam est vestrûm, qui tribum non habeat? certè nemo. Atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. Rursus reclamatis? Adspicite à sinistra illam equestrem statuam inauratam, in qua quid inscriptum est? [12] QUINQUE ET TRIGINTA TRIBUS t PATRONO. Populi Romani igitur est patronus L. Antonius? malam quidem illi pestem! Clamori enim vestro assentior. non modò hic latro; quem clientem habere nemo velit: sed quis umquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Romani victoris dominique omnium gentium [13] tutorem dicere auderet?

12 s quisnam *alii.* t *add. vett.* PATRONO POP. ROM. Igitur.

In foro L. Antonii statuam videmus: [14] sicut illam Q. v Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris. O impudentiam incredibilem! tantumne sibi sumpsit, quia My-

13 v Tremulli *Manut.* Tremellii *Muret.*

11. *Ubi plausus ille in triumpho est spe ludi?*] Sic o. l. v. *sæpe ludi.* Ego, unâ litterâ modo additâ, *ludis* corrigo: significabat enim gladiatoribus, concione, ludis populus maxime judicium ac voluntatem suam. Quod igitur Trebellius a causa creditorum constantissime steterat, ac Dolabellæ legem de tabulis novis ferenti restiterat, idcirco eum populus summo studio bonorum Ædilem fecerat, atque ei plausus in triumpho ac sæpe ludis dederat. Hic postea sic evasit improbus, ut quod recte fecerat, videretur casu, non ratione fecisse. *Ferr. Ludis* est cum ludi ederentur, ut sæpe. vide quæ notata sunt ad Julium Suetonii. *Grav.*

12. *Quinque, & triginta tribus patrono populi Romani. igitur, &c.*] Interpunctiones, meo quidem judicio, perperam collocatæ sunt. Sic enim ponendæ. *Quinque & triginta tribus patrono. Populi Rom. igitur, &c.* Ferrarius.

13. *Tutorem dicere auderet.*] Liber Vaticanus habet *Patronum* pro *Tutorem.* Ursin.

14. *Sicut illam Q. Tremuli.*] *Trebelli* mss. unde fecit *Tremellii* Ferrarius. malui ego *Tremuli.* fuit enim cognomen Marciorum, de quo videndus amicus noster Stephanus Pighius libro v. Fastorum. *Grut.*

x myrmillo *alii.*
y ab *non est in MS. & edd. vett.*
P. CCVIII.

Mylasis x mirmillo Thracem jugulavit, familiarem suum? quonam modo istum ferre possemus, si in hoc foro, spectantibus vobis, depugnasset? Sed hæc una statua. [15] altera y ab equitibus Romanis, equo publico: qui item adscribunt, PATRONO. Quem umquam iste ordo patronum adoptavit? si quemquam, debuit me. sed me omitto. quem censorem? quem imperatorem? agrum his divisit. O sordidos, qui acceperunt! improbum, qui dederit!

14 Statuerunt etiam tribuni militares, qui in exercitibus Cæsaris duobus fuerunt. Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos. his quoque [16] divisit Semurium. Campus Martius restabat, nisi priùs cum fratre fugisset. Sed hæc agrorum assignatio paullo antè, Quirites, L. Cæsaris, clarissimi viri & præstantissimi senatoris, sententiâ dissoluta est. huic enim assensi, [17] septemvirûm acta sustulimus. Jacent beneficia Nuculæ: friget patronus Antonius. nam possessores animo æquiore discedent: nullam impensam fecerant: nondum instruxerant, partim quia non confidebant, partim quia non

15 habebant. Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere: L. ANTO-

15. *Altera Equitibus Rom.*] Eodem modo l. s. ego, *Altera E Q. R.* equitum Rom. quas scilicet equites Rom. posuerant. ut litteræ Cæsaris lib. III. epist. ad Q. Frat. quas Tullius ad Cæsarem dederat: *Quod antiquior dies in tuis fuisset adscripta litteris quàm in*] *Cæsaris.* nam quod reposuere quidam, *At altera ab Equitibus Rom.* id (credo) sua sponte, non de librorum auctoritate fecerunt. *Ferrar.*

16. *Divisit Semurium.*] *Remurium*, non *Semurium*, ut habent omnes libri, putat legendum Hieron. Ferrarius. sed ego vetueram olim quidquam mutari. nam primum, *Semurium*, habent omnes libri & manuscripti & vulgati, ut dixi. deinde, Semurium, constat agrum fuisse hoc nomine, quem populo R. legaverat Larentia: idque ex Macrobio, si cui forte dubium est, cognoscere licet, lib. I. Saturn. cap. 10. Cato ait Larentiam, meretricio quæstu locupletatam, post excessum suum populo R. agros Turacem, Semurium, Lincerinum & Solinum, reliquisse, &c. Admonet & Adr. Turnebus lib. XXXI. Adversar. cap. 3. *Lamb.*

17. *Septemvirûm acta sustulimus.*] Septemviri sunt, qui agris dividendis & assignandis erant creati, M. & L. Antonii, Dolabella, Cento & Nucula. C. quoque Antonius VIIvir fuit, ut Cicero Attic. XV. ep. 19. ostendit. Hic inferius Phil. XII. collegam Nuculæ & Centonis dicit L. Antonium; sæpius vero septemviros vocat *decempedatores*, Grævius.

18. *Ja-*

TONIO, [18] JANI MEDII PATRONO. Itane? Janus medius in L. Antonii clientela sit? quis umquam in illo Jano inventus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expensum?

VI. SED NIMIS multa de nugis: ad causam bellumque redeamus: quamquam non alienum fuit personas quasdam à vobis recognosci: ut, quibuscum bellum gereretur, [19] possitis taciti cogitare. Ego autem vos hortor, Quirites, ut, etiam si melius aliud fuit, tamen legatorum reditum exspectetis animo æquo. celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam.

Cùm enim legati renuntiarint, quod certè renuntiabunt, non in vestra potestate, non in senatûs esse Antonium: quis erit tam improbus civis, qui illum civem habendum putet? Nunc enim sunt pauci illi quidem, sed tamen plures quàm republica dignum est, qui ita loquantur. Ne legatos quidem exspectabimus? Istam certè vocem simulationemque clementiæ extorquebit iis res ipsa publica. Quo etiam, ut confitear vobis, Quirites, minùs hodierno die contendi, minùs laboravi, ut mihi senatus assentiens tumultum decerneret, saga sumi juberet. malui z viginti diebus pòst sententiam meam laudari ab omnibus quàm à paucis hodie vituperari. 16 P. B. z XXX. MS.

Quapropter, Quirites, exspectate legatorum reditum, & paucorum dierum molestiam devorate. qui cùm redierint, si pacem afferent, [20] cupidum me, si bellum, provi- 17

18. *Jani medii patrono.*] Miror Faërnum omisisse antiquam lectionem, quæ est in libro Vaticano, *à Jano medio*, & vulgatam *Jani medii* retinuisse, quæ nullo confirmatur testimonio antiquitatis: *à Jano* autem *medio* dicebant, ut à *Jano primo* & ab *imo*, ut est apud Horatium. exstant hujus loquendi formulæ exempla in veteribus etiam apud me inscriptionibus:

OSSA
C. JULIUS. C. L. NICOMACHUS. A. JANO PRIM. PAL.
C. LEPIDUS C. L. ANICETUS A. JANO. MEDIO. *Ursin.*

19. *Possetis tacite cogitare.*] *Judicare* liber Vaticanus. *Idem.*

20. *Cupidum me.*] *Stupidum me* fortasse legendum, vel *timidum*, ut mavult Ant. Augustinus. *Idem.* Cave hic accedas Ursino aut Augustino. Non intellexerunt vim & notionem vocis *cupidus*, quæ notat nimis partium studiosum, barbari dicunt, partialem. Sic alibi apud Cic. *Cupidus judex*, *cupidus testis*, ut superius notavimus & ad Suet. Julium, qui ibi dicitur *nimis cupidè damnasse.* Grævius.

21. Im-

vidum judicatote. An ego non provideam meis civibus? non dies noctesque de vestra libertate, de reipublicæ salute cogitem? Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos [a] à se ortum, hominibus nobilissimis, omnibus honoribus prætulistis? an ingratus sum? quis minus? qui, partis honoribus, eosdem gessi in foro labores, quos in petendis. rudis in republica? quis exercitatior, qui viginti jam annos bellum geram cum [21] improbis civibus?

a hominem à *alii.*

18 VII. QUAMOBREM, Quirites, consilio, quantum potero, labore plus pænè quàm potero, excubabo vigilaboque pro vobis. etenim quis est civis, præsertim hoc gradu, quo me vos esse voluistis, tam oblitus beneficii vestri, tam immemor patriæ, tam inimicus [b] dignitatis suæ, quem non excitet, non inflammet tantus vester iste consensus? multas magnasque habui consul conciones, multis interfui. nullam umquam vidi tantam, quanta nunc [c] vestra est. Unum sentitis omnes, unum studetis, M. Antonii [d] conatum avertere à republica, furorem exstinguere, opprimere audaciam. idem volunt omnes ordines; eodem incumbunt municipia, coloniæ, cuncta Italia. Itaque senatum, sua sponte bene firmum, firmiorem vestra auctoritate fecistis.

b dignitati *alii.*

c vestrum *Lamb.*

d conatus evert. *alii.*

P. CCIX. Venit tempus, [e] Quirites, seriùs omnino quàm dignum

19 [f] populo Romano fuit: sed tamen ita maturum, [22] ut differri jam hora non possit. fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit. nunc, si quis erit, erit voluntarius. populum Romanum servire fas non est: quem dii immortales [23] omnibus [g] gentibus imperare voluerunt. res in extremum est adducta discrimen. de libertate decernitur. aut vincatis oportet, [h] Quirites, quod profectò & pietate vestra & tantâ con-

e Quirites deest in *MSS.*

f reip. fuit *MS.*

g gentibus non est in *MSS.*

h Quirites deest in *MSS.*

21. *Improbis civibus.*] *Impiis* liber Vaticanus; & ita alibi locutus est. *F. Ursinus.* Probo Vaticani libri lectionem. *Impii cives* dicuntur, qui in patriam conspirant, aut bellum ei inferunt. Sicut *pietas in patriam* eorum est, qui patriæ saluti student, sic *impietas*, qui ei sunt exitio, pestes reipublicæ. Sic & sub Imperatoribus dicebatur *impietas* majestatis crimen. *Grævius.*

22. *Ut differri jam hora non possit.*] Mihi videtur Cicero scripsisse, *ut differri jam horam non possit.* ut ne per horam hoc negotium tam maturum differri possit. *m* absorpsit prima sequentis voculæ littera *n*. Idem.

23. *Omnibus gentibus imperare voluerunt.*] *Gentibus* in l. v. non est. *Ferrar.* Sic & quatuor veteres libri, quos ego evolvi, non agnoscunt *gentibus*, nisi quod Coloniensis margini sit adscriptum recentioris ævi manu. *Grævius.*

concordiâ consequemini, aut quidvis potius quàm serviatis. Aliæ nationes servitutem pati possunt, populi Romani [i] est propria libertas.

i res est pr. MS. Grav. alii.

M. TULLII CICERONIS

IN

M. ANTONIUM

PHILIPPICA SEPTIMA.

ORATIO SECUNDA ET QUINQUAGESIMA.

P. M.

ARGUMENTUM.

AMicos Antonii, pacem bello in sermonibus antepenentes, eo consilio, ut in reditu legatorum Antonii responsa mitius acciperentur, & senatorum animi, sententiâ Ciceronis irritati, ad clementiam ac mansuetudinem traducerentur, accusat, ut Antonii amantiores quàm reip. de pace autem non esse cogitandum censet, vel quia turpis, vel quia cum periculo, vel quia liberis civibus cum hoste libertatis Antonio nulla prorsus esse possit. Senatum extremo loco Pansamque consulem hortatur, ut ad studium tuendæ reip. nihil ab Antonio sincerum exspectantes, quemadmodum coeperint, incumbat. P. Manutius.

I. ARVIS de rebus, sed fortasse necessariis, 1 consulimur, patres conscripti. De Appia via & de Moneta consul: de Lupercis [a] tribunus plebis refert. quarum rerum etsi facilis explicatio videtur, tamen animus aberat à sententia, suspensus curis majoribus. Adducta est enim, patres conscripti, res in maximum periculum & extremum pænè discrimen. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, numquam probavi: quorum reditus quid sit allaturus ignoro: exspectatio quidem quantum afferat [b] languoris animis quis non videt? non enim se tenent ii, qui senatum dolent [1] ad auctoritatis pri-

a tribuni pl. referunt *edd. vett.*

b langoris *edd. vett.*

1. *AD auctoritatis pristinæ spem reviviscere.*] Antiq. liber *revirescere.* & post pauca, pro *legatos ad eos*, quod arbitror esse im-

pristinæ spem reviviscere, conjunctum huic ordini populum Romanum, conspirantem Italiam, paratos exercitus, expeditos duces.

2 Jam c nunc fingunt responsa Antonii eademque defendunt. alii, postulare illum, ut omnes exercitus dimittantur. Scilicet legatos ad eum misimus, non ut pareret & dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret, leges imponeret, reserare nos exteris gentibus Italiam juberet: se præsertim incolumi, à quo majus periculum quàm ab ullis nationibus extimescendum est. alii, remittere eum nobis Galliam citeriorem: illam ultimam postulare.

3 Præclarè: ex qua non legiones solùm, sed etiam nationes ad urbem conetur adducere. alii, 2 nihil eum jam nisi modestè postulare. Macedoniam suam vocat omnino: quoniam Cajus frater est inde revocatus. Sed quæ provincia est, ex qua illa fax excitare non d posset incendium? Itaque 3 e iidem, quasi providi cives & f senatores

c non *edd. vett.*

d possit *alii.*

e idem *MS.*

f feneratores *MS.*

impressoris erratum; *legatos ad eum.* Faërn. *Revirescere.*] Ita optimus liber, non, ut in aliis, *reviviscere.* Muretus. *Pristinæ spem reviviscere.*] Lambinus *revirescere:* non video quare. certe sic nulli mss. nostri, sic nulla editio. *Gruterus.* Sed ex Faërno & Mureto patet unde promtum sit *revirescere.* quod sane perquam elegans est. Ovid. VII. Metam. de Peliæ filiabus, quæ Medeæ artibus senem parentem rejuvenescere posse sperabunt:

Spes est virginibus Pelia subjecta creatis
Arte suam parili revirescere posse parentem.

Flor. Procem. *Præter spem omnium senectus imperii, quasi reddita juventuti revirescit.* Illi opponitur *consenescere.* Sic igitur Senatus tempore Julii Cæsaris consenuerat, qui nunc spe incipit iterum vigere. Si virides dicuntur adolescentes. Catullus: *Cui cùm sit viridissimo Nupta flore puella.* Horat. *Cui genua virent* ex Theocrito. *Gravius.*

2. *Nihil enim jam nisi modesta postulare.*] *Modeste* habet liber Vaticanus. *Ursin.*

3. *Iidem quasi providi cives & Senatores.*] Nihil mihi emendatius hoc loco, nihil sincerius videtur, cum in hos modo libros intueor: cum autem ad veteres aspectum & mentem refero, facere non possum, quin suspicer aliquid sub his mendi subesse: sed scripturam veterum librorum proponam, ut intelligas, an aliqua tamen ratione ducar ad male suspicandum. Lang. sic, *Idem quasi provendicius esset in Senatores.* Sc. *Provenditius esset in Senatores.* Alii, *provetlicius esset hii Senatores.* Liber Marcelli Cervini Cardinalis, *P. R. vindicius esset hi, &c.* quarum nullam omnino probo: nam hæc extrema (etenim ceteræ perspicue falsæ sunt) hæc, inquam, extrema, quæ præfert aliquam tamen speciem veri-

tes diligentes, bellicum me cecinisse dicunt, 4 suscipiunt partis patrocinium. Nonne sic disputant: g Irritari Antonium tum g Irritatum Faërn.

ritatis, nec ipsa mihi constare secum, nec cum inferiori videtur. nam primum quis unquam sic locutus est, ut diceret, *Ille P. R. vindicius est*, cum libertatis vindicem propugnatoremque significare vellet? propterea quod servus hoc nomine conjurationem, quæ facta erat contra P. R. libertatem, detulerit. Sed fac hunc fuisse Brutum illum Regum exactorem: quis unquam dixit, Antonius populi Romani Brutus est? Deinde hi Senatores non M. Tullium coarguebant improbitatis, quòd contra bonum s. civem patriæque amantem bellicum cecinisset: sed imprudentiæ, quòd irritasset hominem nequam, iracundum, impotentem, confidentem. Utinam, inquit ille, tam facile vera invenire possem quàm falsa convincere. Quod ego quoque vel hoc loco maxime possum dicere. Nullo enim negotio falsa redarguo: vera nullo modo reperio. Quid si sic emendemus? *Iidem quasi P. R. vindices essent, hi, &c.* Omnino melius: ut tamen omnino non acquiescam atque assentiar. Sequamur igitur impressos: præsertim cum bonam sententiam verbis non minus bonis enuntient. *Ferrarius. Iidem quasi providi cives & senatores.*] Hic quoque Ferrarius frustra se torquet, & in media luce ipse sibi tenebras objicit. integra enim est vulgata scriptura: & eam antiquissimi libri confirmat auctoritas. *Muretus.* Cum tanta sit librorum veterum varietas, quam vides in Ferrarii libris esse, quæ non minor est in illis quatuor, quos ego excussi, quàm cognosces in variarum lectionum libello, latet procul dubio aliquid. Maxime meos oculos & animum advertit Coloniensis, in quo quidem legitur *providi cives*, sed a recentiore manu scriptum est, cum quæ ante ibi exstiterant voces, quæ majus occuparant spatium, ut plurium fuerint litterarum, sint erasæ & hæ suppositæ; sed in eodem codice, pro *senatores diligentes*, scribitur *fœneratores diligentes.* quod sane vulgato longe præfero. Quid enim *diligentia* ad senatores? Patresfamilias sunt diligentes, qui attenti sunt ad rem, & curam magnam gerunt rei familiaris: & fœneratores sunt diligentes, qui pecuniam bene locant, & sollicitis articulis computant usuras. Hi vero maxime metuebant bellum civile. Tum enim illi sunt in maximo discrimine. Nam *rarus venit in cœnacula miles.* Hinc & Cicero dicit jocans v. ad Fam. epist. 6. *Nec putant ei nummos deesse, qui ex obsidione fœneratores exemerit.* hoc est, qui discussa conjuratione Catilinaria maximo periculo liberarit fœneratores, qui pecuniam aliis fœnori dabant. Sane in bellis civilibus præter direptiones, metuendæ sunt, multum sane amittunt. quæ de credito fœneratores, qui pecuniam in fœnore posuerunt. vid. Sueton. in Julio cap. 42. Itaque duce Coloniensi, ratione & sententia suffragante, secundis, ut spero, auspiciis huic loco sanitatem partim restitui. Nam priora verba *providi cives* videntur propter diversitatem codicum etiam nunc in mendo cubare. *Grævius.*

4. *Suscipiunt partis patrocinium, qui sic disputant.*] Ita Faërnus. sed in Vaticano aliter scriptum est, *suscipiunt patris* (ut ego suspicor pa-

nium non oportuit: nequam est homo ille atque confidens: multi prætereà improbi (quos quidem à se primùm numerare possunt, qui hæc loquuntur) [5] eos cavendos esse denuntiant. Utrùm igitur in nefariis civibus ulciscendis, cùm possis, an pertimescendis, diligentior cautio est?

4 II. ATQUE HÆC illi loquuntur, qui quondam propter levitatem populares [h] appellabantur. ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo civitatis statu, non voluntate fuisse populares. quî enim [i] convenit, ut, qui in rebus improbis populares fuerint, iidem in re una maximè populari, [6] quòd eadem salutaris [k] populo

h habebantur *Grav.*
i evenit *Lamb. & alii.*
k reip. sit *Grav.*

pacis) patrocinium: nonne sic disputant. Ursin. Lambinus recepit lectionem Mureti, quam & ipse sequerer, si *ut* esset in Vaticano. quod tamen legitur in Coloniensi, sed appositum ab alia manu recentiore quidem quàm ea est, quæ ipsas orationes scripsit, sed tamen satis antiqua, quæ fuit ante typographicæ artis inventionem, & quæ tam multa in illo codice interpolavit, addidit, erasit. In hoc igitur codice sic habetur: *Suscipiunt ut patris partis patrocinium.* Nimirum *ut patris* exstant inter duos versus cum hac nota Δ, alio atramento & manu exarata. Sic statim in sequentibus verbis, *qui sic disputant* itidem superscriptum est *nonne sic*, hoc modo: *nonne sic, qui sic disputant.* Sed verissimam esse conjecturam F. Ursini, quæ in præcedentibus verbis *pacis* legendum censet, ostendit Franc. prim. in quo clarissime *pacis* legitur. Et sententia hanc vocem flagitat. Illi me bellicum cecinisse dicunt, ipsi vero pacis patrocinium suscipiunt. Totum locum sic legendum & interpungendum judico: *Itaque iidem, quasi providi cives & feneratores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt, suscipiunt pacis patrocinium. Nonne sic disputant.* aut ex Coloniensi: *nonne, qui sic disputant?* Grævius.

5. *Eos esse cavendos denuntiant.*] *Eos cavendos esse denuntiant* O. I. V. Numerus Tullianus. & ut aliud ex alio: hunc locum a Demosthene transtulit, περὶ τοῦ Στεφάνου. Ὅτι τῶν πολιτευομένων παρὰ τοῖς Ἕλλησι διαφθαρέντων ἁπάντων ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ. Quod Demosthenes dixit ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ· Cicero, *a se primum numerare.* Varro de Lingua Lat. primum præteriit: *Mensium*, inquit, *nomina sunt aperta fere, si a Martio, ut antiqui instituerunt, numeres.* Ferrarius. Hunc locum Demosthenis annotavit etiam Victorius in Variarum lectionum lib. XII. cap. 24. Ferrarii tamen castigationes decennio ante quàm prodirent primi viginti quinque Variarum lectionum libri lucem viderunt. Nam hi Florentiæ sunt editi 1553. illæ a Carolo Stephano 1543. Sed Victorius addit alium Platonis ex Symposio. *Grav.*

6. *Quod eadem salutaris populo R. sit.*] Ex antiquo libro corrige, *Reip. sit.* & post pauca, detracta voce *iidem*, & converso ordine aliarum dictionum, lege, *vel potius se ipsi dicunt consulares.* & altero

lo Romano sit, improbos se quàm populares esse malint? me quidem semper ([l] ut scitis) adversatum multitudinis temeritati, hæc fecit præclarissima causa popularem.

Et quidem dicuntur, vel potiùs [m] se ipsi dicunt con- 5
sulares: quo nomine nemo dignus est, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. Faveas tu hosti? [n] ille litteras ad te mittat de sua spe rerum secundarum? eas tu lætus proferas? recites? describendas etiam des improbis civibus? 7 eorum augeas animos? bonorum spem virtutemque debilites? & te consularem, aut senatorem, [o] denique civem putes? Accipiet in optimam partem C. Pansa, fortissimus consul atque optimus. etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum, mihi hominem familiarissimum, nisi talis consul esset, ut omnes vigilias, curas, cogitationes in reipublicæ salute [p] configeret, consulem non putarem.

Quamquam nos ab ineunte illius ætate usus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas similitu- 6
doque devinxit: 8 ejusdemque cura incredibilis in asperri-

l uti *alii* prout *MS.*

m *alii* iidem ipsi se.

n *alii* literas tibi ille.

o *alii* aut denique.

p defigeret *Lamb. Manut.* confisceret *Gul.* P. B.

ro versu, pro *litteras tibi ille mittat*; *ille litteras ad te mittat.* & paulo post, detractâ *aut* disjunctivâ, denique *civem putes*, & infra, ubi est, *cognationes in reip. salute configeret*, legendum *defigerit*; ut libro XIV. harum orationum, *Qui omnes suas curas in reip. salute defigunt.* Faërnus.

7. *Eorum augeas animos? bonorum spem virtutemque debilites?*] Mureti editio: *eorum augeas furorem? animos bonorum, spem virtutemque debilites.* Si hæc promisisset ex Vaticano Muretus, valde probarem. Sed quia hic silet Faërnus, qui diligenter scripturam a vulgato discrepantem hic annotavit ex vetustissimo illo libro, præcipue in hac & sequente φιλιππικῇ, ut & Fulvius, a vulgata recedere non sum ausus, quam etiam servavit Faërnus & Manutius. Sed jam video unde *furorem* sit natum. Procul dubio deprehendit Muretus in Vaticano, quod ego in Coloniensi, Amsterod. & meo pervetusto, nec non antiqua Mediolanensi deprehendi: *improbis civibus? Forum augeas animos.* ita corrupte scribitur pro *eorum.* Hoc ille refinxit in *furorem.* At Francii liber longius abit a ceterorum omnium scriptura: *recites describendas. & jam des improbis civibus ferrum. augeas animos bonorum, spem virtutemque debilites.* Grævius.

8. *Ejusdemque cura incredibilis, in asperrimis belli civilis periculis perspecta docuit non modo salutis, sed etiam dignitatis meæ fuisse fautorem.*] Ita in Vaticano codice scriptus hic locus reperitur, excepto verbo *fautorem*, quod ab imperito librario in *factorem* mutatum fuit. *Ursin.* *Devinxit: ejusdemque cura incredibilis &c.*] Secutus sum fidem Lambini, qui ita legi in Vaticano exemplari prodi-

rimis belli civilis periculis perspecta, docuit non modò salutis, sed etiam dignitatis meæ fuisse fautorem: tamen eundem, ut dixi, nisi talis consul esset, negare esse consulem auderem. idem non modò consulem esse dico, sed etiam memoriâ meâ præstantissimum atque optimum consulem, non [q] quin pari virtute & voluntate alii fuerint: sed tantam causam non habuerunt, in qua & virtutem & voluntatem suam declararent. Hujus magnitudini animi, gravitati, sapientiæ, tempestas est oblata formidolosissimi temporis. Tum autem illustratur consulatus, cùm [r] gubernat rempublicam, si non optabili, [s] at necessario tempore. magis autem necessarium, patres conscripti, nullum tempus umquam fuit.

q quia non *Grut. & alii.*

7

r gubernavit *Muret.* s ac *MSS. malè.*

III. ITAQUE ego ille, qui semper pacis auctor fui, cuique pax, præsertim civilis, quamquam omnibus bonis, [9] [t] tamen in primis fuit optabilis: (omne enim curriculum industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis, elaboratum est: hinc honores amplissimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatem, si quam habemus, consecuti sumus).

t mihi tamen *Grut. & alii.*

8 Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus, qui, quantuscumque sum (nihil enim mihi [v] arrogo) sine pace civili certè non fuissem (periculosè dico: quemadmodum accepturi, patres conscripti, sitis, horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestræ dignitatis retinendæ & augendæ quæso oroque vos, patres conscripti, ut primò [x] si erit vel acerbum auditu, vel incredibile à M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione, quod dixero: neve id priùs quàm, quale sit, [y] explicavero, repudietis). Ego ille, dicam sæpiùs, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo. Magna spe ingredior in reliquam orationem, patres conscripti, quoniam periculosissimum locum silentio sum prætervectus.

v adrogo *Faërn.*

x etsi *Grav. & alii.* y *alii* explicaro.

P. CCXI.

Cur

tum ait à Mureto. nostri enim adhærent vulgato; *conjunxit: ejusdemque curam incredibilem &c. perspexi non modo salutis &c. meæ: tamen &c.* Gruter.

9. *Mihi tamen in primis.*] Delenda est vox *mihi.* ex auctoritate antiqui libri, quæ & alioqui supervacanea est. Sufficit enim quod supra dixit, *cuique.* & post nonnulla, pro *judicavistis*, *judicaritis.* pro *quasi vero*, *nisi vero*, & pro *meritos quidem illos*, *meritos illi quidem.* & pro *judicaveritis*, *judicavistis*, & pro *illius generis*, *istius generis.* Faërnus.

10. Cum

Cur igitur pacem nolo? quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. quæ tria dum explico, peto à vobis, patres conscripti, ut eadem benignitate, qua soletis, verba mea audiatis. Quid est inconstantiâ, mobilitate, levitate, cùm singulis hominibus, tum verò universo senatui, turpius? quid porrò inconstantius quàm, quem modò hostem non verbo, sed re, multis decretis, z judicavistis, 10 cum hoc subitò pace velle conjungi?

z *alii* judicastis, *aut* judicaritis. 10

a Nisi verò, cùm C. Cæsari meritos b illi quidem honores & debitos, sed tamen singulares & immortales, decrevistis, unam ob causam, quòd contra M. Antonium exercitum comparavisset, non hostem Antonium judicaveritis: nec tum hostis est à vobis judicatus Antonius, cùm laudati c auctoritate vestra veterani milites, qui Cæsarem secuti essent: nec tum hostem Antonium d judicavistis, cùm fortissimis legionibus, quòd illum, qui consul appellabatur, cùm esset hostis, reliquissent, vacationes, pecunias, agros spopondistis.

a *alii* Quasi.
b illos *alii*.
c sunt auct. *alii aut* judicastis.
d judicaveritis *alii*.

IV. QUID? CÙM 11 Brutum, omine quodam illius 11 ge-

10. *Cum hoc subitò pace velle conjungi?*] Sic Pal. pr. at sec. *pacem velle conjungitur.* forte fuit. *pacem velle?* sine altera voce. *Grut.*

11. *Brutum, hominem quondam illius generis & nominis natum ad remp. liberandam.*] Sic o. l. Ego sic, *Omine quodam illius generis & nominis:* ut sit illi simile de M. Bruto in x. Phil. *Cùm sua excellentissima virtute reip. natus, tum fato quodam materni generis & nominis.* Natus igitur erat D. Brutus quodam omine illius nominis, ut quemadmodum L. ille Brutus Regibus exactis, ita hic, interfecto tyranno, patriam in libertatem vindicaret. Ab eadem ratione dixit in III. accus. *Dixit idem Dolabellam impetrasse omen magis, P. C. quàm causa placuit.* Et in Rul. *Nequete, P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia simili furore deterrent.* & Livius lib. VII. *Redieruntque res ad Camillum, cui unico Consuli vel ob aliam dignationem haud subjiciendam dictatura, vel ob omen faustum ob Gallicum tumultum cognominis dictatorem arrogari, haud satis decorum visum est patribus.* Sed enim hæc omnium mentio facta memoriam mihi attulit loci illius de Divin. lib. I. *Prærogativam etiam majores omnes justorum comitiorum esse voluerunt.* Et illius in II. lib. *Jam illa, favete linguis & prærogativam omnium comitiorum.* Quibus in locis, pro *omnes* & *omnium*, *omen* reponendum est. id indicat pro Planc. *An tandem una centuria prærogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit.* Et planius etiam pro Mur. *Etenim si tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prærogativa.* Ferrar. *Quid cum Brutum omine quodam.*] Vetus liber, *homine quodam.* Sed hic error frequens est in veteribus libris. *Muret.*

generis & nominis natum ad rempublicam liberandam; exercitumque ejus pro libertate populi Romani bellum gerentem cum Antonio, provinciamque fidelissimam atque optimam, Galliam, laudibus amplissimis affecistis, tum non hostem judicastis Antonium? quid? cùm decrevistis, ut [c] consules alter ambove ad bellum proficiscerentur: quod erat bellum, si hostis Antonius non erat?

c cos. *Faërn. & alii.*

12 [12] Quid igitur profectus est vir fortissimus, meus collega & familiaris, A. Hirtius [f] consul? at qua imbecillitate? qua macie? sed animi vires corporis infirmitas non retardavit. æquum, credo, putavit, vitam, quam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere.

f consul *non est in edd. vett.*

P. B.

13 Quid? cùm delectus haberi totâ Italiâ jussistis, cùm vacationes omnes sustulistis, tum ille hostis non est judicatus? armorum officinas in urbe videtis: [13] milites cum gladiis sequuntur [g] consulem: præsidio sunt specie consuli; re & veritate nobis: omnes sine ulla recusatione, summo etiam cum studio, [h] nomina dant: parent aucto-

14 ritati vestræ. non est judicatus hostis Antonius? At legatos misimus. Heu, me miserum! cur senatum cogor, quem laudavi semper, reprehendere? quid? vos censetis, patres conscripti, legatorum missionem [i] populo Romano vos probavisse? non intelligitis, non auditis, meam sententiam flagitari? cui cùm pridie frequentes essetis assensi; postridie ad spem estis inanem pacis devoluti. Quàm turpe porrò est, legiones ad senatum legatos mittere, senatum ad Antonium? quamquam illa legatio non est: denuntiatio est, paratum illi exitium, nisi paruerit huic ordini. Quid [k] refert? tamen opinio est gravior. missos enim legatos omnes vident: decreti [l] vestri non omnes verba noverunt.

g consuli præsidio *edd. vett.*
h nominandi *MS.*
i populum Rom. probavisse *Grut. & alii.*
k refert tamen? *Lamb.*
l nostri *alii.*

V. RE-

12. *Quò igitur profectus est.*] Tu ex antiquo libro lege, *quid igitur.* & post aliqua, pro *populum Rom. probavisse*, *populo Rom. vos probavisse.* & infra, ubi est, *quid refert? tamen opinio est gravior*, arbitror ego non post *refert*, sed post *tamen* distinguendum. & altero versu, pro *decreti vestri*, legendum ex antiquo libro, *decreti nostri.* sicut sequenti versu, pro *vobis*, *nobis.* Faërnus.

13. *Milites cum gladiis sequuntur. Consuli præsidio sunt: specie Consuli, &c.*] *Milites cum gladiis sequuntur Consulem: præsidio sunt specie Consuli* o. l. v. præclarè. *Ferrarius.*

14. *Li-*

V. RETINENDA est igitur [m] vobis constantia, gravitas, perseverantia. repetenda [n] est vetus illa severitas: siquidem auctoritas senatûs, decus, honestatem, laudem [o] dignitatemque desiderat: quibus hic ordo caruit nimiùm diu. Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen justa. nunc nulla est. [14] Liberati tum regio dominatu videbamur: multo postea graviùs urgebamur armis domesticis. ea ipsa depulimus [p] nos quidem, sed extorquenda sunt. quod si non possumus facere (dicam, quod dignum est & senatore & Romano homine) moriamur.

Quanta [q] enim erit illa reipublicæ turpitudo, quantum 15
dedecus, quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco? cujus ut omittam innumerabilia scelera urbani consulatûs, in quo pecuniam publicam maximam dissipavit, exsules sine lege restituit, vectigalia [r] vendidit, provincias de populi Romani imperio sustulit, regna addixit pecuniâ, leges civitati per vim imposuit, [s] armis aut obsedit aut exclusit senatum: ut hæc, inquam, omittam: ne hoc quidem cogitatis, eum, qui Mutinam, coloniam populi Romani firmissimam, oppugnarit, imperatorem populi Romani, consulem designatum, obsederit, depopulatus agros sit, hunc in eum ordinem recipi, à quo toties ob has ipsas causas hostis judicatus sit, quàm fœdum flagitiosumque [t] sit? Satis multa 16
de turpitudine. Dicam deinceps, [v] ut proposui, de peri-

m nobis *alii.*
n est *alii non habent.*
o *Grut. & alii* dignitatem.
p nunc quidem vi ext. *edd. vett.*
q enim *deest in edd. vett.*
P. CCXII.
r divend. *Muret.*
s armis obs. *edd. vett.*
t sit, videmus *alii.*
v quod *multi alii.*

14. *Liberati tum regio dominatu videbantur.*] Hoc tantum l. scripti ab impressis discrepant: quod pro *tum* nonnulli *tam*: pro *videbamur* nonnulli *nitebamur*, alii *verebamur*, *urgebamur* alii. Ego sic emendandum arbitror. *Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen justa: nunc nulla est liberatis jam regio dominatu: urgebamur armis domesticis: ea ipsa depulimus.* sententia aperta est. *Ferr. Nunc nulla est libertatis jam regio dominatu. urgebamur armis domesticis, ea ipsa depulimus: nunc quidem vi extorquenda sunt.*] Multa hic desunt, aliquot abundant, nonnulla mutata sunt. quæ sic restituimus: *Nunc nulla est. liberati regio dominatu videbamur: multo postea gravius urgebamur armis domesticis: ea ipsa depulimus nos quidem: extorquenda sunt.* arma autem domestica appellat arma Antonii, quibus in urbe utebatur. quæ non sufficere dicit urbe depulisse, sed oportere ubicunque sint extorqueri e manibus Antonio. *Faërnus. Liberati tum regio dominatu &c.*] Secutus sum Manutium & Lambinum, arbitratus hanc eorum lectionem manasse à codice Vaticano. nam lectio vulgata turpiter mutila erat, quod decepti similitudine literarum librarii transilierant, *multò postea gravius urgebamur.* Grut.

riculo: quod etsi minùs est fugiendum quàm turpitudo: tamen offendit animos majoris partis hominum magis.

VI. Poteritis igitur exploratam habere pacem, cùm in civitate Antonium videbitis, vel potiùs Antonios? nisi fortè contemnitis Lucium. ego ne Cajum quidem. sed, ut video, dominabitur Lucius. est enim patronus xxxv. tribuum, quarum sua lege, [15] qua cum C. Cæsare magistratus partitus est, suffragium sustulit: patronus centuriarum equitum [x] Romanorum, quas [y] item sine suffragio esse voluit: [16] patronus eorum, qui tribuni militares fue-

x *alii non habent* Roman.
y *alii* idem.

15. *Qua cum C. Cæsare magistratus partitus est.*] Legem tulit, ut, qui magistratûs populi suffragiis quotannis creari solerent, eos in biennium Cæsar, ad Parthicum bellum iturus, designare posset. itaque consules designavit in annum sequentem Pansam & Hirtium, in alterum D. Brutum, L. Plancum. Impetrasse videtur a Cæsare lator legis Lucius, ut partem magistratuum amicis suis daret. quod Cicero contumeliosis verbis Lucio, tamquam de tribubus & centuriis, a quibus utrisque statuâ honoratus fuerat, male merito exprobrat. *P. Manut.* *Cum C. Cæsare magistratum sortitus est.*] *Magistratus partitus est* o. l. v. præclare. Quid sibi velit Cicero Suetonius in vita Jul. Cæs. declarat: *Comitia*, inquit, *cum populo partitus est: ut, exceptis Consulatûs competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiaretur: pro altera parte, quos ipse dedisset.* ut autem hoc Cæsari liceret, L. Antonium legem tulisse ex oratione Ciceronis licet intelligere. *Ferrarius.* Rectè *magistratus* emendarunt. Nam *magistratum* in numero multitudinis unum tantum Latinis hominem notat, qui magistratum gerit, sed *magistratus* in numero multitudinis sunt plures homines in magistratu constituti, aut collegium magistratuum, ut alibi pluribus notavi. *Grav.*

16. *Patronus fori, qui Tribuni militares fuerunt.*] Hoc quidem non esse plenum videre cuivis licet. Veneti ita, *Patronus fori, in quo ei tribuni militares statuerunt:* Ut sit, *statuerunt*, statuam posuerunt. Forte duriuscule, nisi ausit aliquis facere, *statuam statuerunt.* Camer. *Patronus fori.*] Eodem modo l. v. nonnulli non ita veteres quidem, sed tamen scripti, *patronus eorum.* quod rectum esse judico. id ex Phil. vi. apparet. Hunc autem errorem genuit (opinor) similitudo litterarum. nam cum veteres illi antiqui litterarum formis in scribendo uterentur, Majusculæ quæ nostrâ linguâ nominantur: quam in sententiam homines doctissimi discessionem (ut ita dicam) fecerunt, in eis vir cùm omni doctrinæ atque virtutis laude cumulatus, tum vero bene peritus antiquitatis, & doctus, & intelligens hujusce generis existimator Marcellus Cervinus Cardinalis: cum igitur hunc in modum litteras deformarent, hinc fiebat incuriâ librariorum, ut E. & F. propter similitudinem inter se locum sæpe commutarent. Hinc innumerabilia menda gignebantur. hinc pro Planc. *Eorum pressi*, pro *Forum pressi.* ut in ep. ad Pap. Pæt. *Urgeo forum* dixit,

fuerunt: patronus Jani medii. [z] O dii! quis hujus potentiam poterit sustinere? præsertim cùm [a] eosdem in agros etiam deduxerit. quis umquam omnes tribus? quis equites Romanos? quis tribunos militares? Gracchorum potentiam majorem fuisse arbitramini quàm hujus gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui planè & Latinè loquuntur. Mirmillo in Asia depugnavit. cùm ornasset [b] Threcidicis comitem & familiarem suum, illum miserum fugientem [c] jugulavit: luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. 17

18 Qui familiarem jugularit, quid [d] hic, occasione data, faciet inimico? & [e] qui illud animi causâ fecerit, hunc prædæ causâ quid facturum putatis? non rursus improbos decuriabit? non sollicitabit rursus agrarios? [17] non quæret expulsos? M. verò Antonius non is erit, ad quem omni motu concursus [f] fiat civium perditorum? Ut nemo sit alius, nisi [g] ii, qui unà sunt, & [g] ii, qui hîc ei nunc apertè favent: parumne erunt multi? præsertim cùm bonorum [h] præsidia [i] cesserint, illi parati sint ad nutum futuri? Ego verò metuo, si hoc tempore [k] consilio lapsi

z O dii *deest in MSS.*
a eosd. ministros etiam in *Muret.*
b *alii* Thræcid. P. B.
c occidit *MS.*
d is *Faërn. Lamb.*
e quid illum a. e. facturum? non. *MS.*
f sit *MSS.*
g illi *alii.*
h præsidiis *Muret.*
i discess. *edd. vett.*
k consilii *Muret.*

dixit. Hinc lib. II. de Leg. *Quod autem eorum id est vestibulum sepulcri usucapi vetat.* pro *forum.* *Forum*, inquit Sex. Pompejus, *antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dici solet.* In Varronis quoque lib. II. de Re Rust. ex eadem causa mendum, meo quidem judicio, conflatum est: *Antequam calores aut frigora se exegerint.* Quo in loco l. vetustissimi *eregerint:* ego *fregerint:* ut in lib. I. de Orat. *Dum se calor frangat.* Hinc ex *eorum*, *forum* primo: deinde, cum id consequens non videretur, *fori* natum. *Ferrarius.* *Patronus eorum, qui Tribuni militares fuerunt.*] In manuscripto aliter legitur, &, ut mihi videtur, melius: *Patronus fori, in quo ei statuam Trib. militares statuerunt.* Ursinus. Si ex Vaticano hanc scripturam hausisset Fulvius, sine mora illam amplecterer. Sed cum ejus nullam faciant mentionem Faërnus & Muretus, nec cujus illa libri sit constet, non sustinui vulgatam immutare. *Patronus fori* in meo sane, Coloniensi, Francii & Amsterod. scribitur, ut & in editionibus antiquioribus. *Grav.*

17. *Non quæret urbe expulsos?*] Ita emendavi, duabus litteris de meo additis: nam in vetere erat, *quæret ur expulsos.* Muretus. Mureti conjecturam, ut verisimiliorem atque adeo, meo quidem judicio, certam & veram, probo, qui ex antiqua scriptura, aliquantum depravata, *non quæret ur. expulsos?* sic restituit, *non quæret urbe expulsos?* nam Faërnus sic edidit, *non quæratur expulsos?* non minus probo, *Lambinus.*

lapsi erimus, ne illi brevi tempore nimis multi nobis esse
19 videantur. Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine bellum [l] involutum reformido. Quare si pace frui volumus: bellum gerendum est. [18] si bellum omittemus: [m] pace numquam fruemur.

VII. Est autem [n] vestri consilii, patres conscripti, in posterum quàm longissimè providere. [19] Idcirco in hac custodia, & tamquam in specula, collocati sumus, [20] ut vacuum metu populum Romanum nostrâ vigiliâ & [o] prospicientiâ redderemus. Turpe est summo consilio orbis terræ, præsertim in re tam perspicua, consilium [p] intelligi defuisse.

20 Eos consules habemus, eam populi Romani alacritatem, eum consensum Italiæ, eos duces, eos exercitus, ut nullam calamitatem respublica accipere possit sine culpa senatûs. Equidem non deero, monebo, [q] prædicabo, denuntiabo [r] & testabor semper deos hominesque, quid sentiam: nec solùm fidem meam, quod fortasse [s] videtur satis esse, [21] sed in principe civi non est satis, curam,
21 consilium [t] vigilantiamque [v] vestram præstabo. Dixi de periculo: docebo, ne [x] coagmentari quidem posse pacem. de tribus enim, quæ proposui, hoc extremum est.

VIII. Quæ potest esse pax M. Antonio primùm cum

l obvolut. *Lamb.*
m pacem *MS.*
n nostri *edd. vett.* veteris *MSS.*
o providentiâ *alii.*
p intelligendi *Grut. & alii.*
q prædicam *alii.*
r & *deest in ed. Faërn.*
s videatur *multi alii.*
t vigiliamque *MS.*
v vestram *deest in aliis.*
x coaugmentari *MS.*

18. *Si bellum omittemus.*] Antiquus liber, pro *omittemus*, habet *omittimus.* pro *pace*, *pacem.* in hunc modum: *Si bellum omittimus, pacem numquam fruemur.* & paulo post, ubi est, *& providentia*, legendum *& prospicientia.* & item post pauca, pro *intelligendi*, reponendum *intelligi*; ut sic totus locus legatur: *turpe est summo consilio orbis terræ, præsertim in re tam perspicua, consilium intelligi defuisse.* & paulo post, pro *prædicabo*, *prædicam*, *denuntiabo*, *testabor &c.* & infra, pro *fortasse videtur*, *fortasse videatur.* & post aliqua, pro *steterunt*, *sederunt.* & paulo infra, pro *itaque quod*, *ita quod.* Faërnus.

19. *Idcirco in hac custodia & tanquam specula,*] Ita Faërnus: sed ex Vaticanæ scripturæ vestigiis *custodiet* legi potest, *Idcirco in hac custodia tanquam specula &c.* Ursin.

20. *Ut vacuum metu populum R.*] Liber Vaticanus habet, *vacuo omni metu populum R.* ut quin *vacuum omni*, *&c.* legendum sit dubitari non possit. *Idem.*

21. *Sed in principe cive non satis est.*] Pro *cive* Priscianus *civi.* o. l. v. *non est satis.* Ferr. *Civi* etiam præ se fert Faërni editio, Manutii & Gruteri, quod respuerunt Muretus & Lambinus. In præcedentibus etiam *denuntiabo & testabor*, auctoritate Vaticani, copulam delevit Faërnus, quem sequor. Est enim hoc ἀσύνδετον hic & elegans & efficax. *Gravius.*

22. Qui

cum senatu? quo ore ille vos poterit, quibus vicissim vos P. CCXIII.
illum oculis intueri? [y] quis vestrûm illum, quem ille ve- [y] qui *alii*.
strûm non oderit? Age, vos ille solùm, & vos illum?
quid? ii, qui Mutinam circumsedent, [22] qui in Gallia
delectus habent, qui in [z] nostras fortunas imminent, ami- [z] vestras *Faërn. &*
ci umquam [a] nobis erunt, aut nos illis? an equites Ro- *MS.*
manos amplectetur? occulta enim fuit eorum voluntas [a] vobis
judiciumque de M. Antonio: qui frequentissimi in gradi- *Faërn.*
bus Concordiæ [b] steterunt: qui vos ad libertatem [c] recu- [b] sederunt *Lamb. &*
perandam excitaverunt: [23] arma, saga, bellum flagita- *alii.*
verunt: me unà cum populo Romano in [d] concionem [c] recipe-
vocaverunt. rand. *alii*.

Hi Antonium diligent? cum his pacem servabit Anto- 22
nius? Nam quid ego de universo populo Romano dicam? [d] conten-
qui pleno ac referto foro bis me una mente atque tionem *MS.*
voce in [e] concionem vocavit, declaravitque maximam [e] conten-
libertatis recuperandæ cupiditatem. [f] Ita quod erat opta- tionem
bile anteà, ut populum Romanum comitem haberemus, *MS.*
nunc habemus ducem. Quæ est igitur spes, qui Mutinam [f] *Grut. &*
circumsedent, imperatorem populi Romani exercitum- *alii* Itaque.
que [g] oppugnant, iis pacem cum populo Romano [h] esse [g] oppugnantes pa-
posse? An cum municipiis pax erit, quorum tanta studia cem *edd.*
cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pe- *vett.*
cuniis pollicendis, ut in singulis oppidis curiam [i] populi 23
Romani non desideretis? [h] habere

IX. LAUDANDI sunt ex hujus ordinis sententia Fir- *ead. edd.*
mani, qui principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. respon- [i] populus Rom. non
dendum honorificè est Marrucinis, qui ignominiâ notan- desideret
dos censuerunt eos, [k] si qui militiam subterfugissent. hæc *MS.*
jam totâ Italiâ fiunt. magna pax Antonio cum [l] his, his [k] *alii non habent* si.
item cum illo. quæ potest major esse discordia? in dis- [l] *ita MSS.*
cordia autem pax civilis [m] nullo pacto esse potest? Ut *aliter alii.*
omittam multitudinem: L. [n] Visidio, equiti Romano, 24
homini in primis ornato atque honesto civique semper [m] ullo
egregio, cujus ego excubias [o] & custodias mei capitis *Grut.*
cognovi in consulatu meo: [24] qui vicinos suos non co- P. B.
hor- [n] Nasidio *alii.*

22. *Qui in Gallia delectus habent?*] Jussu M. Antonii, ut ex Phil. VIII. constat. nam in Italia delectus habebatur, jussu Pansæ consulis, itaque in ep. ad Cassium, *Magnas Roma Pansa copias ex delectu Italiæ comparat.* P. Manut. [o] custodiasque *alii.*

23. *Arma, saga, bellum flagitaverunt.*] Liber Vaticanus, *Armato bellum flagitaverunt.* Ursin.

24. *Qui vicinos suos.*] Vetus liber, *qui cives suos.* Idem.

hortatus est solùm, ut milites fierent, sed etiam facultatibus suis sublevavit: huic, inquam, tali viro, quem nos senatusconsulto [25] collaudare debemus, poteritne esse pacatus Antonius? p quid? C. Cæsari? qui illum urbe; quid D. Bruto, qui Galliâ prohibuit?

p quid Cæsari *alii.*

25 Jam verò ipse se placabit & leniet provinciæ Galliæ, [26] à qua exclusus & repudiatus est? Omnia videbitis, patres conscripti, nisi prospicitis, plena odiorum, plena discordiarum: ex quibus oriuntur bella civilia. Nolite igitur q id velle, quod fieri non potest: & cavete, per deos immortales! patres conscripti, ne spe præsentis pacis perpetuam pacem amittatis.

q id *deest in aliis.*

26 Quorsum hæc omnis spectat oratio? quid enim legati egerint nondum scimus. [27] At verò erecti, citati, parati, armati animis r jam esse debemus, ne blanda aut supplici oratione, aut æquitatis simulatione fallamur. omnia fecerit oportet, quæ interdicta & denuntiata sunt,

r tamen esse *Muret. Lamb.*

25. *Collaudare debemus.*] Sic ex Vatic. Faërnus, Muretus, Lambinus, Manutius. Sed omnes quatuor codices, quos ego inspexi, *quem nos senatusconsulto laudaremus.* non male. sed ed. Mediolanensis & aliæ vetustiores, *quem nos senatusconsulto laudavimus.* Grævius.

26. *A qua exclusus.*] Retineo, *exclusus:* quamquam *expulsus* habet vetus liber. nam Ciceronem de eadem Gallia ita video locutum Phil. VIII. *Quam igitur municipiis & coloniis ad excludendum Antonium auctoritatem damus?* P. Manut.

27. *At vere erecti, citati, parati, armati.*] Locus hic mihi nonnihil suspectus est: nam verbum illud, *citati* s. & animum & aures graviter offendit: non quo id ipsum nunc primum accipiant: sed vim ejus atque sententias, in quibus poni solet, hoc loco non agnoscunt. etenim cum modo celeritatem significet, ut *citatum flumen, agmen*, in eum locum *citatim* contendit: modo laudare & vocare: ut auctores, libri citantur testes, accusatores, rei, judices: hic, in utramvis partem acceperis, ad sententiam non satis apte convenerit: ut interdum veniat in mentem suspicari, pro *citati, cuncti* esse reponendum. quoniam tamen omnes l. contra faciunt, nobis persuaderi sinamus, *citati* hoc loco idem valere, quod *excitati.* Ferrar. *At vero excitati, erecti.*] Ita est in libro vetere: non, ut in aliis, *citati.* Muretus. Miror Gruterum & qui eum sunt secuti tam crassum mendum non correxisse, cum tamen id facile potuerint facere, si consuluissent Lambini & Manutii editiones, cum Faërno & Mureto carerent, quod tamen in hac ipsa oratione in nonnullis locis recte constituendis fecit Gruterus. Pro *armati animis jam esse*, Muretus & Lambinus ediderunt, *parati animis tamen esse;* sed Faërnus cum Manutio non recedunt a vulgatis. *Græv.*

28. *Qui-*

sunt, priùs quàm aliquid postulet: Brutum exercitumque ejus oppugnare; urbes & agros provinciæ Galliæ populari destiterit: ad Brutum adeundi legatis potestatem fecerit, exercitum citra flumen Rubiconem eduxerit, nec propius urbem millia passuum ducenta admoverit: fuerit & in senatûs & in populi Romani potestate. hæc si fecerit, erit integra potestas nobis deliberandi. si senatui non paruerit, non illi senatus, sed ille populo Romano bellum indixerit.

Sed vos moneo, patres conscripti, libertas agitur po- 27
puli Romani, quæ est commendata vobis: vita & [f] fortunæ optimi cujusque, quò cupiditatem infinitam cum immani crudelitate jampridem intendit Antonius, auctoritas vestra, quam nullam habebitis, nisi nunc [t] tenueritis. tætram & pestiferam belluam, ne inclusam & constrictam dimittatis cavete. Te ipsum, moneo, Pansa, (quamquam non eges consilio, quo vales plurimùm: tamen [v] etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent) hunc tantum tuum apparatum tamque præclarum ne ad nihilum recidere patiare. tempus habes tale, quale nemo habuit umquam. hac gravitate senatûs, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore populi Romani potes in perpetuum rempublicam metu & periculo liberare. 28 [x] Quibus de rebus refers; P. Servilio adsentior.

[f] fortuna *edd. vett.*

[t] *ita MSS.* retinuer. *Grut. & alii.*

P. CCXIV.

[v] & sum. *edd. vett.*

[x] *seqq. desunt in edd. vett.*

28. *Quibus de rebus refers; P. Servilio.*] In fine hujus septimi libri hæc verba addenda sunt, *quibus de rebus refers, P. Servilio assentior.* hæc autem ad Pansam Consulem, ad quem jam sermonem verterat, dicit. ob relationem ab eo factam de Appia via & de moneta. *Faërn.* *Quibus de rebus refers, P. Servilio assentior.*] Mirum videri poterat, Ciceronem tota hac oratione nihil dixisse de iis, quæ ad senatum relata erant: cum hæc postrema verba in aliis libris, magno librariorum flagitio, nulla essent. *Muretus.* *Quibus de rebus refers, P. Servilio adsentior.*] Hæc recenter accedunt Ciceroni, patrum editionibus nondum aderant. credo orta a Faërni aut Mureti notis. interim comparent parte sui in Pal. sec. abest enim ei, *de rebus.* Gruterus.

P. B.

M. TULLII CICERONIS IN M. ANTONIUM PHILIPPICA OCTAVA.

ORATIO TERTIA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Mortuo in legatione Ser. Sulpicio, L. Piso & L. Philippus intolerabilia ab Antonio ad senatum postulata retulerunt. tum senatus bellum indixit Antonio, sed in S. C. nonnullorum suasu tumultum appellare maluit quàm bellum. id Cicero reprehendit, quasi leniore senatu, quàm in eum oporteret esse, qui ei non pareret, Mutinamque nihilo segnius post auditam legationem quàm antea oppugnaret. Deinde cum Caleno, adhuc de pace agente, pacisque commoda commemorante, & Massiliensium commoda oppugnante, acerbè queritur: & simul eos accusat, qui mittendos iterum ad Antonium legatos censuerant. Pisonem & Philippum increpat, qui mandata Antonii, tamquam ejus legati, non tamquam a senatu missi, retulissent. Reprehendit senatores Antonio faventes. Decernendum censet, ut iis, qui cum Antonio sint, potestas detur ad sanitatem redeundi ante idus Mart. primas: bene merentibus gratia referantur: proficiscendi ad Antonium, excepto ejus legato Q. Vario Cotyla, nemini facultas concedatur. P. Manutius.

1 I. CONFUSIUS hesterno die est acta res, C. Pansa, quàm postulabat institutum consulatûs tui. Parum mihi visus es eos, quibus cedere non soles, sustinere. Nam cùm senatûs ea virtus fuisset, quæ solet: & cùm re viderent omnes esse bellum, quidamque id verbum removendum arbitrarentur: tua voluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior. Victa est igitur propter verbi asperitatem, te auctore, nostra sententia. [1] Vicit L. Cæsa-

1. *Vicit L. Cæsaris, amplissimi viri.*] *Vicit L. Cæsar, amplissimus vir* o. l. v. quod ut probem faciunt verba consequentia. *Ferrarius. Vicit L. Cæsaris, amplissimi viri.*] Hæc est veteris libri scriptu-

ſaris, ampliſſimi viri, qui verbi atrocitate dempta, oratione fuit quàm ſententiâ lenior. Quamquam is quidem, antequam ſententiam diceret, propinquitatem excuſavit. Idem fecerat, me conſule, in ſororis viro, quod hoc tempore in ſororis filio fecit, [a] ut & luctu ſororis moveretur, & ſaluti reipublicæ [a] provideret.

a provideat MS.

2 Atque ipſe tamen Cæſar præcepit vobis quodammodo, patres conſcripti, ne ſibi aſſentiremini, cùm ita dixit, aliam ſententiam ſe dicturum fuiſſe, eamque ſe ac republica dignam, niſi propinquitate impediretur. Ergo ille avunculus. num etiam vos avunculi, qui illi eſtis aſſenſi? At in quo fuit controverſia? Belli nomen ponendum in ſententia quidam non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non modò rerum, ſed etiam verborum. poteſt enim eſſe bellum ſine tumultu: tumultus eſſe ſine bello non poteſt.

3 Quid enim eſt [b] aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, [3] ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum eſt tumultûs. Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quòd erat domeſticus; tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea [c] nullum nominabant. Gravius autem tumultum eſſe quàm bellum hinc intelligi licet, quòd [4] bello [d] vacationes valent, [e] tumultu non valent. ita fit, quemadmodum dixi, ut bellum ſine tumultu poſſit, tumultus ſine bello eſſe non poſſit.

b aliud deeſt in edd. vett.

P. CCXV.

c nullum tumultum Grut.

d Gallico addunt MSS. alii Italico.

4 Etenim cùm inter bellum & pacem medium nihil ſit: neceſſe eſt, tumultum, ſi belli non ſit, pacis eſſe. quo quid ab-

e tumultus MSS.

ſcriptura, quam qui repudiarunt, parum conſiderate fecerunt. *Muretus.* Miror Ferrarii libros, quos tamen Gruterus & recentiores ſequuntur. Omnes quatuor, quos ego verſavi, cum Vaticano tuentur, *L. Cæſaris, ampliſſimi viri.* Græv.

2. *Ut & luctu ſororis moveretur, & ſaluti &c.*] Sic quidem Pal. pr. at ſec. pro his ipſis habet, *ne in nepotem moveretur, & ſaluti*, quod & in omnibus ferè libris Ferrarii, ideoque omnia cenſuit delenda. at malim ego, *ut & in nepotem moveretur, & ſaluti &c.* Grut.

3. *Ut major timor oriatur.*] Janus noſter Douſa pater in Plautinis reponendum putabat *tumor*, qui conſulatur lib. priore cap. 4. Explanationum. vix enim eſt quin ea vox ſubſtitui debeat vulgatæ. *Idem.*

4. *Bello Italico.*] Delendum videtur, *Italico*, ut ſententiæ repugnans. jam enim dixit, tumultum Italicum, quia domeſticus, vocari non bellum. in tumultu autem, ſive ſit Gallicus, ſive Italicus, vacationes non valent, in bello valent. *P. Manut.*

5. Ne-

absurdius [f] dici aut existimari potest? Sed nimis multa de verbo: rem potiùs videamus, patres conscripti, quam quidem intelligo verbo fieri interdum deteriorem solere.

f dici potest aut exist. *MSS.*

II. [5] NOLIMUS hoc bellum videri. Quam igitur municipiis & coloniis ad excludendum Antonium auctoritatem damus? quam, ut milites fiant [6] sine vi, sine mulcta, studio [g] & voluntate? quam, ut pecunias in rempublicam polliceantur? Si enim belli nomen [h] tolletur, municipiorum studia [i] tollentur: consensus populi Romani, qui jam descendit in causam, si nos languescimus, debilitetur necesse est. Sed quid plura? D. Brutus oppugnatur. non est bellum? [7] Mutina obsidetur. ne hoc quidem bellum est? Gallia vastatur: quæ potest pax esse certior? Illud verò quis potest bellum [k] esse dicere, quò [l] fortissimum virum cum exercitu misimus? qui cùm esset infirmus ex gravi diuturnoque morbo, nullam sibi putavit excusationem esse oportere, cùm ad reipublicæ præsidium vocaretur. C. quidem Cæsar non exspectavit [m] nostra decreta, præsertim cùm esset illius ætatis: bellum contra Antonium sua sponte suscepit. decernendi enim tempus nondum [n] erat: belli autem gerendi tempus si prætermisisset; videbat, republicâ oppressâ, nihil posse decerni.

g & deest *in Faërn.*
h *alii* tollitur.
i *alii* tolluntur.
5
k non esse *edd. vett.*
l consulem fortiss. *Lamb. & alii.*
m vestra *MSS.*
n venerat *Grut. & alii.*

6 Ergo illi nunc & eorum exercitus in pace versantur. non est hostis is, cujus præsidium Claterna dejecit Hirtius: [o] non est hostis, qui consuli armatus obsistit: designatum consulem oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paullo antè ex collegæ litteris Pansa recitavit: *Dejeci præsidium: Claternâ potitus sum: fugati equites: prælium*

P. B.
o *hic & sequentib. verbis notam interrog. apponit Lamb.*

5. *Nolumus hoc bellum videri.*] Faërnus edidit, *Nolimus hoc bellum videri*, quod puto esse erratum typographi. quamvis ille admoneat sic esse scriptum in codice Vaticano. quare legendum, *Nolumus*, &c. quo modo legit Muretus. *Lambinus.* Recte Vaticanus, sententia optima. Sit ita nos nolle bellum vocare. hanc enim vim habet, *nolimus.* Grævius.

6. *Sine vi, sine mulcta.*] Quod interdum solet: cogebantur enim ire ad militiam vel per vim, vel quia, si minus irent, mulctabantur. id accidet, inquit Cicero, si bellum non videbitur: sin videbitur, ibunt in militiam studio & voluntate, non vi & mulctâ coacti. *P. Manut.*

7. *Mutina obsidetur.*] *Mutina dominaretur, Seturna obsidetur* habet liber Vaticanus corruptè. nec mihi divinare licet, quomodo emendanda sint duo illa verba, quæ interposita sunt, quamvis postremum in *Claterna* commodè mutari possit. *Ursin.*

8. *Cla-*

lium commissum: occisi aliquot. Quæ pax potest esse major? [p] Delectus totâ Italiâ decreti, sublatis vacationibus: saga [q] cras sumentur: consul se cum præsidio descensurum [r] esse dixit.

p Dilectus *alii.*
q crassa *MS.*

Utrùm hoc bellum non est? [s] etiam tantum bellum, quantum numquam fuit? Ceteris enim bellis, maximéque civilibus, contentionem reipublicæ causâ faciebat. Sulla cum Sulpicio de jure legum, quas per vim latas Sulla dicebat: Cinna cum Octavio de novorum civium suffragiis: rursus cum Mario & Carbone Sulla, ne dominarentur indigni, & [t] ut [8] clarissimorum hominum crudelissimam [9] puniretur necem. Horum omnium bellorum causæ ex reipublicæ contentione natæ sunt. de proximo bello civili non libet dicere: ignoro causam: detestor exitum. 7

r esse *aliis non habent.*
s *alii* an etiam.
t ut *deest in aliis.*

III. HOC BELLUM quintum civile geritur: atque omnia in nostram ætatem inciderunt, [10] primùm non modò in dissensione & discordia civium, sed in maxima con- 8

8. *Clarissimorum hominum.*] C. Marius junior consul, mortuo jam patre, Cinna interempto, L. Licinio Damasippo prætori, ut apud Vellejum, & in epitome, & Ciceronis epistola, non Bruto, ut ait Appianus, mandavit, ut senatu, velut ex alia caussa, convocato, interficeret eos, qui optimatum caussæ, id est, L. Sullæ, favere putarentur. interfecti sunt consulares duo, L. Domitius Ahenobarbus, Q. Mucius Scævola pontifex max. prætorius. C. Carbo, consulis frater ædilicius P. Antistius & cetera fere nobilitas omnis. Antea quoque viri clarissimi Cn. Octavius consul, L. Cornelius Merula, flamen Dialis, qui, abrogato Cinnæ consulatu, in ejus locum suffectus erat, & Q. Catulus, qui cum C. Mario seniore, bello Cimbrico, consul fuerat, & M. Antonius orator, consularis, triumphalis, censorius. P. Crassus consularis, L. Cæsar, consularis, censorius, ejusque frater ædilicius C. Cæsar Strabo, a L. Cinna & C. Mario seniore necati fuerant. Potuit igitur Cicero utramque cædem significare, cum in utraque principes optimatum fuerint. *P. Manut.*

9. *Puniretur.*] Sic locutus pro Milone: *Cujus tu inimicissimum multo crudelius punitus es quàm erat humanitatis meæ postulare.* P. Manut.

10. *Primum non modo non in dissensione & discordia civium.*] Alii omiserant duas voces, quibus detractis sententia explicari non potest. Hoc enim dicit: bellum hoc civile esse quintum ordine: sed cetera omnia fuisse in dissensione civium: hoc primum esse, in quo omnes cives non modo non dissentiant, sed etiam mirabiliter consentiant ac concordent. *Muret.* Annotavit tamen postea Muretus in Variis Lectionibus crebro *non modo* poni apud veteres, pro *non modo non*, sed hic adstipulandum est Vaticano. *Græv.*

11. *Dii*

consensione incredibilique concordia. omnes idem volunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cùm omnes dico, eos excipio, quos nemo civitate dignos putat. Quæ est igitur in medio belli causa posita? nos deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia sedesque populi Romani, v penates, aras, focos, sepulcra majorum: nos leges, x judicia, libertatem, conjuges, liberos, patriam defendimus: contrà M. Antonius id molitur, id pugnat, ut hæc omnia perturbet, evertat, prædam reipublicæ causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispertiat parricidis.

v penates *deest in multis.*
x jura *edd. vett.*

P. CCXVI. In hac tam dispari ratione belli miserrimum illud est;
9 quòd ille latronibus suis pollicetur primùm domos: urbem enim se divisurum y confirmat: deinde omnibus portis, quò velint, deducturum. omnes Caphones, omnes Saxæ ceteræque pestes, quæ sequuntur Antonium, ædes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. atque etiam homines agrestes, si homines z illi, ac non pecudes potius, inani spe ad aquas usque a & Puteolos b provehuntur. Ergo habet Antonius, quod suis polliceatur. Quid nos? numquid tale habemus? 11 Dii meliora. id enim

y esse conf. *Lamb. & alii.*
z sunt illi potius quam pec. *alii.*
a Puteolanas *iid.*
b perveh. *MSS.*

11. *Dii meliora.*] Lang. & ceteri v. l. *Dei meliora.* recentiores cum impressis faciunt: & recte. quod enim Græci εὐφήμει, nostri *Dii meliora* dicunt. Id apparet apud hunc ipsum in Catone Majore: *Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam confecto ætate quæreret, uteretur-ne rebus venereis, Dii meliora, inquit: libenter vero istinc, tanquam a domino agresti ac furioso, profugi.* At Plato, a quo locum illum totidem pene verbis transtulit, Πῶς ἔφη ὦ Σοφόκλεις ἔχεις πρὸς τὰ ἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίνεσθαι; καὶ ὅς, εὐφήμει ἔφη, ὦ ἄνθρωπε. ἀσμενέστατα μὲν τοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. utitur etiam Livius, *Si spopondissemus urbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? si magistratus, si Senatum, si leges non habiturum? si sub Regibus futurum. Dii meliora, inquis.* Et alibi, *Bacchis initiari velle. id ubi mulier audivit, perturbata, Dii meliora, inquit.* Plene Tibullus enunciavit, *Dii meliora ferant, nec sint mea somnia vera.* Idem Græcum verbum pluribus exprimens, *Dicamus bona verba: venit natalis ad aras.* Terentius imminute, *Bona verba quæso.* Nec in rebus divinis aliud erat *favere linguis* quàm εὐφημεῖν. Ovidius:

Evinctus vitta crines albente sacerdos,
En deus est, deus est: animis linguisque favete,
Quisquis adest, dixit. Sis o pulcherrime visus
Utiliter, populosque juves tua sacra colentes.
Quisquis adest, visum veneratur numen: & omnes

Ver-

enim ipsum agimus, ne quis posthac ejusmodi quidquam possit polliceri. Invitus dico, sed dicendum est. Hasta Cæsaris, patres conscripti, multis improbis & spem affert & audaciam. [c] viderunt enim ex mendicis fieri re- c sui enim
pentè divites. itaque hastam semper videre cupiunt ii, didicerunt
qui nostris bonis imminent: quibus omnia pollicetur An- *MSS.*
tonius.

Quid [d] nos? nostris exercitibus quid pollicemur? mul- 10
tò meliora atque majora. Scelerum enim promissio & d vos? *alii.*
iis, qui exspectant, perniciosa est; & iis, qui promittunt. Nos nostris militibus libertatem, jura, leges, judicia, imperium orbis terræ, dignitatem, pacem, otium pollicemur. Antonii igitur promissa, cruenta, tætra, scelerata, diis hominibusque invisa, nec diuturna, nec salutaria: nostra contrà honesta, integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis.

IV. HIC MIHI etiam Q. Fufius, vir fortis ac stre- 11
nuus, amicus meus, pacis commoda commemorat. quasi
verò, si laudanda pax esset, ego [e] id æquè commodè fa- e idem
cere non possem. semel enim pacem defendi, non semper comm.
otio studui: quod cùm omnibus bonis utile est, tum præ- *MSS. &*
cipuè mihi. Quem enim cursum industria mea [f] tenere *edd. quaed.*
potuisset, sine forensibus causis, sine legibus, sine judi- f servare
ciis? quæ esse non possunt, civili pace sublata. *MS.*

Sed quæso, Calene, quid? tu servitutem pacem vo- 12 P. B.
cas? Majores quidem nostri non modò, ut liberi essent, sed etiam, ut imperarent, arma capiebant: at tu arma abjicienda censes, ut serviamus. Quæ causa justior est belli gerendi quàm servitutis depulsio? in qua etiam si non sit molestus dominus: tamen est miserrimum, posse, si velit. [12] Immò aliæ causæ justæ; hæc necessaria est. nisi

Verba sacerdotis referunt geminata, plumque
Æneadæ præstant & voce, & mente favorem.

Euripides autem in Iphig. Στὰς δ᾽ ἐν μέσῳ, Ταλθύβιος, ᾧ τόδ᾽ ἦν μέλον, εὐφημίαν ἀνεῖπε, καὶ σιγὴν στρατῷ. Ferrarius.

12. *Immo alia causa justa.*] *Nulla*, vel *non*, videtur deesse. *Idem.* *Immo alia causa justa ac necessaria est.*] Hic locus, asterisco notatus & in omnibus libris male habens, remedio antiquæ scripturæ sanatur in hunc modum, *immo aliæ causæ, justæ; hæc necessaria est.* & altero versu, pro *falleris*, legendum *laberis*. Faërnus. *Immo aliæ causæ justæ: hæc necessaria est.*] Multæ sunt belli causæ justæ quidem, sed non necessariæ. at depulsio servitutis non justa solum, sed etiam necessaria est. in aliis libris legebatur: *immo alia*

 cau-

nisi fortè ad te hoc non putas pertinere, quòd te socium fore speras dominationis Antonii. in quo bis g laberis: primùm quòd tuas rationes communibus anteponis: deinde, quòd quidquam stabile in regno aut jucundum putas. non, si tibi antea profuit, semper proderit.

g falleris *Grut. & alii.*

13 Quinetiam, h memini, de illo homine queri solebas: quid te facturum de bellua putas? Atqui i is es, qui semper pacem optaris, semper omnes cives salvos volueris. [13] Honesta oratio: sed ita, si bonos [14] & utiles reipublicæ cives: sin eos, qui naturâ cives sunt, voluntate hostes, salvos velis: quid tandem interest inter te & illos? Pater quidem tuus, quo utebar k sene adolescens, homo severus & prudens, primas omnium civium P. Nasicæ, qui Ti. Gracchum interfecit, dare solebat. ejus enim virtute, consilio, magnitudine animi, liberatam rempublicam arbitrabatur.

h mem. *non est in ed. Mureti.*
i ais eum te esse, qui *Lamb. Manut. Grav.*
k sene auctore adol. *alii.*

14 Quid? nos à patribus num aliter accepimus? Ergo is tibi civis, si temporibus illis fuisses, non probaretur, quia non omnes salvos esse voluisset. *Quòd* l *L. Opimius consul verba fecit de republica, de ea re ita censuerunt*, UTI OPIMIUS CONSUL REMPUBLICAM DEFENDERET. Senatus hæc verbis, Opimius armis. Num igitur eum, si tum esses, temerarium civem aut crudelem putares? aut Q. Metellum, cujus quattuor filii consulares? m P. Lentulum, principem n senatûs? o complures alios summos viros, qui cum p L. Opimio consule armati Gracchum

l *L.* deest in aliis.
m *alii* aut P. Lent.
n *alii & Grut.* senatorem.
o quid? complur. *alii.*
p L. *deest in aliis.*

causa justa ac necessaria est. subesse mendum viderat & Ferrarius. quo modo tollendum esset videre non potuerat. ne nos quidem sine veteris libri ope potuissemus. *Muretus.*

13. *Honesta oratio.*] Sumptum ex Andria Terentii: *Quæ sese voluit in ignem conjicere, prohibui, servavi. Honesta oratio.* De Offic. *Vulgo loquuntur, sese in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequi. honesta oratio.* Male alii, *ratio.* nam, *oratio*, refertur ad verbum, quod loquentem ostendit, in omnibus exemplis, ubi subjungitur, *honesta oratio.* P. Manut.

14. *Et utiles, & e rep. civis.*] Alii, *& utiles reip. cives.* quod nos edidimus, melius esse, si quis neget, aut invidia non careat, aut judicio careat. *Muretus. Et utileis reip. civeis.*] Faërnus & Muretus ediderunt ex illo codice antiquo: *& utileis, & e rep. civeis.* Lamb. Cum in Colon. Franc. Amsterod. & meo codice legissem, *bonos & utiles & r. p. cives*, conjiciebam legendum esse, ut legendum censent Muretus & Faërnus, antequam eorum animadversiones inspexeram, *utiles & e rep. cives*, quod etiam probavit P. Manutius. *Grav.*

15. *Grac-*

chum in Aventinum persecuti sunt? quo in prœlio Len- P. CCXVII.
tulus grave vulnus accepit: interfectus est [15] Gracchus &
M. Fulvius [q] consularis, ejusque duo adolescentuli filii.
V. ILLI IGITUR viri vituperandi. non enim cives
omnes salvos esse voluerunt. Ad propiora veniamus. C. 15
Mario, L. Valerio consulibus, senatus rempublicam de-
fendendam dedit: L. Saturninus, tribunus plebis, Glaucia
prætor est interfectus. omnes illo die Scauri, Metelli,
Claudii, Catuli, Scævolæ, Crassi arma sumpserunt. num
aut consules illos, aut clarissimos viros vituperandos pu-
tas? Ego Catilinam perire volui. num tu, qui omnes sal-
vos vis, Catilinam salvum esse voluisti? Hoc interest, Ca-
lene, inter meam sententiam & tuam: ego nolo quem-
quam civem committere, ut morte multandus sit: tu,
etiam si commiserit, conservandum putas. In corpore si
quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri
[r] secarique patimur; ut [s] membrum aliquod potiùs quàm
totum corpus intereat: sic in reipublicæ corpore, ut to-
tum salvum sit, quidquid est pestiferum amputetur.
Dura vox. Multò illa durior: Salvi sint improbi, scele- 16
rati, impii: deleantur innocentes, honesti, boni, tota
respublica. Uno in homine, Q. Fufi, fateor te vidisse
plùs quàm me. Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum
civem, sceleratum, libidinosum, impium, audacem,
[t] facinerosum: tu contrà sanctum, [v] temperantem, in-
nocentem, modestum, retinendum civem & optan-
dum. in hoc uno te plurimùm vidisse, [x] multùm me er-
rasse concedo. Nam [y] quod me tecum iracundè agere
dixisti solere, non est ita. vehementer me agere fateor,
ira-

q consulares *alii*.

r ac secari quod noceat pat. *edd. vett.*

s *Grut. & alii* membrorum.

t *alii* facinorosum.

v temperatum *edd. vett.*

x me stultum *Lamb.*

y *Grut. non habet* quod.

15. *Gracchus & M. Fulvius consularis.*] *Consularis* sine dubio corrigendum est: etsi omnes libri contra faciant: siquidem C. Gracchus Tribunitius interfectus est, ut omnes historici narrant. M. Tullius in Cat. *Interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre natus, avis, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius consularis.* Et quoniam de M. Fulvio consulari agimus, locum illum valde depravatum corrigamus, qui est in IIII. oratione contra Catilinam: *Cum avi jussu Cos. interfectum, filiumque ejus impuberem, ligatum a Pr. missum in carcerem necandam esse dixit.* Ego sic, *Cujus avi jussu consularem interfectum, filiumque ejus impuberem, legatum à patre missum, in carcere necatum esse dixit.* consule Vellejum & Plutarchum. discesseris in sententiam meam. Lentulum autem, principem illum Senatûs, avum fuisse Lentuli Suræ Dion memoriæ tradit. *Ferrar.*

 16. Par-

iracundè nego. omnino irasci amicis non temerè soleo;
17 ne si merentur quidem. Itaque sine verborum contume-
lia à te dissentire possum, sine animi summo dolore [z] non
possum. [16] parva est enim mihi tecum [a] aut parva de
re dissensio? ego huic [b] videlicet faveo, tu illi? Immò
vero ego D. Bruto faveo, tu M. Antonio: ego [c] conser-
vari coloniam populi Romani cupio, tu expugnare stu-
des.

z irasci non *alii.* P. B.
a ac parva. *MSS.*
b vel illi fav. *MS.*
c conser-vare *alii.*

VI. AN HOC negare potes: qui omnes moras inter-
ponis, quibus infirmetur Brutus, [17] melior fiat Antonius?
quousque enim [d] dicis, pacem velle te? res [e] geritur:
conductæ vineæ sunt: pugnatur acerrimè: qui intercurre-
rent, misimus tres principes civitatis. hos contempsit, re-
jecit, repudiavit Antonius. tu tamen permanes constan-
18 tissimus defensor Antonii. Et quidem, quo melior senator
videatur, negat se illi amicum esse debere: [18] cum suo
ma-

d dices *alii.*
e agitur *MS.*

16. *Parva est enim mihi tecum, aut parva de re dissensio.*] Legendum ex antiquo, *parva est enim mihi tecum ac parva &c.* Ursin.

17. *Melior fiat Antonius.*] Græcorum more dixit, pro eo quod est potentior. ut apud Horatium, *Tydides melior patre.* &, *Cervus equum pugna melior.* Muretus.

18. *Cum suo magno beneficio.*] Ante ultimam vocem interpone ex antiquo libro verbum *esset*, ut absolute legas, *cum suo magno esset beneficio*, pro eo quod est, cum ab se haberet magnum beneficium, vel cum suo magno beneficio viveret. Cicero libro epist. ad Marium: *Acilius, qui in Græciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est, bis enim est a me judicio capitis, rebus salvis, defensus.* Faërnus. *Cum suo magno esset beneficio, &c.*] Præclare hic quoque locus ex auctoritate codicis Vaticani restitutus est, qui fuerat ab iis depravatus, qui sententiam verborum non perceperant. significat autem, Antonium, cum Caleno salutem ac vitam deberet, contra eum tamen venisse. Sed hoc declaratum est a Faërno pluribus verbis. *Lamb. Cum suo magno esse beneficio.*] Cum a se magnum Antonius beneficium accepisset. Notándum loquendi genus, quod perquam rarum est. usus eo Cicero est in ep. ad Curium, alibi nusquam, quod quidem observaverim. *Atilius*, inquit, *qui in Græciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est: bis enim est a me judicio capitis, rebus salvis, defensus.* P. Manut. *Cum suo magno beneficio, venisse eum contra se.*] Postremæ edd. *beneficio esset, venisse &c.* ex Vaticano inquiunt: & sic quoque Hittorp. item fere Pal. sec. sed tamen malim vulgatam, quæ idem dicit quod altera. *Grut.* Ita est. Sed Cicero se ostendit VII. Famil. 30. *Acilius maximo meo beneficio est.* Gronov. Igitur ex hoc loco Ciceronis, quem & Faërnus & Manutius attulerunt, *esset* ex Vaticano interponendum est, cum Faërno, Mureto, Lambino, Manutio. *Cum maximo suo beneficio esset*, hoc est

magno beneficio esset, [19] venisse eum contra se. Vide quanta caritas sit patriæ. cùm homini sit iratus, tamen reipublicæ causâ defendit Antonium. [f] Ego te, cùm in Massilienses tam [g] sis acerbus, Q. Fufi, non animo æquo audio. Quousque enim Massiliam [h] oppugnabis? ne triumphus quidem finem [i] facit belli? [20] per quem lata est urbs ea, sine qua nunquam ex Transalpinis gentibus majores nostri [k] triumpharunt. quo quidem tempore populus Romanus ingemuit. quamquam [l] enim proprios dolores suarum rerum omnes habebant: tamen hujus civitatis fidelissimæ miserias, nemo erat civis, qui à se alienas arbitraretur.

Cæsar ipse, qui illis fuerat iratissimus, tamen propter singularem [m] ejus civitatis gravitatem & fidem quotidie aliquid iracundiæ remittebat: te nulla sua calamitate civitas satiare tam fidelis potest? Rursus me jam irasci fortasse dices. Ego autem sine iracundia dico, ut omnia, nec tamen sine dolore: Neminem illi civitati inimicum esse arbitror, qui [n] amicus sit huic [o] civitati. Excogitare, quæ tua ratio sit, Calene, non possum. antea deterrere te, ne popularis esses, non poteramus: exorare nunc, ut sis popularis, non possumus. Satis multa cum Fufio ac sine odio omnia, [p] nihil sine dolore. Credo autem, qui generi querelam moderatè ferat, æquo animo laturum amici. 19

VII. VENIO [q] ad reliquos consulares, quorum est ne- 20

f Ergo *edd. vett.*
g es *Græv. & alii.*
h expugnabis *alii.*
i fecit *Grut.*
k triumphaverunt *alii.*
l enim *deest in MSS.*
m ejus *deest in MS.*
n sit huic amicus *Lamb.*
o civitati *delet Idem.*
P. CCXVIII.
p ac *MS.*
q nunc ad *alii.*

est tum, cum ei præcipue deberet, quod esset vir hujus dignitatis. Locutiones hæ sumtæ sunt a re militari. Ibi enim milites, a duce provecti, ad dignitates militares dicebantur ejus ducis beneficio eas consecuti esse, ut & ejus beneficii centuriones. Sueton. in Tib. *Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones.* Hinc ad alia transfertur, ut *beneficium*, quamvis commendationem significet. Cic. XIII. epist. 35. *Quem Cæsar meo beneficio in Novocomenses retulit.* Græv.

19. *Venisse eum contra se.*] In judicium, contra rem suam. sic enim locutus est Phil. II. *Contra rem suam me nescio quando venisse questus est.* Et alibi. Hæc autem verba satis constat cum affirmatione dici, nec ad verbum, *negat*, referri posse. vis enim est in eodem verbo negandi simul & affirmandi, ut etiam in *nemo* & *noli*, de quo diximus in oratione pro Quinctio. *P. Manut.*

20. *Per quem sublata est urbs ea.*] Miror ineptam hanc scripturam tolerasse Gruterum, cum meliorem potuisset haurire ex Lambino & Manutio, ut in nonnullis aliis fecit, præsertim cum veram scripturam, ex Vaticano petitam, exposuerit Manutius, quod quidem ante illum fecerat Faërnus. Cum his igitur scripsimus, *per quem lata est urbs ea*, Græv.

nemo (jure meo hoc dico) [r] quin mecum habeat aliquam conjunctionem gratiæ, alii maximam, alii mediocrem, nemo nullam. Quàm hesternus dies nobis, consularibus dico, turpis illuxit? iterum legatos? [21] quid? ille faceret inducias? ante consulis oculosque legatorum, tormentis Mutinam [s] verberavit: opus ostendebat munitionemque legatis: ne punctum quidem temporis cùm legati adessent, oppugnatio respiravit. [t] Ad hunc legatos? cur? an ut [v] eorum reditu vehementiùs pertimescatis?

21 Equidem cùm antea legatos decerni non censuissem: hoc me tamen consolabar, [x] quòd cùm illi ab Antonio contempti & rejecti revertissent [y] dixissentque senatui, non modò illum è Gallia non discessisse, uti [z] censuissemus, sed ne à Mutina quidem recessisse; potestatem sibi D. Bruti conveniendi non fuisse: [a] fore, ut omnes inflammati odio, excitati dolore, [22] armis, equis, viris D. Bruto

r qui non *alii*.
s flagellavit. *MS*.
t Adhuc leg. *edd. vett.*
v in eor. *edd. vett.*
x quod *non habet Lamb.*
y renuntiassentque *Muret.*
z censuimus *edd. vett.*
a putabam fore *alii*.

21. *Quid? ille faceret inducias? ante consulis oculosque legatorum.*] Hæc verba ita depravata sunt, ut partim intelligi non possint, partim non servent rectam Latine loquendi consuetudinem. legendum est ergo, pro *quid ille*, *quid si ille*. idque ex antiquo libro. &, pro *ante consulis*, *ante os*. ita prius emendaverat Antonius Augustinus, cum in libro suo scriptum invenisset, *ante quos*, cujus postea conjecturam comprobavit antiquus liber, licet per aspirationem scriptum habet *hos*. totus ergo locus ita legi debet: *iterum legatos? quid si ille faceret inducias? ante os oculosque legatorum, tormentis Mutinam verberavit.* & paulo post, pro *ut in eorum*, *ut eorum*, & item post pauca, pro *ut censuimus*, *uti censuissemus*. Faërn. *Ante Consules oculosque legatorum.*] *Ante hos* habet liber Vaticanus, unde conjecit Ant. Augustinus legendum esse *os*: cujus conjecturam cur non penitus probem causæ duæ sunt. Primum, quod idem est *os*, *oculosque*. deinde, quod ex octo litteris redigit ad duas: tum vero excludit consulem Hirtium, qui etsi non erat in castris Antonii, erat tamen ad Mutinam: (puto hoc tempore) quare libentius legerem, *ante consulem*, non quidem ante oculos ejus, sed qui non longe aberat a Mutina, ac prope præsens erat. Legati vero tres erant in castris Antonii. *Ursin.* In Coloniensi & meo est *ante Cos. oculosque.* In Francii *ante Consulem oculosque.* Rectum puto esse, ut jam ediderunt, *ante Consulis oculosque legatorum.* Grævius.

22. *Armis, equis, viribus.*] Ubi sunt, qui uni libro ita se addicunt, ut non modo præ illo contemnant ceteros, sed etiam legere negligant? negligant autem? imo vero, dum ipsum pugnaciter defendunt, turpes in errores sæpe labantur. Quorsum hæc? dices. ut intelligas veteribus libris habendam fidem omnino majorem quàm recentibus: sed ita tamen, ut hi non funditus repudientur, siquidem ab emendatis possunt esse descripti, nec illi

to subveniremus. nos etiam languidiores [b] facti sumus, postquam Antonii non solùm audaciam & scelus, sed etiam insolentiam superbiamque perspeximus. Uti-

b postea f. f. quam alii.

illi semper oracula fundere judicentur. Ego (ut scis) duobus abhinc annis, pro *viribus*, *viris* reposueram: quibus rationibus adductus, postea dicam. Verum ego, qui is semper fui, ut etiam si mecum omnia facerent, assensionem tamen usque cohiberem, dum mihi quis liber assentiretur: cum Marcelli Cervini Cardinalis beneficio hic Lang. litteris conscriptus in manus pervenisset & alii multi veteres libri, nihil mihi prius fuit quàm ut hunc locum viderem. Libros igitur aperio, inspicio, video nihil ab impressis discrepare. Ecce autem non ita multo post tuam profectionem Paulus Ricardus, homo cùm optimis studiis deditus, tum studiosorum omnium atque inprimis tui studiosissimus, librum, non illum quidem vetustum, sed tamen scriptum, ad me Neapoli usque perferendum curat. In hoc cùm multa alia præclara, tum hoc, quo de agimus, invenio. *Viris* autem pro *viribus* reposueram, his rationibus impulsus. Primum quòd illa verba, *Armis, equis, viribus*, cùm indigna Ciceronis elegantiâ, cùm a nullo scriptore usurpata, tum nequaquam inter se cohærentia videbantur. At, *Armis, equis, viris*, & concinna, & locupletissimis auctoribus usitata, & inter se belle convenientia. Livius lib. XXXV. *Omnem se Græciam armis, equis, viris, omnem oram maritimam completurum.* Et lib. XXII. *Armis, viris, equis, commeatibus juvant.* & lib. XXXI. *Terrebat ex adverso hostis omnem ripam, equis virisque obtinens.* Et V. *Quacunque ibant, equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci.* Sallustius, *Equis, viris, pecunia amissa nunquam defessi sunt armati de imperio certare.* Idem, *Nullius idonea rei egens, armis virisque opulentum.* Et hic ipse in XIII. Phil. *Armis, viris, pecunia belli principia firmavit.* Quid multa? ex diuturna observatione didiceram, præclaros Latinitatis auctores, cum equitatum & peditatum significare vellent, ita locutos esse, ut dicerent *equos, viros:* idque adeo tritum fuisse, ut veniret in proverbium, ut cum aliquid vel totis viribus, vel omni celeritate factum ostenderent, his duobus verbis designarent. Cicero de Offic. *Cum his, viris equisque (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.* & II. lib. ad Q. Frat. *Cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum viris: & quoniam scribis poëma ab eo nostrum probari, quadrigis poëticis.* Et in ep. ad Var. *Nunc quando confecta sunt omnia: dubitandum non est, quin equis, viris, &c.* Supra enim dixerat, *Antea te calumniatus sum.* Non ignoro, quid tradat Erasmus: sed & ipse totâ (ut dicitur) erravit viâ: & tanquam dux non bonus multos alios in eundem rapuit errorem. nam primum omnes libri contra ipsum faciunt: deinde quid equis cum velis? pugnam, inquit, equestrem ac navalem significat: perinde quasi aut terrestribus bellis omnia sint in equis, aut maritimis in velis: ac non potius hæc remo, illa pedite maximam partem conficiantur. Quis porro Græcorum, quis nostrorum hoc proverbium usur-

 pa-

22 Utinam L. Cæsar valeret, Servius Sulpicius viveret! multò meliùs hæc causa [23] ageretur à tribus quàm nunc agitur ab uno. dolenter hoc dicam potiùs quàm contumeliosè. deserti, c deserti, inquam, sumus, patres conscripti, à principibus. Sed, ut sæpe jam dixi, omnes in tanto periculo, qui rectè & fortiter sentient, erunt consulares. animum nobis afferre legati debuerunt: timorem attulerunt: quamqum mihi quidem d nullum. quamvis e de illo, ad quem missi sunt, benè existiment: à quo etiam mandata acceperunt.

c deserti, inq. *deest in multis MSS.*
d nullum unquam timorem *Grut. & alii.*
P. B.
e illi de *add. vett.*

23 VIII. Prò, dii immortales! ubi est ille mos virtusque majorum? [24] C. Popillius apud majores nostros, cùm ad Antiochum regem legatus missus esset, & verbis senatus f denuntiasset, ut g ab h Alexandria discederet, quam obsidebat: cùm tempus ille differret, virgulâ stantem circumscripsit: dixitque, se i non antè renuntiaturum senatui, nisi priùs sibi respondisset, quid facturus esset, quàm ex illa circumscriptione k excederet. Præclarè, senatus enim faciem secum attulerat, auctoritatem l reipublicæ: m cui qui non paret, non ab eo mandata accipienda sunt, [25] sed ipse est [26] totus repudiandus.

f nuntiasset *alii.*
g ab *deest in MS.*
h Alexandrea *alii.*
i non antè *alii non habent.*
k excessisset *MS.*
l Pop. Rom. *MS.*
m cujus *MS.*

An

pavit, ut siquis quærat, quid sit cur libros veteres tantopere despexerit pro nihiloque putaverit, id aliquo tamen auctore fecisse videatur? sed nimis multa de re perspicua. *Ferrarius.* *Armis, equis, viris.*] Vulgo, *viribus.* sed alterum defendit, tamquam meliorum exemplarium lectionem, Gifanius noster in Observat. linguæ Latinæ. sicque iterum lib. III. de Officiis, *Cum his viris equisque, &c.* Gruterus.

23. *Ageretur à tribus quàm nunc agitur ab uno.*] Sic mss. Ferrarii. antiquitus cusi, *quam nunc agantur ab omnibus*, quod & in Pal. pr. nam sec. *ageretur ab uno*, omissis intermediis. *Idem.*

24. *C. Pompilius apud majores.*] *Popilius* nonnulli v. l. quod Livius approbat: qui, hanc eandem rem lib. XXXIV. referens, *Moti*, inquit, *patres precibus Alexandrinorum, extemplo C. Popilium Lenatem, & C. Decimium, & C. Hostilium legatos ad finiendum inter Reges bellum miserunt.* Popiliis autem cognomen fuisse Lænatibus Romæ apparet in tabula marmorea miræ vetustatis, in qua multorum ex ordine Coss. nomina incisa sunt. ex qua etiam didici, non *Popilius Lenas*, ut est scriptum apud Livium, sed *Popillius Lænas* esse scribendum. *Ferrar.*

25. *Sed ipse est totus repudiandus.*] *Potius* pro *totus* est in Vaticano. *Ursin.* Tres codices Franc. Amsterod. meus: *ipse est totus repudiandus.* In Colon. est *potius*, sed à manu recentiore, vestigiis tamen vocis erasæ manentibus. *Grav.*

26. *Totus repudiandus.*] Sic locutus ep. 2. lib. IX. ad Att. *Re-*

An ego ab eo mandata acciperem, qui senatûs manda- 24
ta contemneret? aut ei cum senatu quidquam commune judicarem, qui imperatorem populi Romani senatu prohibente obsideret? At quæ mandata? quâ arrogantiâ? quo stupore? quo spiritu? Cur autem ea legatis nostris dabat, cùm ad nos Cotylam mitteret, ornamentum atque [27] arcem amicorum suorum, hominem ædilicium? si n verò tum fuit ædilis, cùm eum jussu Antonii in convi- n vere *edd. vett.*
vio servi publici loris ceciderunt.

[28] At quàm modesta mandata! ferrei sumus, patres con- 25
scripti, qui quidquam huic negemus. [29] *Utramque Provinciam*, inquit, *remitto: Exercitum depono: privatus esse non recuso.* Hæc sunt enim verba. redire ad se videtur. *omnia*

pudiari se totum, magis etiam quæ olim in vigintiviratu, putabit. P. Manut.

27. *Arcem amicorum.*] *Arx amicorum*, ut *arx miserorum*, est ad quem amici miseri confugiunt, refugium amicorum. Sed quid hic sit *arx amicorum* conjunctum cum τῷ *ornamentum* non intelligo, nisi velis interpretari, firmissimum Antonii amicum, cujus consilio & præsidio præcipue nitatur. sed hoc mihi videtur perquam durum & a Ciceronis genio alienum. Constanter tamen omnes MSS. *arcem.* nisi quod in meo sit *arce*, quod ferendum est, donec rectius aut inveniatur in codice meliore, aut excogitetur ab hominibus ingenio & doctrinâ præcellentibus. *Grav.*

28. *At quam modesta mandata? ferrei sumus, &c.*] Alii vocem unam in duas divulserant: scripserantque hoc modo: *At quam modesta mandata fert? ii sumus &c.* Sed hæc, ne vivam, si non ita multa sunt, ut admonere pigeat: præsertim cum veniat in mentem, posse alicui sermonem dari, me id jactandi mei atque aliorum insectandi causâ facere: a quo tamen longissime absum. Sed vereor rursum, si tacuero, ne quis me gloriolam quæsisse dicat ex eo libro, qui jam aliorum operâ satis emendatus esset. Utinam igitur, si qui hoc forte dicent, quo id certius faciant, capiant laborem hujus editionis cum aliis conferendi. *Muretus.*

29. *Utramque provinciam, inquit, remitto.*] Ant. Augustinus delet *utramque*, quia dicit paullo post, *Galliam, inquit, Togatam remitto, Comatam postulo:* at hujus loci tota sententia videtur retinere *utramque.* primum verba, quæ statim sequuntur, *Privatus esse non recuso:* deinde infra, *Galliam Togatam remitto, Comatam postulo:* plane non sunt eadem mandata cum superioribus, alioqui bis eadem repetisset. sed ut fit in ferendis conditionibus, Antonius dabat optionem senatui populoque R. utra mallet mandata aut conditiones accipere, quod ea verba clare ostendunt, εἰρωνικῶς dicta: *Neque tamen nos urget mandatis pluribus: remittit aliquantum & relaxat.* cum enim dicit *pluribus*, ostendit, non eadem esse: cum *remittit & relaxat*, ostendit Antonium contra facere. *Ursin.*

 30. *Et*

omnia obliviscor, in gratiam redeo. Sed quid adjungit? *si legionibus meis sex,* 30 *si equitibus, si cohorti prætoriæ prædam agrumque dederitis.* His etiam præmia postulat, quibus ut ignoscatur si postulet, impudentissimus judicetur? Addit præterea, o UT QUOS IPSE CUM DOLABELLA DEDERIT AGROS, TENEANT II, QUIBUS DATI p SINT. Hic est Campanus ager & Leontinus, quæ duo majores nostri annonæ perfugia ducebant.

o *Grut.* non *habet* UT.

26

p *alii* SUNT.

P. CCXIX.

IX. CAVET mimis, q aleatoribus, lenonibus: Caphoni etiam & Saxæ cavet: quos centuriones pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges collocavit. Postulat præterea, UT CHIROGRAPHORUM ET COMMENTARIORUM SUA COLLEGÆQUE SUI DECRETA MANEANT. Quid laborat, ut habeat, quod quisque mercatus est, 31 si quid accepit. habeat qui vendidit? ET 32 NE TANGANTUR RATIONES AD OPIS: id est, r ne septies millies recuperetur: NE FRAUDI SIT SEPTEMVIRIS, QUOD EGISSENT. s Nucula hoc, credo, admonuit. verebatur fortasse, ne amitteret tantas clientelas. Caveri etiam vult IIS, QUI SECUM SUNT, QUIDQUID 33 CONTRA LEGES COMMISERUNT. Mustelæ & Tironi prospicit: de se nihil laborat.

q & al. *MS.*

r ne sestertium sept. *Grut.*

s Nuncilla *MS.*

Quid

30. *Et si equitibus, & si cohorti prætoria.*] Ubi primo est dictio *&*, legendum *Sex.* ubi secundo delenda. ut ita totum locum legas: *Si legionibus meis sex, si equitibus, si cohorti prætoriæ,* & infra, ubi est *quos ipse,* addenda in principio dictio *ut.* & sequenti versu, pro *sunt,* legendum *sint.* Faërnus.

31. *Si quid accepit. habeat qui vendidit.*] Pro *quid,* legendum *quod:* & pro *habeat, habet,* & mutandæ distinctiones. quod rectum esse ex toto loco, quem subjecimus, perspici potest. *Quid laborat, ut habeat quod quisque mercatus est, si quod accepit, habet qui vendidit?* Idem.

32. *Ne tangantur rationes ad Opis.*] Ne quid immutaretur in iis tabulis, in quibus dissipatæ ab Antonio pecuniæ confecta ab ipso ratio exstabat. dissipaverat autem septies millies. quam Cæsar pecuniam deposuerat. Huc illud spectat, quod est Phil. V. *Scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum, direptio ejus pecuniæ, cujus ratio in æde Opis confecta est, hanc tertiam decuriam excogitavit.* P. Manut.

33. *Contra legem.*] De agris dividendis, ab ipso Antonio consule latam. opinor enim ita septemviros fuisse Mustelam & Tironem, ut Nuculam & Lentonem, de quibus Phil. II. Collegas enim suos videtur agnoscere cum subjungit: *Mustelæ & Tironi prospicit; de se nihil laborat.* Idem.

34. Hu-

Quid enim commisit umquam? num aut pecuniam publicam attigit, aut hominem occidit, aut secum habuit armatos? Sed quid est, quod de iis laboret? Postulat enim, NE SUA JUDICIARIA LEX ABROGETUR. quo impetrato, quid est quod metuat? an ne suorum aliquis à Cyda, Lysiade, Curio condemnetur? neque tamen nos urget mandatis pluribus, remittit aliquantum & relaxat. GALLIAM, inquit, t TOGATAM REMITTO, COMATAM POSTULO. Otiosus videlicet esse mavult. *Cùm sex legionibus*, inquit, *iisque suppletis ex D. Bruti exercitu*, non modò ex v delectu suo: *tamdiuque ut obtineat, quamdiu M. Brutus, C. Cassius, consules, prove* COSS. *provincias obtinebunt.* 34 hujus comitiis 27

t *alii* TOTAM. *alii delent.*

v dilectu *alii.*

35 C.

34. *Hujus comitiis C. Frater (est enim jam annus, ut repulsam tulit) ipse autem.*] Ita habent Faërnus & Victorius. uterque, ut opinor, male de Cajo fratre: est enim vere Lucius, qui habebat eosdem honorum annos cum Bruto & Cassio. itaque Ant. Augustinus ita legit, *Lucius Comitiis consul fiat.* ego non video ex hoc toto loco hoc esse in mandatis, ut Lucius consul fiat: hoc enim pendet ex eventu comitiorum. etiam Marcus videretur dubitare de dignitate Lucii: sed in hoc perquam salse & copiose invehitur in Antonium, quòd cum impudenter petat, ut quinquennium obtineat Comatam Galliam cum sex legionibus, idem est, ac si peteret ut obtineret eam, quoad Brutus & Cassius Proconsules suas provincias legitimo biennio obtinerent. sua vero copia Tullius injicit salem in sale, cum dicit: non enim est quod existimetur Lucius, repulsis Bruto & Cassio, fieri suo anno consul, quum jam ante ipsa comitia omnium judicio repulsam tulerit. Quare ita libenter hunc locum legerim, servatis vestigiis verborum corruptorum: *Binis comitiis L. Frater (est enim idem annus) jam repulsam tulit:* comitiis inquam prioribus prensationis (quæ erant futura proximo Quinctili) alteris vero petitionis ipsius, quæ futura erant in sequenti anno, quibus utrisque jam Lucius dicitur à Tullio repulsam non laturus, sed jam tulisse. *Ursin.*
Hujus comitiis, Cajus frater (ejus est enim annus) jam repulsam tulit.] Sic libri antiquiores, & recte, omnibus tamen ad hanc diem paullo obscurior sententia, mendi suspicionem attulit interpretatio. nostra, nisi fallor, lucem restituet. Annus, quo C. Antonius, Marci frater, consulatum petiturus erat, eum fuisse constat, qui hunc sequebatur. fuerat enim prætor anno proximo superiore. inter præturam autem & consulatum, quod jam nemo nescit, biennium intererat. sed M. Antonius futurum auguratur, ut repulsam ferat. cur? quia, cum dixerit M. Brutus C. Cassius consules, divinare videtur, quo anno Cajus petet, non ipsum, sed eos, quos consules nominat, designatum iri. petent enim eodem, quo Cajus, anno: cum præturam simul omnes eodem anno gesserint. Hujus comitiis: non quæ ipse habebit, sed ea, quibus

[35] C. frater (ejus est enim jam annus) jam repulsam tulit.
28 [x] *Ipse autem ut quinquennium*, inquit, *obtineam*. [36] At istud vetat lex Cæsaris & tua. & tu acta Cæsaris defendis?

x *Ipse autem* non est in multis MSS.

X. Hæc tu mandata, L. Piso, & tu, L. Philippe, principes civitatis, [37] non dico animo ferre, verùm auribus accipere potuistis? Sed, ut suspicor, terror erat quidam: nec vos ut legati apud illum fuistis, nec ut consulares: nec vos vestram, nec reipublicæ dignitatem tenere potuistis. & tamen nescio quo pacto, [38] sapientia quadam, credo, quod ego non [y] possum, non [z] nimis irati revertistis: [a] vobis M. Antonius nihil tribuit, clarissimis viris, legatis populi Romani. Nos, quid non legato M. An-

P. B.

y possem *alii*.

z miserati, reveriti estis *MS*.

a vobisque *edd. vett.*

bus designare consules videtur, cum Brutum & Cassium consules nominaverit. Ejus est enim annus: is, quo primum consularia comitia habebuntur: haberi autem hoc anno non possunt, designatis jam a Cæsare consulibus in annum sequentem, D. Bruto, L. Planco: habebuntur igitur post annum sequentem, id est Bruto & Planco Coss. cum nulli post eos designati consules a Cæsare sint. *Jam repulsam tulit:* ante quàm habeantur comitia, repulsam tulit judicio & augurio Marci fratris, Brutum & Cassium consules appellantis: qui si designantur, C. Antonius excluditur. *P. Manut.*

35. *C. frater (ejus est enim jam annus) jam repulsam tulit.*] An sic de industria ediderit Gruterus & ab libris antiquis inductus, vix dixerim. Equidem in Victorianis edi video, *C. frater est enim jam annus ut repulsam tulit*. In quibus semel positum agnoscis τὸ *jam*. Abhinc progressus Lambinus in editionibus, non etiam notis, geminavit nulla ratione edita, ut & sequentes. Sed omnino patet ex Ferrario non esse genuinum. Quippe quum citasset Victoriana, testatur plerosque libros veteres, in queis Lang. habere, *hujus Comitiis C. frater, ejus est enim annus, jam repulsam tulit*. Nec ex ullo deinceps illud prius *jam* firmari ostendit, ut pro spurio haberi oporteat. *Gron.*

36. *At istud vetat lex Cæsaris & tua.*] Mendosus hic locus, & ejusmodi ab omnibus semper existimatus, auxilio antiqui libri ita restituitur. ut post Cæsaris distinguatur, & hæc verba subdantur: *& tu acta Cæsaris defendis*. Faërnus. *Et tu acta Cæsaris defendis.*] Hæc omnia omiserant alii: scripserantque tantum, *& tua*. Ferrarius tamen mendosum esse locum viderat. *Muretus.*

37. *Non dico animo ferre.*] Pro *animo* emendavit, *ad nos*, Ant. Augustinus. *Ursin.*

38. *Sapientia quadam, credo.*] Ironia. aliam enim caussam significat, ut studium in Antonium & sensum in tuenda libertate non optimum. subjungit autem, ut se dissimilem illorum ostendat, *quod ego non possem*. Istâ, inquit, sapientiâ, quæ vos nimium irasci non patitur, carere me confiteor. *P. Manut.*

39. *Etiam*

Antonii Cotylæ concessimus? cui portas hujus urbis patere jus non [b] fuit, huic hoc templum patuit: huic aditus in senatum fuit: hic hesterno die sententias nostras in codicillos & omnia verba referebat: huic se etiam summis honoribus [c] usi contra dignitatem suam venditabant.

O dii immortales: quàm magnum est, personam in republica tueri principis! quæ non animis solùm debet, 29
[d] sed etiam oculis servire civium. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, [39] etiam seducere, hominis est nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis. Quod autem est periculum? [40] nam si maximum in discrimen venietur, [e] libertas parata victori est, aut mors [f] proposita victo. quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. Turpis autem fuga mortis omni est morte pejor.

Nam illud quidem non adducor ut credam, esse quos- 30
dam, qui invideant alicujus constantiæ, qui [g] labori ejus perpetuam in republica adjuvanda voluntatem & à senatu & à populo Romano probari molestè ferant. Omnes id quidem facere debebamus: eaque erat non modò apud majores nostros, sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare, [h] adesse animo, semper aliquid pro republica aut cogitare, aut facere, aut dicere.

Ego, P. C. Q. Scævolam augurem memoriâ teneo, bel- 31
lo Marsico, cùm esset summa senectute & perdita valitudine, quotidie, simulatque luceret, facere omnibus conveniendi sui potestatem: neque eum quisquam illo bello vidit in lecto: senexque & debilis primus veniebat in P. CCXX.
curiam. Hujus industriam maximè [i] quidem vellem ut imitarentur ii, quos oportebat: secundo autem loco, ne alterius labori inviderent.

XI. [41] ETENIM, patres conscripti, cùm in spem li- 32
ber-

b *erat Grav. & alii.*

c *pro* usi *est in MSS.* hi se, *aut* hic, *aut* sed.

d sed oculis *edd. vet.*

e aut lib. *Grut. & alii.*

f *alii* opposita, *aut* exposita.

g laboribus, qui ejus *Grut. & alii.*

h *alii & Grut.* cogitare, adesse.

i *alii* equidem.

39. *Etiam reducere.*] *Deducere* vetus liber habet, pro *reducere*. Ursin.

40. *Nam si maximum in discrimen venietur, aut libertas parata est victori, aut mors exposita victo.*] Quatuor hic errata sunt, quorum tria auctoritate antiqui libri, qui, pro *venietur*, habet *venitur*; pro *exposita*, *proposita*; pro *est victori*, *victori est*, quartum judicio nostro tollimus. arbitramur enim, pro *si maximum*, omnino legendum esse, *si maxime.* ut totus locus ita legatur: *Nam si maxime in discrimen venitur, aut libertas parata victori est, aut mors proposita victo.* Faërnus.

41. *Etenim, P. C. cum in spem libertatis sexennio.*] Dictio *post* sequi

bertatis 42 sexennio simus ingressi, diutin… perpessi quàm captivi k frugi & diligentes… gilias, quas sollicitudines, quos labores, li… Romani causâ recusare debemus? Equidem,… scripti, quamquam hoc honore usi, toga… cùm est in sagis civitas : statui tamen, à… que civibus in tanta atrocitate temporis t… turbatione l reipublicæ non differre m vestitu… ita gerimus nos hoc bello consulares, ut æquo… pulus Romanus visurus sit nostri honoris in… partim è nobis ita timidi sint, ut omnem n po… ni beneficiorum memoriam abjecerint: partim… publica aversi, ut o se hosti favere præ se fera… nostros ab Antonio despectos esse & irrisos l… tiantur: legatum Antonii sublevatum velint. p h… reditu ad Antonium prohiberi negabant oport… eodem excipiendo sententiam meam corrige… geram morem. Redeat ad imperatorem suu… sed ea lege, ne umquam Romam revertatur. tem, si errorem suum deposuerint & q cum… in gratiam redierint, veniam & impunitate… puto.

33 Quas ob res ita censeo: Eorum, qui cum … sunt, qui ab armis discesserint, & aut ad Pan… Hirtium, consules, aut ad Decimum Brutum rem, consulem designatum, aut ad C. Cæsarem tore ante idus Martias s primas adierint, iis f… quòd cum M. Antonio fuerint. si quis eorun… M. Antonio sunt, fecerit, 43 quod honore…

k servi frugi *MS.* & *Faërn.*

l *alii* populi Romani.

m vestitum *MS.*

n ii populi *alii.*

o huic se *Grut.*

p huic enim reditum *Grut.* & *alii.*

q in reip. gratiam *edd. vett.*

r proprætorem *alii.*

s primas *deest in aliis.*

qui debebat hæc verba, cum in aliis omnibus libris hunc locum ita obscurabat, ut eum intelligere … nunc omnibus clarus est, ab occupata enim liberta… rem usque ad id tempus, quo hæc Cicero dicebat … tercesserant. & sequenti versu, ubi est *quam captiv… servi.* & post aliqua, pro *perturbatione populi R.* corri… & infra, ubi est *ut omnem ii*, extrema particula dele… quenti versu dictio *huic*, sine qua legendum *hun…* Faërnus.

42. *Sexennio post.*] Sexto denique anno post ort… lum, a consulatu Marcelli & Lentuli, quo ann… Roma potitus est, ad Pansæ & Hirtii consulatum.

43. *Quo honore præmiove quis dignus esse videatur.*] … ne *quis*, legendum, *quod honore præmiove dignum es…* infra, pro *videatur*, *videbitur*: & pro *fuerit*, *esset*.]

dignum esse videatur; uti C. Pansa, A. Hirtius, consu- les, alter ambove, si eis ᵗ videbitur, de ejus honore præmiove primo quoque die ad senatum referant. Si quis ᵛ post hoc ˣ senatusconsultum ad Antonium profe- ctus ʸ esset, præter L. Varium, senatum existimaturum, eum contra rempublicam fecisse.

P. B. ᵗ videatur *alii.* ᵛ posthæc ad *edd. vett.* ˣ senatusconf. *deest in edd. vett.* ʸ fuerit *Grut.*

rit, quod honore præmioque dignum, &c.] Sic olim edideram, *fecerit, quod honore præmioque dignus esse videatur.* in quo scripturam antiquam partim secutus eram, partim adjuveram. nam deleto pronomine *quis*, *dignus* retinueram. quod reperitur in libris vulgg. Atque hæc verba, *fecerit, quod honore præmioque dignus,' &c.* sic interpretabar, fecerit propter quod honore & præmio, &c. sic loquitur Terent. Phorm. *Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata, & quod tuo viro oculi doleant? &c. quod*, id est, propter quod. & ita Donatus. Nunc antiquam retineo: neque tamen illam damno. *Lambin.*

M. TULLII CICERONIS P. CCXXI.

IN

M. ANTONIUM

PHILIPPICA NONA.

ORATIO QUARTA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Referente Pansa consule de honore Ser. Sulpicii, qui legatus ad Antonium cum Pisone & Philippo missus prope castra quidem pervenerat, sed ante quam senatus mandata exponeret obierat; P. Servilius, sententiam rogatus, decernendum ei publice sepulcrum censuit, statuam non censuit: quod statua decerni solerent iis, qui in ipsa legatione essent interfecti, non quibus mortem casus attulisset. Post eum Cicero rogatus honorem sepulcri Sulpicio non ademit, sed eum omnino statuâ ornandum esse censuit, ea potissimum ratione usus, quòd, cum ad Antonium gravi affectus morbo sit profectus, non ei casus, verum ipsa legatio mortem attulisse videatur, atque in hanc sententiam graviter, ornate, copiose disputat. S. C. in ejus sententiam factum esse ex eo perspicitur, quia

Pem-

Pomponius de origine juris exstare pro rostris Augusti statuam illam auctor est. P. Manutius.

1 I. VELLEM, dii immortales fecissent, patres conscripti, ut vivo potiùs Ser. [a] Sulpicio gratias ageremus quàm mortuo honores quæreremus. Nec verò dubito, quin, si ille vir legationem [b] renuntiare potuisset, reditus ejus & [c] nobis gratus fuerit, & reipublicæ salutaris futurus: [1] non quò L. Philippo & L. Pisoni aut studium aut cura defuerit in tanto officio tantoque munere: sed cùm Ser. Sulpicius ætate [d] illis anteiret, sapientiâ [e] omnibus, subitò ereptus [f] è causa, totam legationem orbam & debilitatam reliquit.

a Sulpitio *alii.*
b renunciare *alii.*
c vobis *MSS.*
d illos *Manut.*
e omnes *Idem.*

2 Quòd si cuiquam justus honos habitus est in morte legato, in nullo justior quàm in Ser. Sulpicio reperietur. Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculum sine ullo mortis metu profecti sunt: Ser. Sulpicius cum aliqua perveniendi ad M. Antonium spe profectus est, nullâ revertendi. qui cùm ita affectus esset, ut, si ad gravem valitudinem labor viæ accessisset, sibi [g] ipse diffideret: non recusavit, quo minùs vel [h] extremo spiritu, si quam opem reipublicæ [i] ferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hiemis, non nives, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit: cúmque jam ad congressum colloquiumque ejus pervenisset, ad quem erat missus: [2] in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris excessit è vita.

f è causa *non est in multis edd.*
g ipsi *alii.*
h in extr. *alii.*
i afferre *edd. vett.*

3 Ut igitur alia, sic hoc, C. Pansa, præclarè, quòd nos ad [k] ornandum Ser. Sulpicium [l] cohortatus es, & ipse multa copiosè de illius laude dixisti. quibus à te dictis, nihil præter sententiam dicerem, nisi P. Servilio respondendum putarem, qui hunc honorem statuæ nemini tribuendum censuit, nisi [m] qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autem, patres conscripti, sic interpretor sen-

k honorandum *Græv. & alii.* P. B.
l hortatus es *MS.*
m ei, qui *alii.*

1. *Non quod L. Philippo.*] *Non quo* o. l. v. quod placet. ut in III. de Or. *Non quo* (*ut nescio quos dicere aiebant*) *acui ingenia adolescentium nollem*, *sed contra &c.* Et in epist. ad. Ap. Pulchrum: *Non quo quisquam aliter putasset*, *sed*, *&c.* & sexcenta alia, quæ brevitatis causâ relinquo. *Ferrar.*

2. *In ipsa cura ac meditatione.*] Ita liber Vaticanus, in quo errore librarii *ad* scriptum est, pro *ac*. Ursin.

3. *Cui*

sensisse majores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quærendum. Etenim [3] cui legatio ipsa [n] morti fuisset, ejus monumentum exstare voluerunt, ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. Non igitur exempla majorum quærenda, sed consilium est eorum, [o] à quo ipsa exempla nata sunt, explicandum.

n *mortis* causa *edd. vett.*
o à *non est in MSS.*

II. [4] LAR Tolumnius, rex [p] Vejentum, quatuor le- 4
gatos populi Romani Fidenis interemit: quorum [q] statuæ usque ad meam memoriam in Rostris steterunt. justus honos. iis enim majores nostri, qui ob rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt. Cn. Octavii, [r] clari & magni viri: qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis [s] floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris. nemo [t] tum novitati invidebat: nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octavii, in qua periculi suspicio non subesset. Nam, cùm esset missus à senatu ad animos regum [v] perspiciendos liberorumque populorum, maximéque, [5] ut nepotem Antiochi regis, ejus, qui cum majoribus nostris bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet: Laodiceæ in gymnasio à quodam
Leptine est interfectus. Reddita est ei tum à majoribus 5
statua pro vita: quæ multos per annos progeniem ejus ho-

p Vejentium *alii.*
q *ita MSS. alii aliter.*
r clari viri & magni *Lamb. & alii.*
s claruit *MS.*
t enim tum *edd. vett.*
v perspiciundos *MS.*

3. *Cui legatio ipsa mortis causa fuisset, &c.*] Sic IIII. libri veteres, in queis Lang. *Cui legatio ipsa morti fuisset.* quod vehementer probo: ut enim *hoc fraudi, pœna, crimini*, sic *morti est*, recte dicitur. Marc. Tull. pro Flacco: *Quibus odio sunt nostra secures, nomen acerbitati, scriptura decumæ, portorium morti.* Ferrar.

4. *Lartes Tolumnius.*] Sic Lang. *Lar Stolumnius Rex Vejentium.* Alii, *Lars Tolumnius.* si Priscianus aliquid apud nos ponderis habet, *Lar* scribendum est: cujus verba subscripsi: *Lar si significat* κατοικίδιον θεὸν, *Laris facit: sin autem imperatorem Vejentium, quem mactavit Cossus, Lartis.* hoc idem Carisius tradit. *Idem.* In meo est etiam *Lars Tolumnius.* Miror *Lartes* tolerasse Gruterum, cum & ratio & editiones Manutii & Lambini, præter Faërni & Mureti, quas non vidit, recte ex Vaticano aliisque codicibus restituerit *Lar Tolumnius.* Græv.

5. *Ut nepotem Antiochi regis.*] Hoc amplius o. l. v. *Antiochi regis, ejus, qui.* & recte: hoc enim prænomine vel maxime quisque optimus Latinitatis auctor utitur, ad id, quod declarari volunt, aperte demonstrandum: ut hic ipse in Divin. *Tum cum P. Lentulus, is qui princeps Senatûs fuit.* & Cæs. lib. III. Bel. Civil. *In eo numero Valerius Flaccus, L. filius, ejus qui Prætor Asiam obtinuerat.* Ferrar.

 6. Ad

honestaret, nunc [6] ad tantæ familiæ memoriam sola restaret. [7] Atqui & huic, & Tullo Cluvio, & L. Roscio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, qui à Vejentium rege cæsi sunt, non sanguis, qui profusus est in morte, [8] sed ipsa mors ob rempublicam obita honori fuit.

P. CCXXII. III. ITAQUE, patres conscripti, si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset, [x] dolerem quidem tanto reipublicæ vulnere: mortem verò ejus [y] non monumentis, sed luctu publico esse [z] honorandam putarem. nunc autem quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? secum enim ille mortem extulit: quam, si nobiscum remansisset, suâ curâ, optimi filii, [9] fidelissimæ conjugis diligentiâ vitare potuisset.

x dolorem *MS.* y non *deest in MS.* z honorandum *aut* ornandum *alii.*

6 At ille, cùm videret, si vestræ auctoritati non paruisset, [10] dissimilem se futurum sui. [a] si paruisset, munus sibi illud pro republica susceptum vitæ finem [b] fore: maluit in maximo reipublicæ discrimine [c] mori quàm minùs, quàm potuisset, videri reipublicæ profuisse. Multis illi in urbibus, quà iter faciebat, reficiendi se & curandi potestas fuit. [11] aderat hospitum invitatio liberalis pro dignitate summi viri & eorum [d] hortatio, qui unà erant

a sin par. *alii.* b *alii* allaturum. c *alii* emori. d cohortatio *alii.*

6. *Ad tantæ familiæ memoriam.*] Gens Octavia manebat, sed ea familia, quæ ab Octavio illo in legatione interfecto originem ducebat, prorsus omnis interierat: ut ejus memoriam sola statua conservaret. differt autem a familia gens: potest enim familias multas gens una complecti. ut in Cornelia Scipiones, Lentuli Sullæ, Cinnæ, Dolabellæ, alii præterea fuere. *P. Manut.*

7. *Atque & huic, & Tullo Clivio.*] *Atqui & huic, & Tullo Clivio* habet liber Vaticanus. opinor autem pro *Tullo* scribendum esse *Tito*, quod id prænomen peculiare sit Cluviæ familiæ, sive Clouliæ. *Ursin.* *Et Tullo Cluvio.*] Vide ne reponendum sit. *L. Julio*, admonet Pighius noster libro III. Fastorum. at Fulvius Ursinus in *Cloulia* mallet *Tito Clœlio*, ut idem nominatur apud Livium lib. IV. Plinium libro III. cap. 6. *Grut.*

8. *Sed ipsa mors ob Remp. habita honori fuit.*] Vera lectio, *Ob Remp. obita*, ut *Morte obita quales fama est volitare figuras.* Camer.

9. *Fidelissimaque conjugis.*] Ita liber Vaticanus. *Ursin.*

10. *Dissimilem se futurum suis, & munus, &c.*] Sic omnes l. v. *Dissimilem se futurum suis & munus, &c.* ut fortasse corrigendum sit: *Dissimilem se futurum sui, sed munus, &c.* Ferrar. *Sed minus sibi illud.*] Pro *sed*, legendum, *sin paruisset*, quod & priuserat in vulgata. pro *finem allaturum, finem fore:* pro *populi R. Reip.* pro *mori, emori.* Faërn.

11. *Aderat & hospitium.*] Copula *&* delenda. ut & infra *que*, post *festinans:* ubi & pro *nostra*, corrigendum *vestra*, locusque ita legendus: *At ille properans, festinans, mandata vestra conficere cupiens.* & infra pro *jussu nostro, jussu vestro.* Idem.

12. Re

erant missi ad requiescendum & vitæ suæ consulendum. At ille properans [e] festinansque, mandata nostra conficere cupiens, in hac constantia, morbo adversante, perseveravit.

e festinans mandato *Grav.*

7 Cujus cùm adventu maximè perturbatus esset Antonius, quòd ea, quæ sibi jussu [f] nostro denuntiarentur, auctoritate erant & sententiâ Ser. Sulpicii constituta: declaravit, quàm odisset senatum, cùm auctorem senatûs exstinctum lætè atque insolenter tulit. Non igitur magis Octavium Leptines, nec Vejentium rex eos, quos modò nominavi, quàm Ser. Sulpicium occidit Antonius. Is enim profectò mortem attulit, qui causa mortis fuit. Quocirca etiam ad posteritatis memoriam pertinere arbitror, exstare, quod fuerit de hoc bello judicium senatus. erit enim statua ipsa testis, bellum tam grave fuisse, ut legati interitus honoris memoriam consecutus sit.

f vestro *alii.*

8 IV. QUÒD SI excusationem Ser. Sulpicii, patres conscripti, legationis obeundæ recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur, quin [g] honore mortui, quam vivo injuriam fecimus, sarciamus. Vos enim, patres conscripti, (grave dictu est, sed dicendum tamen) vos, inquam, Ser. Sulpicium vita privastis. quem cùm videretis [12] se magis morbo quàm oratione excusantem, non vos quidem crudeles fuistis (quid enim minùs in hunc ordinem convenit?) sed, cùm speraretis nihil esse, quod non illius auctoritate & sapientia effici posset, vehementiùs excusationi obstitistis: atque eum, qui semper vestrum consensum gravissimum judicavisset, de sententia dejecistis.

P. B.

g honorem mortuo *edd. vett.*

9 Ut verò Pansæ consulis accessit cohortatio gravior quàm aures Ser. Sulpicii ferre didicissent, [h] tum verò denique filium meque seduxit, atque ita locutus est, ut auctoritatem vestram [i] vitæ suæ se diceret anteferre. cujus nos virtutem admirati, non ausi sumus [k] adversari voluntati. movebatur singulari pietate filius: non multùm

h tum filium meque *edd. vett.*

i vitæ se *alii.*

k ejus advers. *alii.*

ejus

12. *Re magis morbum quàm oratione excusantem.*] Sic præclare hunc locum restituit ex Vaticano Faërnus, suffragante Manutio. Miror vulgatam, *se magis morbo quàm oratione excusantem*, tolerasse Muretum, Lambinum, Gruterum, alios, cum Latina non sit. Non enim Latini dicunt *excusare se aliqua re*, sed *excusare aliquid.* ut in ad Attic. *Varroni memineris excusare tarditatem litterarum mearum*, & alibi frequenter. *Re* bene Manutius interpretatur, ipsa macie & imbecillitate. *Grav.*

ejus perturbationi meus dolor concedebat: sed uterque nostrûm cedere cogebatur magnitudini animi orationisque gravitati: cùm quidem ille maxima laude & gratulatione omnium vestrûm pollicitus est, se, quod velletis, esse facturum, neque ejus sententiæ periculum vitaturum, cujus ipse auctor fuisset, quem exsequi mandata vestra properantem manè postridie prosecuti sumus. qui quidem discedens mecum ita locutus est, ut ejus oratio omen fati videretur.

10 V. REDDITE igitur, patres conscripti, ei vitam, cui ademistis. vita enim mortuorum in memoria vivòrum est posita. perficite, ut is, quem vos ad mortem inscii misistis, immortalitatem habeat à vobis. cui si statuam in Rostris decreto vestro statueritis, nulla ejus legationem posteritatis [l] obscurabit oblivio. Nam reliqua Ser. Sulpicii vita multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. semper illius gravitatem, constantiam, fidem, [13] præstantem in republica tuenda curam atque prudentiam omnium mortalium fama celebrabit. Nec verò silebitur admirabilis quædam, & incredibilis, [14] & pænè divina ejus in legibus interpretandis, æquitate [m] explicanda, scientia. Omnes, ex omni ætate, qui [n] hac in civitate intelligentiam juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non [o] sunt comparandi. Neque enim ille magis juris consultus quàm justitiæ fuit.

11 [p] Ita ea, quæ proficiscebantur à legibus & [q] à jure civili, [15] semper ad facilitatem æquitatemque referebat: ne-

l inobsc. *Grut.*

P. CCXXIII.

m explicandis *edd. vett.*

n in hac *alii.*

o sint *alii.*

p Itaque quæ *Grut.*

q ab jure *Lamb.*

13. *Præstantiam in rep. tuenda curam.*] Antiq. lib. *præstantem*, ut sit, *præstantem curam.* & paulo post, ubi est, [illegible] *randi*, legendum, *sint.* & sequenti versu, pro [illegible] *quæ.* & infra, pro *constituere*, *instituere.* [illegible]

14. *Et pæne divina.*] Ita liber Vaticanus, [illegible] melius. *Ursin.*

15. *Semper ad facilitatem æquitatemque, &c.*] [illegible] bent, *semper ad facilitatem æquitatemque*, [illegible] jusseram. sed, cum docti cujusdam [illegible] qui legendum putabat, *ad utilitatem* [illegible] consilio meo non intellecto, vera & [illegible] certam & conjecturalem adjun[illegible] lem, malim ita legi, ut [illegible] libris legitur. quid enim [illegible] mus, idem fere [illegible] contraria: [illegible]

neque [r] instituere litium actiones malebat quàm controversias tollere. Ergo hoc statuæ monumento non eget: habet alia majora. hæc enim statua mortis honestæ testis erit: illa, memoria vitæ gloriosæ: [16] ut hoc magis monumentum grati senatûs quàm clari viri futurum sit.

Multùm etiam valuisse ad patris honorem pietas filii 12
videbitur: qui quamquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, ut ille si adesset. est autem ita affectus, ut nemo umquam unici filii [17] mortem magis doluerit quàm ille mæret patris. [s] Equidem etiam ad famam Ser. Sulpicii filii arbitror [t] pertinere, ut videatur honorem debitum patri præstitisse. quamquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere [v] potuit quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, filium. cujus luctus [x] aut hoc honore vestro aut nullo solatio levari potest.

VI. MIHI autem recordanti Ser. Sulpicii multos [y] in 13
nostra familiaritate sermones, gratior illi videtur, si quis est sensus in morte, ænea statua futura, & ea [z] pedestris, quàm inaurata equestris: [18] qualis est L. Sullæ prima statua. [a] mirificè enim Ser. Sulpicius majorum continentiam diligebat: hujus sæculi [19] insolentiam vituperabat. [20] Ut igitur, si ipsum consulam, quid velit, sic pedestrem ex

r constituere *Grut.*

s Et quidem *Lamb.*

t attinere *Grut.* & *alii.*


v potuerit *alii.*

x aut honore *edd. vett.*

y pro nostra *conj. Gul.*

z pedestris magis *MS. P. B.*

a magnifice *edd. vett.*


epist. 9. *Facilitate autem, quod vellem, consequi potuisses, ne ejus ordinis rem aut voluntatem offenderes.* Scripturam igitur antiquam, a qua non discrepat vulgata, teneamus. *Lambinus.*

16. *Ut hoc magis monumentum gratia Senatûs &c.*] Veneti eleganter sic, *ut hoc magis monumentum gloria senatûs*, id est, *gloriosum senatui*. Camer.

17. *Mortem magis doluerit.*] *Morte* videtur legendum ex libro Vaticano. *Ursin.*

18. *Qualis L. Sullæ prima statua est.*] *Qualis est* l. v. *Ferrar.* ... *qualis L.* ... *statua est.* Forte ... *Nam non est* ... *Grut.*

19. ...

Cic.

ex ære statuam, tamquam ex ejus auctoritate & voluntate decerno: quæ quidem magnum civium dolorem & desiderium honore monumenti minuet & leniet.

14 Atque hanc meam sententiam, patres conscripti, P. Servilii sententiâ [b] comprobari necesse est: qui sepulcrum publicè decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde atque ferro nullum honorem desiderat; cur decernit honorem sepulturæ: qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod non est datum Cn. Octavio: cur, quod illi datum est, huic dandum esse non censet? Majores quidem nostri statuas multis decreverunt: sepulcra paucis. sed statuæ intereunt tempestate, [c] vi, vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est: quod [d] nulla vi moveri neque deleri potest. atque ut cetera exstin-
15 guuntur, sic sepulcra fiunt sanctiora vetustate. Augeatur igitur isto etiam honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus potest. grati simus in ejus morte decoranda, cui nullam [e] jam aliam gratiam referre possumus. notetur etiam M. Antonii, nefarium bellum gerentis, scelerata audacia. his enim honoribus habitis Ser. Sulpicio, repudiatæ rejectæque legationis ab Antonio, manebit testificatio sempiterna. Quas ob res ita censeo.

VII. Cùm [21] Ser. Sulpicius, Q. F. [22] Lemoniâ, Rufus, [23] difficillimo reipublicæ tempore, gravi periculosoque morbo affectus, auctoritatem senatûs salutemque [f] reipublicæ vitæ suæ præposuerit, contraque vim gravitatem-

b *alii &* *Grut.* probari.

c vel vetust. *alii.* d nunquam vi *MS.*

e jam *deest in aliis.*

f populi Romani *alii.*

esse mendosus, & sic emendandus: *Huic igitur, si ipsum consulam quid velit, si pedestrem ex ære statuam,* (sc. decerno) *tanquam ex ejus auctoritate & voluntate decerno.* Græv.

21. *Serv. Sulp. Qu. F. Lemonia.*] Ego *Lemoniâ* lego, id est, tribu Lemonia. ut Verr. IV. *C. Claudius. C. F. Palatinâ.* Camerar.

22. *Lemonia.*] Pro, ex Lemonia tribu. sic enim Pedianus interpretatur illud, *C. Verrem Romilia:* & addit cives omnes Romanos in aliqua tribu censeri solitos, & ab ea interdum indicari. Cujus exstant consuetudinis exempla permulta. *Lemonia* igitur Sulpicii tribus fuit: de qua & de ceteris omnibus alibi copiose diximus. *P. Manut.*

23. *Maximo reip. tempore.*] Quod proxime dixit, *difficillimo.* Et lib. III. de Leg. *Est autem boni auguris meminisse, maximis reip. temporibus præsto esse debere.* Nec tamen displicet quod libri nonnulli veteres habent: *In maximo reip. munere,* id est legatione. nam cum paullo ante dictum sit, *Difficillimo reip. tempore;* cur idem iteretur? *Idem.*

24. *Vi-*

temque morbi contenderit, ut [g] ad castra Antonii, quò senatus eum miserat, perveniret: [h] isque, cùm jam prope castra venisset, vi morbi oppressus, [24] vitam amiserit in maximo reipublicæ [i] munere: ejusque mors consentanea vitæ fuerit, sanctissimè honestissiméque actæ, in qua sæpe magno usui reipublicæ Ser. Sulpicius & privatus & in magistratibus fuerit.

g in castra alii. h ipse Muret. i tempore Lamb. P. CCXXIV.

Cùm talis vir ob rempublicam in legatione mortem 16 obierit: senatui placere, Ser. Sulpicio statuam pedestrem æneam in Rostris ex hujus ordinis sententia statui, circumque eam statuam ludis, gladiatoribusque liberos posterosque ejus [25] quaque versus pedes quinque habere, quod [k] is ob rempublicam mortem obierit, eamque causam in basi inscribi: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, si eis [l] videbitur, [26] quæstoribus urbanis imperent, ut eam basim statuamque faciendam & in Rostris statuendam locent: quantique locaverint, [27] tantam pecuniam redemptori solvendam attribuendam-

k hic ob alii. l videatur alii.

24. *Vitam amiserit in maximo reip. munere.*] Manutius atque Lamb. *vit. am. maximo reip. tempore*, & interpretatur hic, *difficillimo*. non placet; neque respondet libris nostris. *Grut.* Quamvis *tempore* hauserint Faërnus, Muretus, Lambinus & Manutius ex Vaticano, hic tamen assentior Grutero, propter ταυτολογίαν, quia præcesserat *difficillimo reip. tempore*, quod & Manutius animadvertit. *Munus* vero est officium præstandum, ut in notis ad epistolas ad Familiares, ut vocant, docui. *Græv.*

25. *Quaque versus pedes quinque.*] Antiq. lib. *quoque versus*. nos *quoquo*, quod sequentia comprobant, ubi est, *pedes triginta quoquo versus adsignet.* & sequenti versu, pro *si iis videbitur*, *si iis videatur*. & paulo post, ubi legitur *quantique locarint*, totus ille locus converso ordine dictionum ita legendus, *quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori áttribuendam solvendamque curent.* nam prius est, ut attribuatur pecunia, id est adsignetur. deinde solvatur. & ubi est, *Senatus auctoritatem*, addendum *suam*. Faërnus. *Quaque versus.*] Vetus liber *quoque versus:* & infra habet, *exsolvendam* pro *solvendam*. Ursinus.

26. *Quæstoribus urbis imperent.*] *Q. urbi* o. l. veteres. ego, *Q. urb.* hoc est, *Quæstoribus urbanis*. Idem mendum in V. libro accusat. *Quas ad quæstores urbis misit.* Et III. *Quem prætorem urbis.* Et apud Livium multis in locis. Hæc enim per notam scribebantur *urb.* quæ in ejusmodi rebus non *urbis*, sed *urbanum* significat. *Ferrarius.*

27. *Tantam pecuniam redemptori solvendam.*] O. l. v. *redemptores solvendam.* ut fortasse sic emendandum sit, *redemptori exsolvendam:* ut illud Terentianum, *Qua re suspectus suo patri & Phidippo fuit, exsolvi*, & ita scripsisse antiquos ex veteribus monimentis appa-ret:

damque curent: cúmque antea senatus auctoritatem [m] suam in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit; placere, eum quàm amplissimè supremo die suo efferri.

m suam *Grut. & alii non habent.*

17 Et, cùm Ser. Sulpicius, Q. F. Lemoniâ, Rufus, ita de republica meritus sit, ut his ornamentis decorari debeat: Senatum censere atque è republica existimare, ædiles curules edictum, quod de funeribus habeant, [28] Ser. Sulpicii, Q. F. Lemoniâ, Rufi, [n] funeri remittere: utique locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul, seu [o] quo in loco [p] videtur, [29] pedes triginta quoquò versus adsignet, quò Ser. Sulpicius inferatur. quod sepulcrum ipsius, liberorum posterorumque ejus [q] esset: uti quod optimo jure publicè sepulcrum datum [r] esset.

n *alii* funeri mittere.
o quo alio in *alii.*
p *alii* videbitur *aut* videbatur.
q sit *Grut.*
r est *Idem.*

ret: *Statuam patrono præstantissimo testimonium gratulationis exsolvimus.* Ferrarius. Hunc locum restituit Faërnus ex Vaticano. Vulgo perverse legitur: *tantam pecuniam redemtori solvendam attribuendamque.* Græv.

28. *Ser. Sulpitii, Q. F. Lemonia Rufi.*] Sic omnes libri. ego, *Lem. Lemoniâ* scilicet sexto casu. Lemonia tribus, inquit Sext. Pompejus, a pago Lemonio appellatur, qui est a porta Capena, viâ Latinâ. Asconius, locum illum interpretans, *Romilia*, *Verrem Romiliâ*, inquit, *nomen est tribus ablativi casus: ut sit, Ex Romilia.* Tribus enim urbanæ rusticæque omnes XXXV. numerantur: ex quibus aliquam necesse est, cujusque ordinis fuerit, civis Romanus obtineat. Moris autem fuit, cum aliquis civis Romanus ostendendus esset, significaretur aut prænomine suo, aut nomine, aut cognomine, aut cognatione, aut tribu, in qua censeretur. sic alibi ait, *L. Claudius Palatina.* Librarii, moris hujus ignari, simulque (ut opinor) cognomen arbitrantes, ut hoc superioribus verbis accommodaretur, *Lemonia* patrio casu extulerunt. *Ferrar.*

29. *Pedes triginta quaque versus designet.*] O. l. v. *quoquo versus assignet.* recte: hoc enim verbum vel maxime ponitur in monumentis ac limitibus. unde illud in marmoribus antiquis, *Locus assignatus monumento.* Cicero libro III. ad Atticum, *Mihique ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest.* Quod ad *quoquo versus* attinet, ita verum mihi videtur, ut in illo quoque altero loco haud sciam an reponendum sit. siquidem Cato, Cæsar, ceterique primæ, ut ita dicam, classis auctores, modo *quoquo versus*, modo *quoquo versum*, numquam *quoque versus* usurparunt. *Idem.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS P. B.

IN

M. ANTONIUM

PHILIPPICA DECIMA.

ORATIO QUINTA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Agit gratias Pansæ, quia litteris M. Bruti acceptis senatum statim vocavit. Queritur cum Caleno, quod utrumque Brutum æque non probare videatur, qui rempublicam defendant; Antonium autem, qui oppugnet, probet idem vel maxime: Commemorat ea, quæ M. Brutus in Græcia gesserat: & ab eo nihil turbulentum, nihil non utile reipublicæ timendum esse confirmat. Suadet, ut, quæ M. Brutus egerit privato consilio, publica auctoritate, ut idem ei tribuatur, quod D. Bruto & C. Cæsari, comprobentur. Censet etiam, Q. Hortensio, Macedoniæ proconsuli, qui Brutum in comparando exercitu adjuverat, confirmandam esse provinciæ administrationem, quoad ei ex S. C. successum esset. P. Manutius.

I. MAXIMAS tibi, Pansa, gratias omnes & 1
habere & agere debemus: qui, cùm hodierno die senatum te [a] habiturum non arbitraremur; ut M. Bruti, præstantissimi civis, litteras accepisti, ne minimam quidem moram interposuisti, quin quàm primùm maximo gaudio & gratulatione frueremur. Cùm factum [b] tuum gratum omnibus debet esse, tum verò oratio, qua, recitatis litteris, usus es. declarasti enim, verum esse id, quod [c] ego semper sensi, neminem alterius, qui suæ confideret, virtuti invidere.

a non habit. *alii.*
b tuum *deest in MS.*
c ego sensi *MSS.*

Itaque mihi, qui plurimis officiis sum cum Bruto & 2
maxima familiaritate conjunctus, minùs multa de illo dicenda sunt. [1] quas enim mihi ipse partes sumpseram, eas præ-

1. *Quas enim partes ipse mihi sumpseram.*] Sic omnes l. v. *Quas enim sententias mihi ipse sumpseram.* quod valde placet.

præoccupavit oratio tua. Sed mihi, patres conscripti, necessitatem attulit paullo plura dicendi sententia ejus, qui rogatus est [2] ante me: à quo ita sæpe dissentio, ut jam verear, ne, id quod minimè fieri debet, minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio.

3 [3] Quæ est enim ista tua ratio, Calene? quæ mens? qui numquam post Kalendas Jan. idem senseris, quod is, [4] qui te sententiam primùm rogat? [5] cur numquam tam frequens senatus fuit, [d] ut unus aliquis tuam sententiam secutus sit? cur semper tui dissimiles defendis? cur, cùm te

d quod *Manut.*

Ferrar. Quas enim sententias mihi ipse sumpseram, eas praeoccupavit oratio tua.] Antiq. lib. sic: *quas enim ipse mihi partis sumpseram, eas pracepit oratio tua.* Faërnus. *Quas enim ipse mihi partis sumseram, eas pracepit oratio tua.*] Ita optimus liber. quamquam autem Ferrarius id quod in aliis libris legitur sibi valde placere ait, tamen aut ego nihil video, aut hoc nostrum multo nitidius est multoque concinnius. *Muret. Quas enim ipse mihi partes sumpseram.*] Est hoc quidem in editis, sed Ferrarii mss. omnes, item nostræ: *quas enim sententias mihi ipse sumpseram.* quod non video, cur non debeat quis præferre alteri. *Gruter.* Certe *sententias sibi sumere* Latinis nihil plane significat. Vaticani scripturam non in ista modo voce, sed & in *pracepit*, pro vulgato *praeoccupavit*, quæ est interpretatio illius, recepi. *Gravius.*

2. *Ante me.*] Immo ante omnes. nam ante Ciceronem & P. Servilius rogabatur: ut patet ex Phil. VII. & IX. *P. Manut.*

3. *Qua est enim ista tua oratio, Calene.*] Eodem modo libri scripti, ut impressi: mihi tamen dubium non est, quin *ratio*, non *oratio*, rectum sit: ut sit, quemadmodum illud in VIII. Philipp. *Excogitare, qua tua ratio sit, Calene, non possum.* Idem paulo infra, commutatis verbis dicit, *Quis est iste tuus sensus, qua cogitatio?* Ferrarius.

4. *Qui te sententiam primùm rogat.*] *Prius* habet liber Vaticanus: sed *primus* legendum videtur. *Vrsin.*

5. *Cur numquam tam frequens Senatus fuit, quod unus aliquis sententiam tuam sequutus sit.*] Hic locus in antiquo libro, sine dictione *cur*, sic legitur, *numquam tam frequens Senatus fuerit, cum unus aliquis sententiam tuam secutus sit.* quam lectionem tenemus, præterquam in dictione, cum pro *qua*, alii libri & vulgata habent, *quo*, ego legendum puto, *quo*: ut sit, *quo senatu.* Faërnus. Faërni emendationem secutus est Lambinus & Muretus, qui tamen retinuit *cum* pro *quo*. Meus liber pervetustus optime: *Cum numquam tam frequens senatus fuerit, cum unus aliquis sententiam tuam sit secutus. Cum* postea transit in *cur*, sicut in Coloniensi ultima littera hujus voculæ immutata est a posteriore manu, erasa priore littera. Postea cum legeretur *cur*, *fuerit* quoque resinxerunt & scripserunt, *fuit*, cum tamen illud optimi quique codd. retineant, quod merito quærit Manutius unde pendeat. Si ex meo codice *cum* rescribas, omnia liquida invenies. *Gravius.*

6. *Quod*

te & vita & fortuna tua ad otium & ad dignitatem invitet, ea probas, ea decernis, ea sentis, quæ sunt inimica & otio communi & dignitati tuæ?

II. NAM, ut superiora omittam, hoc certè, [6] quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo. Quod P. ccxxv.
[e] est tibi cum Brutis bellum? cur eos, quos omnes [f] pæ- 4
nè venerari debemus, solus oppugnas? alterum circumsederi non molestè fers, alterum tuâ sententiâ [g] spolias iis copiis, quas ipse suo labore & periculo ad reipublicæ, non ad suum præsidium, per se, nullo adjuvante, [h] confecit? [i] Quis est iste tuus sensus, quæ cogitatio, Brutos ut non probes, Antonios probes? quos omnes carissimos habent, tu oderis? quos acerbissimè [7] omnes oderunt, tu constantissimè diligas? Amplissimæ tibi fortunæ sunt, summus honoris gradus, filius, ut & audio & spero, natus ad laudem: cui cùm reipublicæ causâ faveo, tùm etiam tuâ.

Quæro igitur, eum [k] Brutine similem malis, an An- 5
tonii? Ac permitto, ut de tribus Antoniis eligas, quem velis. [l] Dii meliora, [m] inquies. [8] Cur igitur non eis faves? cur

e enim tibi *alii*.
f pæne *deest in vett. edd.*
g spoliat *alii.*
h perfecit *Muret.*
i Qui *alii.*
k Bruti sim. *edd. vett.*
l D. Brutus melior est *edd. vett.*
m inquies fatuè *ead. edd.*

6. *Quod mihi maximam admirationem movet.*] Propendeam magis in Hittorp. & Pal. sec. item omnes Ferrarii scriptos *quod me maxima admiratione movet.* Grut.

7. *Omnes oderunt.*] Antiq. lib. *ceteri oderunt:* & post aliqua, ubi mendosissime legitur, *D. Brutus melior est inquies,* liber hic habet, *Di meliora inquies,* & eodem versu, pro *eos laudas,* admitto conjecturam Ferrarii, ut legi debeat: *quos laudas*; certe enim mendum ex eo fluxit, quod solebant aliquando antiqui librarii pro *quos,* scribere *cos,* ex quo facilis lapsus in *eos.* & sequenti versu pro *consulis & proponis,* legendum, *consules & propones.* Faërn.

8. *Cur igitur his non faves? eos laudas, &c.*] *Cur non eos laudas?* quidam in suis libris reposuerunt: quod judicaverint (credo) hæc verba deesse. nam in libris quidem scriptis non reperiuntur. Ego, si testificari licet, non affirmare sententiam suam: pro *eos, quos* reponendum arbitror, hoc modo: *Cur igitur his non faves, quos laudas, quorum similem filium tuum esse vis?* ut hoc illi respondeat, *Brutus melior est.* Illud nonnihil concinit opinioni meæ, quod incredibile est, quam hæ literæ, C. & Q. scilicet, altera alterius locum occupet. idque non solum veteribus in libris, sed etiam monumentis appareat: ut *liquisse* pro *licuisse: loci* pro *loqui: cuando* pro *quando: corum* pro *quorum: coad* pro *quoad:* ut primo *quos* in *cos:* deinde *cos* in *eos* mutari facile potuerit. Libros tamen tueri possumus, non suggerendo *cur non:* sed duobus membris, ut sæpe fit, accommodando. sed quod testatus sum, multo magis arridet. *Ferrar. Cur igitur non iis faves? eos laudas? &c.*] Vetus liber, *Cur igitur non iis faves? cur non eos laudas? &c.* Ursinus.

Cur

cur non eos laudas, quorum similem filium tuum esse vis? simul enim reipublicæ [n] consules, & propones illi exempla ad imitandum. [9] Hoc verò, Q. Fufi, copiosiùs sine offensione nostræ amicitiæ, sic tecum, ut à te dissentiens, senator quæro. ita enim dixisti, & quidem de scripto. nam te inopiâ verbi lapsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem. litteras Bruti rectè & ordine scriptas videri. [10] quid est aliud librarium Bruti lau-
6 dare, non Brutum. Usum in republica, Calene, magnum jam habere & debes & potes. quando ita decerni vidisti? aut [o] quo senatusconsulto hujus generis (sunt enim innumerabilia) bene scriptas litteras decretum à senatu? quod verbum tibi non excidit, ut sæpe fit, [p] fortuitò: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

III. Hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus [q] bonis obtrectandi si [r] quis detraxerit: [11] quid tibi, quod sibi

n consulis & proponis, *alii.*

o *alii* quod senatusconsultum.

p fortuitu *Grut.* & *alii.*

q bonos *MSS.* malè.

r qui *MS.*

Cur igitur non eis faves? cur non eos laudas &c.] Non est in Pall. aut Hitt. *cur non*, ultimo loco positum. & poterat abesse. Ferrarius tamen malebat, *faves quos laudas &c.* neque displicet. *Grut.* Nec in quatuor, quos inspexi, quod est posteriore loco *cur non* reperitur. Et sic edidit Muretus & Manutius: *Cur igitur non eis faves, eos laudas?* Verissima est emendatio Ferrarii, quam amplexus est Faërnus & Lambinus, sed tamen non rejicio scriptos codices. *Grav.*

9. *Hoc vero, Q. Fusi, copiosius.*] Antiquus liber, *Hoc vero, Q. Fusi, cupio.* & in fine hujus membri, pro *quæro*, legendum *queri.* ut sit ordo, cupio queri, quod maxime placet. lectione autem impressa nihil esse ineptius potest. & pòst aliqua pro *fortuitu*, lege *fortuito.* Faërnus. *Hoc vero, Q. Fusi, cupio sine offensione.*] Alii, *cupio*, mutarant in *copiosius:* deinde cum pendere ac mutare orationem viderent, quasi tibicinem, quo ea fulciretur, addiderant verbum, *quæro:* cum recte in veteribus libris legatur, *queri.* Muretus. Optimam hanc lectionem Vaticani receperunt Manutius & Lambinus merito. *Grav.*

10. *Quid est aliud, librarium.*] Legendum, *Quid est aliud, librarium Bruti laudare, non Brutum?* deletâ particulâ *quam*, quæ nescio unde huc in prima editione irruerit. in eo quidem exemplo, quod operas sequi jusseram, nullum erat ejus vestigium, credibile est semidoctum aliquem eis auctorem fuisse, ut eam adjicerent, quasi necessariam & a me imprudente prætermissam. Quod autem ad relativum *quod*, quod reperitur in nonnullis vulgatis editionibus, ante, *quid est aliud, &c.* jam olim deleri jusseram: ut profecto delendum est. *Lambinus.*

11. *Qui tibi velit obtrectare non relinquetur.*] Quis tam felix est, ut possit dicere nullum sibi obtrectatorem relictum? aut qui hoc affirmare de altero potest? quare ex antiquo libro hic totus locus

sibi quisque velit, non relinquetur? Quamobrem collige te, placaque animum [s] istum aliquando & mitiga: audi viros bonos, quibus uteris [t] multùm: loquere cum sapientissimo homine, genero tuo, sæpius quàm [v] ipse tecum: tum denique amplissimi honoris nomen obtinebis, An verò hoc pro nihilo putas ([12] in quo equidem pro amicitia tuam vicem dolere soleo) efferri [x] hæc foras & ad populi Romani aures pervenire, ei, qui primus sententiam dixerit, neminem assensum? quod etiam hodie futurum arbitror. Legiones abducis à Bruto. quas? nempe eas, quas ille ab [13] Antonii scelere avertit & ad rempublicam sua auctoritate traduxit. Rursus igitur vis nudatum illum atque solum à republica relegatum videri.

[s] istum alii delent. P. B.
[t] multis Manut. Lamb.
[v] tu ipse Muret. & alii.
[x] hoc alii.

7 Vos autem, patres conscripti, si M. Brutum deserueritis [y] & prodideritis, [14] quem tandem civem umquam ornabitis? [15] cui favebitis? nisi fortè eos, qui diadema

[y] & alii delent.

[z] im-

cus ita legendus; *hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectandi si qui detraxerit, quid tibi, quod sibi quisque velit, non relinquetur?* hoc sensu, Si careas hoc vitio bonis obtrectandi, omnia in te erunt, quæ omnes sibi inesse pro se quisque expetant. & sequenti versu, ubi est, *animum aliquando*, interpone dictionem *istum*, & item eo versu, qui hunc sequitur, ubi legitur, *uteris multum*, tu lege, *multis uteris.* item alio sequenti ex *quam tu ipse*, dele particulam *tu.* Faërn. *Quid tibi, quod quisquam velit, non relinquetur?*] Vividum hoc, ut ita dixerim, & vegetum orationis genus: at illud alterum abjectum & enervatum: *qui tibi velit obtrectare, non relinquetur.* Muret. *Quid tibi, quod sibi quisque velit, non relinquetur.*] Ita etiam supplet hanc sententiam Pal. secund. acceditque Hittorpianus. *Grut.*

12. *In quo equidem.*] Antiq. lib. *in quo quidem.* & sequenti versu, ubi est, *efferri hac foras*, legendum *hoc.* & post pauca, ubi impressa lectio habet, *ab Antonii*, antiqua verò, *a Catonis*, tu periculo nostro lege, *a C. Antonii.* C. enim Antonius in Græciam venerat, ut legiones Gabinii, quæ Dyrrhachii atque Apolloniæ hyemabant, occuparet; sed eum M. Brutus prævenit. *Faërnus.*

13. *C. Antonii scelere.*] Occupare enim Macedoniam cogitabat, quam sortitus erat. vide Phil. III. infra quoque scelus appellat ejusdem C. Antonii. *P. Manut.*

14. *Quem tandem civem umquam ornabitis? cui favebitis?*] Est à Pal. sec. & libris omnibus Ferrarii. prius impressi, *umquam habebitis quem ornetis.* Gruter.

15. *Cui favebitur?*] Hæc duo ineptissima verba non sunt in antiquo libro. & sequenti versu, ubi est, *qui nomen regis sustulerunt*, in eo legitur, *qui regni nomen nisi sustulerint*, quam lectionem deleta dictione *nisi*, quæ errore manifestissimo irrepsit, veram at-

que

z imposuerint, conservandos; eos, qui a regni nomen b sustulerint, deserendos putatis. Ac de hac quidem divina atque immortali laude M. Bruti silebo: quæ, gratissima memoria omnium civium inclusa, nondum publica auctoritate testata est. Tantamne patientiam, dii boni! tantam moderationem, tantam in c injuria tranquillitatem & modestiam? qui cùm prætor urbanus esset, urbe caruit, [16] jus non dixit, cùm omne jus populi Romani d recuperasset: cúmque concursu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat, præsidioque Italiæ cunctæ septus posset esse, absens judicio bonorum defensus esse maluit quàm præsens manu: qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua populique Romani dignitate apparatos, præsens fecit, ne quam viam patefaceret e sceleratissimorum hominum audaciæ.

8 IV. QUAMQUAM, qui umquam f aut ludi aut dies lætiores fuerunt, [17] quàm cùm in singulis versibus populus

z posuerunt *add. vett.*
a regis *Grut. & alii.*
b nisi sust. *MS.*
c jure *MSS.*
d reciperasset *aut* recuperavisset *alii.*
e sceleratorum *alii.*
f alii ludi *MSS.*

que germanam putamus. eaque ab Non. Marcello hunc locum citante comprobatur. & post pauca, ubi est, *cum omne jus populi R. recuperasset*, in antiquo libro legitur, *cum omne jus reip. recuperavisset*. Faërn. *Quem tandem civem umquam ornabitis? cui faveb.*] Faërnus testatur, has duas voces *cui favebitis?* sive potius, ut habent nonnulli libri vulgati, *cui favebitur?* non comparere in codice Vaticano. Muretus nullum hac de re verbum fecit: & tamen ita edidit, ut nos, eum secuti: *quem tandem c. umq. orn. cui favebitis?* Quod si quis eas deleri malit, non pugnabimus. *Lambinus*. *Quem tandem civem umquam ornabitis? cui favebitis?*] Est a Pal. sec. & libris omnibus Ferrarii. prius impressi *umquam habebitis quem ornetis?* Grut.

16. *Jus non dixit.*] Jus dicebánt prætores duo, urbanus & peregrinus: reliqui de criminibus quærebant. *P. Manut.*

17. *Quam cum in singulis.*] Ego omnino emendandum censeo, *quam tum*. & hic distinguendum, ut hic locus ita legatur: *quamquam qui umquam aut ludi aut dies lætiores fuerunt quàm tum? in singulis versibus populus R. maximo clamore & plausu Bruti memoriam prosequebatur.* ut autem mihi impressa displiceat, hoc me movet, quòd vix videtur Cicero fuisse dicturus, *cum prosequebatur:* sed *cum prosequeretur*. Faërnus. *Quamquam qui umquam aut ludi aut dies lætiores fuerunt quàm tum? &c.*] Sic habent libri omnes & vulg. & manuscr. *Quamquam qui umquam aut ludi aut dies lætiores fuerunt, quam cum in singulis versibus, &c. prosequebantur?* Faërnus tamen hoc modo legendum censet: *Quamquam qui umquam aut ludi aut dies læt. fuer. quàm tum? In singulis versibus, &c.* cui assentimur. *Lambinus.* In meo codice est, *quamquam qui umquam alii ludi avidius.* Probo, *qui umquam alii ludi.* Lambinus & Manutius receperunt conjecturam Faërni. Cetera omnia hujus

lus Romanus maximo clamore & plausu Bruti memoriam prosequebatur? corpus aberat liberatoris, libertatis memoria aderat: in qua Bruti imago cerni videbatur. At hunc his ipsis ludorum diebus videbam in insula clarissimi adolescentis, Luculli, propinqui sui, nihil nisi de pace & concordia civium cogitantem. Eundem vidi postea Veliæ, cedentem Italiâ, nequa oriretur belli civilis causa propter se. O spectaculum illud non modò hominibus, sed undis ipsis & litoribus luctuosum, cedere è patria servatorem ejus, manere in patria g perditores! [18] Cassii classis paucis pòst diebus consequebatur: [19] ut me puderet, patres conscripti, in eam urbem redire, ex qua illi abirent. Sed, quo consilio redierim, initio audistis, pòst estis experti.

P. CCXXVI.

g *alii* proditores. *ed. vet.* perditorem.

Exspectatum igitur tempus à Bruto est. nam quoad vos 9
omnia pati vidit, usus est ipse incredibili patientiâ. posteaquàm vos ad libertatem sensit erectos; præsidia vestræ libertati paravit. At cui pesti quantæque restitit? Si enim C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset (potuisset autem, nisi ejus sceleri virtus M. Bruti obstitisset) Macedoniam, Illyricum, Græciam perdidissemus. esset vel receptaculum pulso Antonio, vel [20] agger oppugnandæ Italiæ Græcia: quæ quidem nunc M.

jus capitis & sequentis usque ad hæc verba, *extera nationes a prima ora Gracia*, desiderantur in quatuor, quos evolvi, veteribus codicibus. *Grav.*

18. *Cassius lapsis paucis post diebus.*] *Cassii classis* o. l. v. quàm præclare dicere non possum. de Cassii classe ad Attic. *Nam Cassii classem, qua plane bella est, non numero ultra fretum.* Nam quod ipse quoque Brutus in Græciam cum classe transmiserat, idcirco subjunxit, *Cassii classis paucis post diebus insequebatur.* Libri impressi meram barbariem redolent. *Ferrarius.*

19. *Vt me puderet in eam urbem redire, ex qua illi abirent.*] Phil. I. *Turpe mihi ipsi videbatur, in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus excederet: & ibi velle tuto esse, ubi ille non posset.* Et in ep. ad M. Brutum: *Dolebam in eam urbem me ire, quam tu fugeres, qui eam liberasses.* P. Manut.

20. *Agger oppugnanda Italia Gracia.*] Nonnulli v. l. *expugnanda*, sed meâ quidem sententiâ mendosè: his enim verbis ac superioribus mihi videtur exprimere voluisse illa Xenophontis, quæ sunt in lib. v. Παιδείας· Ὅπως φρούριον ἑαυτοῖς μὲν πρόβολος εἴη πολέμου, τοῖς δ' Ἀσσυρίοις ἐπιτετειχισμένον. πρόβολον Græci dixerunt locum & munitione & naturâ munitum, quo incursantibus in fines hostibus se recipere atque inde propugnare possent: ex quo autem ipsi procurrerent, ut hostes oppugnarent atque in

M. Bruti imperio, auctoritate, copiis non instructa solùm, sed etiam ornata, tendit dexteram Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. quod qui ab illo abducit exercitum, & [21] respectum pulcherrimum, & præsidium firmissimum adimit reipublicæ. Equidem cupio, hæc quamprimùm Antonium audire, ut intelligat, non D. Brutum, quem vallo [h] circumsedet, sed seipsum obsideri.

h circumsedeat *MSS.*

V. [22] TRIA TENET oppida toto in orbe terrarum: habet inimicissimam Galliam: eos etiam, quibus confidebat, alienissimos Transpadanos: Italia omnis infesta est: exteræ nationes [23] à prima ora Græciæ usque ad Ægyptum

in eorum fines insultarent, id ἐπιτείχισμα nominaverunt. Demosthenes 1. Phil. Ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστὶν Ἀθηναίοις ἔχουσι τοιαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας. quo loco interpres, ἐπιτείχισμα τόπος ὑψηλὸς ὃν προκαταλαβόντες πολέμιοι ἐτείχισαν διὰ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ὁρμωμένους ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐχθροῖς. Hoc unó verbo cum Tullius reddere non posset, duobus exposuit: illud alterum receptaculum appellavit. ut Cæsar lib. II. Bel. Civil. *Magno sibi esse præsidio posse, si pro castello & receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent: quam primo ad repentinos incursus humilem parvamque fecerunt. huc se referebant: hinc, si qua major oppresserat vis, propugnabant.* Magis tamen proprie *propugnaculum* nuncupari posset. ut pro Fontejo, *Narbo Martius propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & objectum.* sed ad hunc locum non satis apte conveniret. *Oppugnandæ* igitur convenit, non *expugnandæ.* Ferrar.

21. *Respectum.*] Non relinquit reip. quò respiciat. Phil. V. *Cum respectum ad bonos & ad senatum non haberet.* Phil. XI. *Non ut ex ea acie respectum haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.* Hunc locum alii aliter & distinguunt & legunt: a quibus dissentio. P. Manut. *Abducit exercitum, & respectum pulcerrimum &c.*] Illud, *& respectum*, insertum è Romanis codd. à Faërno, monuit me libro I. Nodor. Cicer. cap. 15. Andr. Schottus. *Grut.*

22. *Tria tenet oppida toto in orbe terrarum: habet inimicissimam Galliam, &c.*] Tenebat Bononiam, Regium Lepidi, Parmam. id cognoscitur ex ep. ad Cassium, in qua sic est: *Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam reip. tuos etiam clientes Transpadanos mirifice conjunctos cum caussa habebamus.* P. Manut.

23. *A prima ora Græciæ.*] *A primori Græciæ* o. l. v. quod ita rejicio, ut tamen, quid tot libri sentirent, testatum relinquere voluerim. rejicio autem cùm M. Tullii auctoritate permotus, qui in epist. ad Cassium de eadem re non alio modo, sed iisdem pene verbis: *A prima enim*, inquit, *ora Græciæ usque ad Ægyptum optimorum civium imperiis muniti erimus & copiis.* tum vero quod extra unum Catonem, qui *primorem partem* dixit, reliqui auctores (de locupletibus loquor) hoc non ut singulare vocabulum, sed ut multitudinis extulerunt. *Ferrar.* *A prima ora Græcia.*] Ita pla-

ptum, optimorum & fortissimorum civium imperiis & præsidiis tenentur. Erat ei [i] spes una in C. Antonio: qui duorum fratrum ætatibus medius interjectus, vitiis cum [k] utroque certabat: qui, tamquam extruderetur à senatu in Macedoniam, & non contrà prohiberetur [l] proficisci, ita cucurrit.

P. B.
i specula *alii* pecunia *MS.*
k viro qui *MS.*
l proficiscitur, cucurrit *MS.*

11

Quæ tempestas, dii immortales! quæ flamma! quæ vastitas, [24] quæ pestis Græciæ fuisset, nisi incredibilis ac divina [m] virtus furentis hominis conatum atque audaciam compressisset? Quæ celeritas illa Bruti? quæ cura? quæ virtus? Etsi ne [n] C. quidem Antonii celeritas contemnenda est: quem nisi in via caducæ hereditates retardassent, [25] volasse eum, non iter fecisse diceres. Alios ad negotium publicum ire cùm cupimus, [o] vix solemus extrudere: hunc retinentes exclusimus. At quid ei cum Apollonia? quid cum Dyrrachio? quid cum Illyrico? quid cum P. Vatinii imperatoris exercitu? succedebat, ut ipse dicebat, Hortensio. Certi fines Macedoniæ, [26] certa conditio, certus, si modo erat ullus, exercitus. cum Illyrico verò & cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? [27] At ne Bruto quidem. id enim fortasse quispiam im- 12

m virtus Cæsaris *alii* virtus M. Bruti cæpionis *Lamb.*
n illa quidem *alii.*
o vi *edd. vett.*

plane scriptum est in præclaro illo libro. *Muretus.* *A prima ora Græcia.*] Sic habent omnes libri vulgati, neque quicquam mutat Faërnus: sed Muretus legit, *a primo ore Græciæ:* itaque scriptum esse testatur in codice illo Vaticano. ego vulgatam scripturam magis probo. *Lamb.*

24. *Quæ pestis Græciæ fuisset.*] Assentior Faërno, qui existimat legendum *futura erat, &c.* Lambinus. Minime gentium hic audiendi sunt Lambinus & Faërnus. Ad *fuisset* subaudiendum esset *futura.* Florus II, 8. *Et quod illud fuisset periculum, ni se consiliis ejus rex tradidisset.* Sed hæc sunt pervulgata, ut plura exempla afferre sit putidum. nec hæc notassemus, nisi viris tam doctis hic aquam hæsisse videremus. *Græv.*

25. *Volasse eum, non iter fecisse diceres.*] Vide Victorium cap. 17. libri XXIII. *Muret.*

26. *Certa conditio exercitus, si modo erat ullus exercitus.*] Ita est in Vaticano. *Ursin.* *Certus erat etiam illius exercitus.*] Pall. Hitt. & olim impressi, *certissimo modo erat etiam illius exer.* at Man. & Lamb. publicarunt, *certus, si modò erat ullus exercitus*; secuti puto P. Victorium, qui lib. XV. cap. 12. legendum censebat, *certus (si modò erat) etiam illius exercitus.* is consulatur. *Gruter.* Non ex Victorio, sed ex Vaticano veram hujus loci scripturam eruerunt Faërnus & Muretus.

27. *At ne Bruto quidem.*] *Ac ne cum Bruti quidem* O. l. v. ego sequor impressos: non enim sententia Ciceronis est, vel potius eorum, qui Ciceroni resistebant, nihil fuisse C. Antonio cum Bru-

[p] dicentur improbus dixerit. Omnes legiones, omnes copiæ, [28] quæ ubique sunt, reipublicæ sunt. [29] neque hæ legiones, quæ M. Antonium reliquerunt, Antonii potiùs quàm reipublicæ fuisse [p] dicuntur. Omne enim [q] exercitûs & imperii jus [r] amittit is, qui eo imperio & exercitu rempublicam [s] oppugnat.

VI. Quòd si ipsa respublica judicaret, aut si omne jus decretis ejus statueretur: Antonione an Bruto legiones populi Romani adjudicaret? Alter [t] advolaret subitò ad direptionem pestemque sociorum, ut [v] quacumque iret, omnia vastaret, diriperet, auferret: exercitu populi Romani contra ipsum populum Romanum uteretur. alter [x] eam sibi legem [y] statueret, ut, quocumque venisset, lux venisse quædam & spes salutis videretur. denique alter ad evertendam rempublicam præsidia quærebat, alter ad conservandam. Nec verò nos hoc magis videbamus quàm ipsi milites: à quibus tanta in judicando prudentia non erat postulanda.

13 Cum VII. cohortibus [z] isse Apolloniam scribit Antonium, qui jam aut captus est (quod [a] dii dent!) aut certè homo verecundus in Macedoniam non [b] accedit, [30] ne contra senatusconsultum fecisse videatur. [c] Delectus habitus in Macedonia est summo [d] Q. Hortensii studio & industriâ. cujus animum egregium dignumque & ipso & majoribus [e] ejus ex Bruti litteris perspicere potuistis. Legio, quam L. Piso ducebat, legatus Antonii, Ciceroni se filio meo tradidit. equitatus, qui in [f] Syriam ducebatur [g] bipertitò, alter [h] eum quæstorem, à quo duce-

p *alii.* q & exercitus *Grav. & alii.* r amittitis *MS.* s oppugnatis *Id. MS.* t advolarat *alii.* v quocunque *alii.* x vero eam *alii.* P. CCXXVII. y statuerat *Grut.* z esse Apollonia *Muret.* a dicit licet *MS.* dii approbent *Lamb.* b accedet *MS.* c Dilectus *alii.* d Q. *deest in aliis.* e suis *quad. edd.* f Suriam *Muret.* g bipartitò *alii.* h eum, à quo *alii, & Grut.*

Bruti exercitu: sed Bruto nihil fuisse cum Vatinii legionibus atque provincia: qui tamen in Illyricum profectus sit, alienam provinciam, eamque atque ejus exercitum occuparit. *Ferrar.*

28. *Quæ ubique sunt, populi R. sunt.*] Faërnus & Muretus ediderunt, *reip. sunt.* ego lectionem vulgatam tolerabilem & probabilem esse arbitror. Nam & paucis post versibus eodem modo loquitur, *Tenet igitur populus R. Macedoniam, &c.* quamquam etiam in eo loco Faërnus legit, *resp.* & ita edendum curavit. Omnino antiqua scriptura tutior & melior est. *Lamb.*

29. *Nec enim legiones eæ, quæ M. Antonium reliquerunt.*] Ita habet liber Vaticanus. *Ursin.*

30. *Ne contra Senatusconsultum fecisse.*] Sic recte Faërn. Lamb. Manut. & sic clare Francii: *ne contra S. C. fecisse.* At Colon. & meus corrupte, *ne contra se fecisse.* unde fecerunt, *ne contra senatum fecisse*, quod miror Muretum retinuisse. *Grav.*

31. Ma-

cebatur, reliquit in Thessalia, sesequе ad Brutum contulit: alterum in Macedonia Cn. Domitius adolescens summa [i] virtute, gravitate, constantiâ, [k] ab legato Syriaco abduxit. P. autem Vatinius, qui & [l] antea jure laudatus à nobis, & hoc tempore merito laudandus est, aperuit Dyrrachii portas Bruto, & exercitum tradidit. 14 Tenet igitur [m] populus Romanus Macedoniam, tenet Illyricum, tuetur Græciam: nostræ sunt legiones, nostra levis armatura, noster equitatus, maximéque noster est Brutus, semperque noster, cùm sua excellentissima virtute reipublicæ natus, tum fato quodam paterni maternique generis & nominis.

i virtute & const. *Grut. & alii.*
k à *MS.*
l ante *alii.*
m respublica Mac. *Lamb. & alii.*

VII. AB HOC igitur [n] quisquam bellum timet, qui, antequam nos id coacti suscepimus, in pace jacere quàm in bello vigere maluit? quamquam ille quidem numquam jacuit, [o] nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præstantiam potest. Erat enim in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium. Tantum autem aberat à bello, ut, cùm cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit civium studiis potiùs quàm eos in armorum discrimen adduceret. Itaque illi ipsi, si qui sunt, qui tarditatem Bruti reprehendant, tamen [p] iidem moderationem patientiamque [q] mirantur.

n viro quisq. *multi alii.*
o neque *alii.*
P. B.
p ejusdem *alii.*
q mirentur *alii.*

15 Sed jam video, quid loquantur. neque enim id occultè faciunt. timere se dicunt, quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. Quasi verò quidquam intersit inter A. Hirtii, C. Pansæ, D. Bruti, C. Cæsaris & hunc exercitum M. Bruti. Nam si quattuor exercitus ii, de quibus dixi, propterea laudantur, quòd pro populi Romani libertate arma ceperunt, quid est, cur [r] hic M. Bruti exercitus non in eadem causa [s] ponatur? At enim veteranis suspectum est nomen M. Bruti. [31] magisne quàm Decimi? Equidem non arbitror. [t] etsi est enim Brutorum commune factum & laudis societas [32] æqua: D. tamen Bru-

r hic deest in aliis.
s reponatur *Grut.*
t alii etsi enim. *alii aliter.*

31. *Magis quàm Decimi.*] Antiq. lib. *magisne quàm Decimi.* & sequenti versu, ubi est, *D. tamen Bruto iratiores*, deleta dictione *Bruto*, & addito in fine verbo *erant*, legendum, *Decimo tamen iratiores erant ii, qui &c.* & sequenti versu, pro *ab illo*, legendum *ab eo*, & pro *decuisse*, *debuisse*, & post pauca, ubi est, *Cæsaris res acta everti*, legendum, *C. Cæsaris res actas everti.* Faërnus.

32. *Æquius? D. tamen Bruto irati sunt omnes.*] Sic Lang. *Etsi enim Brutorum commune factum & laudis societas, ha tamen Bruto irationes hi.* Liber vero Joannis Scalæ, viri doctissimi, hoc modo,

Bruto iratiores ii, qui id factum dolebant; quo minùs ab
v eo *alii.* v illo rem illam dicebant fieri x decuisse. Quid ergo nunc
x debuisse *MS. & Grav.* agunt tot exercitus, nisi ut obsidione D. Brutus liberetur?
qui autem hos exercitus ducunt? hi, credo, qui C. Cæ-
y res, acta *edd. vett.* saris y res actas everti, qui causam veteranorum prodi
volunt.

16 VIII. Si ipse viveret C. Cæsar, acriùs, credo, acta
sua defenderet quàm vir fortissimus defendit Hirtius:
z aut *alii non habent.* z aut amicior causæ quisquam potest inveniri quàm filius?
At horum alter, nondum ex longinquitate gravissimi mor-
a liberta- tem cont. *alii.* bi recreatus, quidquid habuit virium, id in eorum a li-
bertatem defendendam contulit, quorum votis judicavit
se à morte revocatum: alter virtutis robore firmior quàm
ætatis, cum istis ipsis veteranis ad D. Brutum liberandum
b Ergo illi *Grav. & alii.* profectus est. b Igitur illi certissimi iidemque acerrimi
Cæsaris actorum patroni pro D. Bruti salute bellum ge-
runt: quos veterani sequuntur. de libertate enim populi
P. CCXXVIII. Romani, non de suis commodis, armis decernendum vi-
dent. Quid est igitur, cur iis, qui D. Brutum 33 omni-
bus opibus conservatum velint, M. Bruti sit suspectus ex-
ercitus?

17 An c vero, si quid esset, quod à M. Bruto timendum
c numero *MS.* videretur, Pansa id non videret? aut, si videret, non
laboraret? quis aut sapientior ad conjecturam rerum fu-
tu-

Laudis societas aquant Brutorum actiones ii, qui, &c. Ego (ut te non præterit) sic emendaram. *Etsi est enim Brutorum commune factum, & laudis societas æqua: D. tamen Bruto iratiores hi, qui.* Id autem fecimus iis rationibus adducti: primùm quòd Cicero, cum probare vellet, nomen M. Bruti non magis suspectum fuisse veteranis quàm D. id non hoc argumento mihi videbatur confirmare voluisse, quod æquius D. erant irati: quod leve & nugatorium est: siquidem non siquis alteri succenset æquius, is illi continuo vehementius succenset: sed eo quod omnino erant iratiores D. quàm M. Bruto: qui tamen cum reip. causâ ad eum liberandum sint profecti, eadem de causâ eo minùs exercitum M. suspicere debeant: quo magis illi quàm huic succenseant. Deinde quod articulus ille, *laudis societas*, quodammodo claudicare videbatur. quàm sententiam nunc eo magis affirmamus, quòd unum atque alterum librum hinc sentientem invenimus. *Ferrarius.*

33. *Omnibus copiis.*] Antiq. lib. *omnibus opibus.* & post multa, ubi est, *scilicet hæc Pansa*, legendum *hoc.* & post nonnulla, ubi legitur ex emendatione Ferrarii, *se prospicere reip.* antiq. lib. pro *se*, habet *set.* nos legendum putamus *&*, aut certe antiquam lectionem retinendam. *Faërn.*

34. Mem-

turarum? aut ad propulsandum metum diligentior? Atqui hujus animum erga M. Brutum studiumque vidistis. præcepit oratione sua, quid decernere nos de [d] Bruto, quid sentire oporteret: tantumque abfuit, ut periculosum reipublicæ M. Bruti putaret exercitum, ut in eo firmissimum reipublicæ præsidium & gravissimum poneret. Scilicet [e] hoc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit. [f] quæ enim Cæsar egit, ea rata esse non curat: de quibus confirmandis & sanciendis legem comitiis centuriatis ex auctoritate nostra laturus est.

d M. Bruto *alii.*
e *alii* hæc.
f quæ Cæsar *MS.*

IX. DESINANT igitur, aut ii, qui non timent, simulare se timere [g] & prospicere reipublicæ; aut ii, qui omnia verentur, nimiùm esse timidi; ne illorum [h] simulatio, horum [i] obsit ignavia. Quæ (malùm!) est ista, [k] ratio, semper optimis causis veteranorum nomen opponere? quorum etiam si amplecterer [l] virtutem, ut facio, tamen, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. An nos conantes servitutis vincula rumpere, impediet, siquis veteranos id nolle dixerit? non sunt enim, credo, innumerabiles, qui pro communi libertate arma capiant. nemo est præter veteranos [m] milites, qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur. Potest igitur stare respublica, freta veteranis sine magno subsidio juventutis? quos quidem [n] vos libertatis adjutores complecti debetis: servitutis auctores sequi non debetis.

g se *Grut.* sed *alii.*
h æmulatio *Faërn.*
18
i sit *edd. vett.*
k oratio *MS.*
l virtutes *alii.*
m milites vir, qui multa *edd.*
n vos deest in *aliis.*

Postremò (erumpat enim aliquando vera & me digna vox) si veteranorum nutu [34] mentes hujus ordinis gubernantur, omniaque ad eorum voluntatem nostra dicta facta [o] referuntur: optanda mors est, quæ civibus Romanis semper fuit servitute potior. [35] Omnis est misera servi-

19
P. B.
o referentur *MSS.*

34. *Mentes hujus ordinis gubernantur &c. nostra referuntur.*] Si libet obedire libris scriptis, rescribendum, *gubernabuntur*, item *referentur.* Gruter. Sed in Vaticano & Grævii est *gubernantur*, *referuntur.* Græv.

35. *Omnis est enim misera servitus.*] Delenda vox *enim.* & sequenti versu, ubi est, *ecquodnam principium*, antiquus liber mendose habet, *& quanam principium.* post quæ verba sequens verbum, *putatis*, primam litteram habet in litura. nec sciri potest quid ante ibi esset. Ego hunc locum in omnibus libris corruptum puto. quid enim hic facit verbum *putatis?* & forte legendum est, *P. C, datis*, ut sit, *omnis est misera servitus: sed fuerit quædam ne-*

vitus: sed fuerit quædam necessaria: [36] ecquodnam principium putatis libertatis [p] capessendæ? an, cùm illum necessarium & fatalem pænè casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Tota Italia desiderio libertatis exarsit: servire diutiùs non potest civitas: seriùs populo Romano hunc vestitum atque arma dedimus quàm ab ec flagitati sumus.

p capescendæ *alii*.

X. MAGNA nos quidem spe & propè exploratâ libertatis causam suscepimus. Sed, ut concedam incertos exitus esse belli Martemque communem: tamen [37] pro libertate vitæ periculo decertandum est. non enim in spiritu vi-

cessaria. ecquodnam principium, P. C. datis libertatis capessendæ? dare autem *principium* honesta locutio est & Terentiana. *Faërn.*

36. *Ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ?*] Nihil variant mss. nostri. Lambinus tamen edidit *Principium, P. C. datis libertatis.* Gruter. Audax facinus Lambini. Nam nullum codicem, sed solam conjecturam Faërni, ut ex præcedente nota illius licet videre, est secutus, cum ipse Faërnus id non ausus sit facere, sed expresserit vulgatam lectionem, additâ stellulâ ad vocem *putatis*. In meo vetusto codice scribitur: *Et quidnam fuerit principium putatis libertatis capessendæ.* Sed *fuerit* est subducta, ac si esset delenda. Sed *putatis* merito suspectum est Faërno, non tantum propter caussas, quas affert, sed propter ingratam repetitionem syllabæ *tatis* in *putatis libertatis*. Itaque nullus dubito veram lectionem esse, *ecquodnam fuerit principium libertatis capessendæ*. Illos autem, qui hunc librum recensuerunt, existimasse istam vocem esse delendam, quia si *putatis*, quod nescio unde irrepserit, retineamus, *τῷ fuerit* nullus est locus. Sin deleas *putatis*, nihil convenientius & magis appositum huic loco potest dici quàm ista, *ecquodnam fuerit principium libertatis capessendæ*, ut nemo non facile, si animum advertat, poterit videre, præsertim cum pervenusta sit repetitio vocis *fuerit*. Sic enim Cicero: *sed fuerit quædam necessaria: ecquodnam fuerit principium libertatis capessendæ?* Græv.

37. *Pro libertate vitæ periculo decernendum est.*] *Decertandum est* omnes l. v. *Ferrar.* Sic sane mei quoque MSS. & Faërni editio: sed Muretus retinuit, quod est in veteribus editionibus *decernendum est*. Hoc si illum fide Vaticani fecisse constaret, omnino id quoque retinerem. Puto enim *decertandum*; aut esse illius interpretationem, aut a sciolo id pro *decernendum* fuisse subjectum, qui nescierit in hac notione *cernere & decernere* apud antiquos legi. Cælius ad Ciceronem epist. 14. lib. VIII. ad Familiares: *Quamdiu civiliter sine armis cernetur.* Varro: *Non vides apud Ennium esse scriptum, ter sub armis malim vitam cernere quàm semel parere.* Sic itaque *decernere* pro simplici *cernere* Cicero posuit, si sic scripsit. quamvis non ignorem aliud esse *cernere pugnam*, aliud *decernere*, de quibus vide J. Fr. Gronovii notas ad Livii VII. cap. 9. *Grævius*.

38. *Quod*

vita est, sed ea nulla est [q] omnino servienti. omnes [r] nationes servitutem ferre possunt: nostra [s] civitas non potest: [t] nec ullam aliam ob causam, nisi quòd illæ laborem doloremque fugiunt, quibus ut careant omnia perpeti possunt. nos ita à majoribus instituti atque imbuti sumus, ut omnia consilia atque facta [v] ad dignitatem & virtutem referamus. Ita præclara est [x] recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. [38] Quòd si immortalitas consequeretur præsentis periculi fugam: [39] tamen eo magis ea fugienda videretur, quo diuturnior servitus esset. cùm verò dies & noctes omnia nos undique fata circumstent: non est [y] viri, miniméque Romani, dubitare, eum spiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.

Concurritur undique ad commune incendium restinguendum; 21 [z] veteranique primi Cæsaris auctoritatem secuti, conatum Antonii repulerunt: pòst ejusdem furorem Martia legio fregit. Quarta afflixit. Sic à suis legionibus condemnatus, irrupit in Galliam, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. hunc A. Hirtii, C. Cæsaris exercitus insecuti sunt: post Pansæ [a] delectus urbem totamque Italiam erexit. unus [b] omnium est hostis. quamquam habet secum L. fratrem, carissimum [c] populo Romano civem: cujus desiderium civitas ferre diutius non potest.

Quid illa tætrius bellua? quid immanius? [d] qui ob eam causam natus videtur, [40] ne omnium mortalium turpissimus esset M. Antonius. 22 est unà Trebellius, qui jam cum tabulis novis [e] redit in gratiam: T. Plancus, [f] ceteri pares: qui id pugnant, id agunt, ut contra rempublicam re-

q omnino *non est in MS.*
r enim nat. *alii.*
s autem civ. *MS.*
t nec aliam *MS.*
v *alii* ad virtutem & dign.
x reciperatio *alii.*
y vestri nominisque Rom. *alii.*
z vet. qui primi *MSS.* vet. quidem primi *alii.* vet. primi *Mur.*
P. CCXXIX.
a dilectus *multa edd.*
b est omn. *alii.*
c reip. civem *edd. vett.*
d quid si ob *MS.* qui quasi ob *Ferr.*
e rediit *Lamb.*
f & cet. *Id. & alii.*

O

38. *Quod si immortalitas consequeretur præsentis periculi fuga.*] *Fugam* magis arridet: ut illud in I. Phil. *Libertatem pax consequebatur*, & lib. I. de Nat. Deor. *Aut non omne, quod ortum sit, mortalitas consequatur.* Jam in l. v. *præsentis*, non reperitur. *Ferrar.* *Quod si immortalitas.*] Homerica sententia. quam erudite, ut solet, tractavit Victorius capite undecimo libri XV. *Muretus.*

39. *Tamen eo magis ea fugienda videretur.*] Ferrarius interponit negativam; quam rejicit tueturque vulgatum M. Ant. Muretus libro XVI. Var. Lect. cap. 17. qui adeatur. *Gruter.*

40. *Ne omnium mortalium turpissimus esset Antonius.*] Similis figura in Vatinium: *Die dicta ab eo, quem tu unum improbiorem esse quàm te nonnumquam soles confiteri.* Et illa de Provinciis Cons. *Piso gloriatur, se brevi tempore perfecisse, ne Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur.* P. Manut.

restituti esse videantur: sollicitant homines imperitos 41 Saxæ & Caphones, ipsi rustici atque agrestes, qui hanc rempublicam nec viderunt umquam, nec videre constitutam volunt: qui non Cæsaris, sed Antonii acta defendunt: quos avertit agri Campani infinita possessio: cujus eos non pudere g demiror, cùm videant, se mimos & mimas habere vicinos.

g *Grut. & alii* miror.

23 XI. Ad has pestes opprimendas, h quid est cur moleste feramus, quòd M. Bruti accessit exercitus? Immoderati, credo, hominis & turbulenti. i Vide, ne nimium pænè patientis. etsi in illius viri consiliis atque factis k nihil nec nimium nec parum fuit umquam. Omnis voluntas M. Bruti, patres conscripti, omnis cogitatio, tota mens, auctoritatem senatûs, libertatem populi Romani intuetur: hæc habet proposita, hæc tueri vult. 42 tentavit, quid patientia l proficere posset. nihil cùm proficeret: m vi contra vim experiendum putavit. Cui quidem, patres conscripti, vos idem tribuere hoc tempore debetis, quod a. d. XIII. Kal. Jan. D. Bruto & C. Cæsari, me auctore, tribuistis: quorum privatum de republica consilium & factum auctoritate vestra est comprobatum atque laudatum.

h quid est *alii delent.*
i Videte *alii.*
k nihil *deest in multis.*
l perficere *Grut.*
m vi *non est in multis edd.*

Quod

41. *Saxas & Caphones.*] *Saxa captans* Lang. & ceteri fere. Sc. *Saxa, Capho.* quem sequor. *Ferrar. Solicitat homines imperitos Saxa Capho.*] Antiq. liber, *& sollicitant homines imperitos Saxas & Caphones.* nos *Saxa* probamus, ut & ante nos aliqui. & post aliqua, ubi est, *non pudere miror*, legendum *demiror.* & sequenti versu, post *opprimendas*, delendæ hæ duæ dictiones. *quid est*, & duobus ab illo versibus. ubi est, *vide ne*, legendum *videte ne.* Faërn. In Grævii quoque codice *quid est* non legitur. *Cum videant se mimos*, edd. vett. *cum videant mimos.*

42. *Tentavit quid patientia proficere; nihil cum proficeret, contra vim experiendum putavit.*] Hæc sic legenda, *temptavit quid patientiâ perficere posset: nihil cum proficeret, vi contra vim experiundum putavit.* & post aliqua, ubi est, *cum Macedoniam obtineat*, legendum *obtineret*, & sequenti versu, pro *fidelissimum*, *fidissimum.* & infra, pro *huic ordini*, *in hoc ordine.* Faërn. *Quid patientia perficere.*] Ita alias legi annotatum ad oras librorum. quod cum invenissem in Pal. sec. præposui vulgato *proficere.* Gruter. Quamvis tam in Franc. quàm in meo codice scribatur quoque *perficere*, certissimum tamen est *proficere* non esse immutandum, id quod ex repetitione hujus verbi patet clarissime. *tentavit quid proficere posset, nihil cum proficeret*, pervenuste. Hinc merito Muretus & Manutius, quibus erant teretes aures, retinuerunt *proficere.* Sequentia *obtineret* & *fidissimum* firmat meus etiam codex. *Grav.*

43. A

Quod idem in M. Bruto facere debetis, à quo inspe- 24
ratum & repentinum reipublicæ præsidium legionum, equitatûs, auxiliorum magnæ & firmæ copiæ comparatæ sunt: adjungendusque est ⁿ Q. Hortensius, qui cùm Macedoniam ᵒ obtineret, adjutorem se Bruto ad comparandum exercitum ᵖ fidissimum & constantissimum præbuit. nam de M. Apulejo separatim censeo referendum: cui testis est per litteras Brutus, eum principem fuisse ad conatum exercitus comparandi.

Quæ cùm ita sint: quòd q C. Pansa, consul, verba fe- 25
cit de litteris, quæ 43 à Q. Cæpione Bruto, proconsule, al-

P. B.
n Q. *deest in aliis.*
o obtineat *Grut. & alii.*
p fidelissimum *Id. & alii.*
q C. *deest in aliis.*

43. *A Q. Cæpione Bruto, Procos.*] Hunc locum non attigissem, nisi in quorundam libris pro *Q. M.* repositum vidissem. quod ab iis factum his de causis existimo. primùm quòd hunc scriptores fere M. non Q. nominent. deinde Appiani verbis adducti, iis quæ infra scripsi. Μάρκος τε Βροῦτος Καιπίων ἐπίκλην. sed Appianus (pace ejus dixerim) & ipse propter ignorationem Romanorum moris a veritate aberravit: & illos, qui eum ducem secuti sunt, in eundem duxit errorem. Non enim Bruti hoc proprie cognomen, sed commune gentis Serviliæ fuit: qua familia Bruti mater orta est. Ex quo licet conjicere, hunc M. Brutum a Q. Servilio Cæpione, Serviliæ matris fratre Germano, adoptatum fuisse. adoptionem autem, ut pecuniæ, sic nominis hæreditatem secutam. Moris autem Romanorum fuit, ut ii, qui adoptabantur, in omnia patris adoptivi nomina venirent: genus autem patris naturalis ostenderent aut nomine gentis, aut cognomine: si nomine, ut illud producerent, ut ab Æmilio Æmilianus: si cognomine, nihil immutarent. Exempli gratia, M. Junius Brutus a Q. Servilio Cæpione adoptatur. Junius nomen est, Brutus cognomen. Ut igitur hunc judicio patrem significaret: prænomen, nomen, cognomen assumebat hoc modo, Q. Servilius Cæpio. finge illum Numidicum appellatum esse: id quoque assumebat. Naturâ vero patrem si nomine, sic Q. Servilius Cæpio Numidicus Junianus: si cognomine, sic Q. Servilius Cæpio Numidicus Brutus: si is, qui in adoptionem mancipatus erat, aliquod sibi cognomen invenerat, id quoque non deponebatur. Id apparet apud Varronem: *Atticus*, inquit, *qui nunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius cognomine eodem.* Quod ad cognomen gentis attinet, videmus apud Cælium in ep. *Scribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ænobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio.* Hic autem P. Cornelius Scipio a Q. Cæcilio Metello Pio, ut Dion tradit, adoptatus est. De nomine L. Florus indicat, *P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Æmilii Pauli filius, Africani nepos adoptivus.* Ut autem hoc omni asseveratione affirmem, facit argenteum numisma vetustissimum, quod in manus venit beneficio Bernardini Maffæi, adolescentis cum ceteris optimis studiis atque artibus perpoliti, tum in hoc genere multum exercitati atque versati; in quo ex una parte hoc erat inscri-

r huic ordini *Grut.*
s censebo *MS.*
t proconsule *Lamb.*
v & leg. *alii.*
x cunctamque *Grav.* & *alii.*
y tutatur *MS.*
z incolumem servet *alii.*

allatæ & r in hoc ordine recitatæ sunt ; de ea re ita s censeo.: Cùm Q. Cæpionis Bruti t proconsulis operâ consilio, industriâ, virtute, difficillimo reipublicæ tempore provincia Macedonia, Illyricum, cuncta Græcia v legiones, exercitus, equitatus, in consulum, senatûs populique Romani potestate sint: id Q. Cæpionem Brutum, proconsulem, bene, & è republica, 44 & pro sua majorumque suorum dignitate consuetudineque reipublicæ bene gerendæ fecisse, eamque rem senatui populoque Romano gratam esse & fore.

26 Utique Q. Cæpio Brutus, proconsul, provinciam Macedoniam, Illyricum x totamque Græciam y tueatur, defendat, custodiat z incolumemque conservet: eique exercitui, quem ipse constituit, comparavit, præsit: 45 pecuniaque ad

ptum, L. SEST. PRO Q. ex altera, Q. CÆPIO BRUTUS PROCOS. ut in dubium venire non possit, quin hi libri sine mendo sint, ut illi ad Attic. mendosi, C. Cæpio Brutus. *Ferrar.* *Proconsule.*] Cretam illi senatus, Cassio Africam, statim post Cæsaris necem decreverat. etsi neuter in suam provinciam, quod utraque comparandis exercitibus, quibus ad liberandam remp. opus erat, parum apta videretur, profectus est: Brutus in Macedoniam, Cassius in Syriam ivit: brevique legionum firmissima præsidia equitatus, & auxiliorum copias maximas, vel ducibus ereptas, vel iis sua sponte tradentibus, compararunt. Philipp. 11. *Non igitur Brutus exspectavit decreta nostra, cum studia nosset. neque enim est in provinciam suam Cretam profectus: in Macedoniam alienam advolavit: legiones conscripsit novas, excepit veteres: equitatum abduxit Dolabella.* P. Manutius.

44. *Et sua majorumque.*] In antiq. lib. est, *pro sua majorumque.* & post pauca, ubi est, *totamque Græciam*, ille habet, *cunctamque Græciam*, & pro *pecuniaque*, *pecuniamque.* quod magis convenit iis, quæ sequuntur, *utatur*, *exigat.* nam *utor*, etiam cum accusativo usurpatur antiquis. *exigo* vero omnino accusativum postulat. post *exigat* antiq. liber non habet copulam *que*, nisi interposita dictione *pecunias*, quam Ferrarius sustulit, dicens videri absurdum; cum supra dixerit *pecuniam*, postea inculcare *pecunias.* & propterea etiam pro eo, quod infra est *mutuas*, scripsit *mutuam.* nos antiquam lectionem restituimus, existimantes Ciceronem de ea pecunia, quæ publica est, dixisse in singulari, quod quodammodo una sit: de ea, quæ a privatis mutua sumi, aut eis imperari debebat, quæ non una, sed plures sunt, dixisse *pecunias.* totus ergo hic locus ex antiquo lib. ita legendus, *pecuniamque ad rem militarem, si qua opus sit, qua publica sit & exigi possit, utatur, exigat, pecuniasque a quibus videatur ad rem militarem mutuas sumat, imperet. frumentumque, &c.* quæ duo extrema verba præpostero ordine collocata in impressis sunt. *Faërnus.*

45. *Pecuniaque ad rem militarem.*] Quomodo totum hunc locum ex

ad rem militarem, si qua opus sit, quæ publica sit & exigi possit, utatur, exigat; pecuniasque à quibus videatur, ad rem militarem mutuas sumat; [a] frumentum imperet: operamque det, ut cum suis copiis quàm proximè [b] Italiam sit: cúmque [c] ex litteris Q. Cæpionis Bruti, proconsulis, intellectum sit, Q. Hortensii proconsulis operâ & virtute vehementer rempublicam adjutam, omniaque ejus consilia cum consiliis Q. Cæpionis Bruti, proconsulis, conjuncta fuisse, eamque rem magno usui reipublicæ fuisse; Q. Hortensium proconsulem rectè & ordine, exque republica fecisse: senatuique placere, Q. Hortensium, proconsulem, cum [d] quæstoribus prove quæstoribus & legatis suis provinciam Macedoniam obtinere, [e] quoad ei ex senatusconsulto successum sit.

a frumentumque *alii.*
b in Italia *MS.*
c ex *deest in multis.*
P. CCXXX.
d Q. Cæpione proc. *edd. vett.*
e quod ad ei *MS.* quoad ex *edd. vett.*

ex antiquo codice refinxerit Faërnus & eum secutus Lambinus ex præcedente cognosces observatione. Sed hic excessit medicina modum. Ego a vulgata, quam & mei codd. asserunt, & retinuit Muretus & Manutius, non recedo. *Grav.*

M. TULLII CICERONIS IN M. ANTONIUM PHILIPPICA UNDECIMA.

P. B.

ORATIO SEXTA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Obtinente Asiam provinciam C. Trebonio, decretam à senatu post Cæsaris interitum, Dolabella in Syriam, Antonii sibi lege traditam, proficiscens, cum Trebonio familiarissime collocutus, eumque summa benevolentia simulatione complexus, incautum Smyrnæ oppressit atque interfecit, & Asiam universam occupavit. hoc nuncio Romam perlato, senatus hostem Dolabellam judicavit, belloque persequendum censuit: sed cum ejus belli cura non satis constaret, cui mandanda videretur, cum

alii

alii aliter ſentirent, Cicero, deplorata prius Trebonii morte, imperatorem omnino C. Caſſium, qui Dolabellam terrâ marique perſequeretur, eſſe deligendum cenſuit. in quam ſententiam ut S. C. eſſe factum exiſtimem his Velleji verbis adducor: Bruto Caſſioque provinciæ, quas jam ipſi ſine S. C. occupaverant, decretæ. *P. Manutius.*

1 I. MAGNO in [a] dolore, patres conſcripti, vel mærore potius, quem ex crudeli & miſerabili morte C. Trebonii, optimi civis moderatiſſimique hominis, accepimus, [1] ineſt tamen aliquid, quod reipublicæ profuturum putem. perſpeximus enim, quanta in iis, qui contra patriam ſcelerata arma [b] ceperunt, ineſſet immanitas. nam duo hæc capita nata ſunt poſt homines natos tæterrima & ſpurciſſima, Dolabella & Antonius: quorum alter effecit, quod optabat: de altero patefactum eſt, quid cogitaret. L. Cinna crudelis: C. Marius in iracundia perſeverans: L. Sulla vehemens: neque ullius horum in ulciſcendo acerbitas progreſſa ultra mortem eſt. quæ tamen pœna in cives nimis crudelis putabatur.

2 [2] Ecce tibi geminum in ſcelere [3] par, inviſitatum, in-

a dolore ſum *Grut. & alii.*

b cœperunt *edd. vett.* ſumſerunt *MS.*

1. *INeſt tamen aliquid.*] Contraria contrariis miſcet interdum Cicero cum lepore & elegantia. Magno, inquit, in dolore ineſt tamen aliquid, quod reip. profuturum putem. Similiter ad Attic. lib. 1. *In iſta incommodatione alienati illius animi & offenſi illud ineſt tamen commodi.* Et ad Q. Frat. *Se effecturum, ut ego in medio dolore ac deſiderio tui, te, cum a me abeſſes, potiſſimum ſecum eſſe lætarer.* Et ad Lentulum: *Te autem etſi mallem in meis rebus expertum, quàm etiam in tuis: tamen in moleſtia gaudeo eandem fidem cognoſcere hominum non ita magna mercede quàm ego maximo dolore cognoram.* P. Manut.

2. *Ecce tergeminum in ſcelere par.*] *Ecce tibi geminum* o. l. v. atque hoc loco *geminum* valet *ſimile:* pro quo non a Budæo repoſitum fuiſſe *Germanum*, ut in partitionibus, librorum veterum auctoritatem nihil veritus, ut in Piſonem fecerat, magna admiratione ſum affectus. Ut id autem auderet, fecit ea ratio, quod hæc vox ἀδελφὸς ſonat & fratrem germanum, & ſimile. quaſi vero aut ita omnino neceſſe Latinis eſſet, ut quoniam duas res illi verbo Græci ſubjiciunt, hi *germani* quoque nomen in iſtis duabus ſententiis ponerent: aut *geminum* non ſimile ſignificet. Imo vero noſtri melius quàm Græci: qui cum neminem prope fratrem alterum alteri ſimilem viderent; geminos autem fere ſimillimos, omnia ſimilia eodem verbo notaverunt. Quod ſi doceo, vir ille doctiſſimus nihil cauſæ profecto dicet, quin M. Tullium depravarit: atque ut ei Ciceronis exempla condonem, qui hoc vocabulum in hanc ſententiam crebro uſurpat, Var. 1. lib. de Anal. *Theona & Diona, quos dicunt eſſe pene ipſi geminos, inveniunt eſſe diſſimiles.* & ibidem: *Si a ſimilibus nominibus ſimilia eſſe debent, di-*

ce-

inauditum, ferum, barbarum. Itaque quorum summum [c] quoddam inter ipsos odium bellumque meministis, eosdem postea singulari inter se consensu & amore devinxit impurissimæ naturæ & turpissimæ vitæ similitudo. [d] Ergo id, quod fecit Dolabella, in quo potuit, multis idem minatur Antonius. sed ille cùm procul [e] esset à con-

c *Grut. & alii* quondam.

d Ergo quod fecit *alii.*

e *Grut. & alii* abesset.

cemus, quoniam gemina sunt Parma, Alba, Roma. & in II. *Itaque gemina facie, negamus esse similia: si sapore sunt alio.* & in III. *Qui plura habent eadem, dicuntur similiores: qui proxime accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, vocantur gemini simillimi.* Pacuvius, *Par fortitudo, gemina confidentia.* Sic Horatius:

—— hac in re scilicet una
Multum dissimiles, ad cetera pene gemelli. & alibi:
—— par nobile fratrum
Nequitia & nugis, pravorum & amore gemellum.

Hoc amplius adjicio, sub voce *germani* eam notionem non subesse, quam ipse tradat: sed *germanum* esse proprium quodammodo, merum, verum. sic Plautus dicit, cuidam inditum fuisse nomen Thesaurochrysonicochrydes, qui Theodoromedes fuerit germano nomine. sic *germanam illuviem*, *gerras germanas*, *germanam Graciam* appellat. Eodem modo M. Tullius *germanam ironiam*, *patriam*, *justitiam*, *germanum negociatorem*, Metellum, Atticum, Campanos, *magistros hujus artis germanos* usurpat. Ex quo in Acad. ubi etiam in impressis, *gravissimus Stoicus*, scriptum est: non *germanissimus Stoicis Antiochus*, sed *germanissimus Stoicus*, lib. antiquis auctoribus, non solum consuetudine Latini sermonis ita præscribente. Et in Orat. *Cum mutila quadam & hiantia locuti sunt: germanos se putant esse Thucydidas*, ut scriptum est in lib. antiquis, non *Thucydidis*, ut in impressis. Sed ad rem. Non me præterit, *tri* & *ter*, præposita verbis, eorum vim augere, scripturam tamen veterem veram & germanam arbitror. *Ferrar.*

3. *Par insitatum, inauditum.*] Dicat mihi, qui Latine doctus est, quid sit *homo insitatus*. Nihil certius est quàm legendum esse *invisitatus*, cujus vocabuli vim cum non intelligerent librarii, in multis locis id in *insitatus* converterunt, ut jam dudum viri docti animadverterunt, qui ex antiquissimis codicibus in usum & lucem id revocarunt, & ipse ad Justini lib. XVIII. cap. I. notavi. Sæpe autem conjunguntur *invisitatus* atque *inauditus* Liv. IV. *Non erupit acies inaudita ante id tempus invisitataque.* lib. XLV. *Invisitato atque inaudito hoste.* Sic & *invisus*, quod idem notat, nimirum nunquam antehac visus conjunxit Cicero cum *inauditus*. in orat. de Arusp. Responsis: *Non invisa solùm, sed etiam inaudita sacra.* Omnino itaque hic sic legendum est, quamvis libri repugnent, sicut & in Livii libris plerisque legitur *insitatus*, cum tamen in Puteaneo & aliis vetustioribus Lipsius & Gronovius legerint *invisitatus*, & merito reposuerint. Ipsum vocabulum *inauditum* clamat legendum esse *invisitatum*. Par quale nunquam ante visum ac auditum fuit. *Grav.*

4. Ab

consulibus exercitibusque nostris, f nec dum senatum cum populo Romano conspirasse sensisset, fretus Antonii copiis, ea scelera suscepit, quæ Romæ jam suscepta
3 arbitrabatur à socio furoris sui. Quid ergo hunc aliud moliri, quid optare censetis, aut quam omnino causam esse belli? g omnes, qui liberè de republica sensimus, qui dignas nobis sententias diximus, qui populum Romanum liberum esse voluimus, statuit ille h quidem non inimicos, sed hostes: i majora tamen in nos quàm in hostem supplicia k meditatur: mortem naturæ l pœnam putat esse, iracundiæ m tormenta atque cruciatum. qualis igitur hostis habendus est is, à quo victore si cruciatus absit, mors in beneficii n parte numeretur?

II. QUAMOBREM, patres conscripti, quamquam hortatore non egetis (ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis o recuperandæ cupiditatem) tamen eo p majore q animo studioque libertatem defendite, quo ma-
4 jora proposita victis supplicia servitutis videtis. In Galliam invasit Antonius, in Asiam Dolabella: in alienam uterque provinciam: alteri se Brutus objecit, impetumque furentis atque omnia divexare r & diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligavit, s progressu arcuit, à reditu refrenavit: obsideri se passus ex utraque parte constrinxit Antonium. 4 Alter in Asiam irrupit cursim, cui in

f neque dum *alii.*
g omnes *deest in aliis.*
P. ccxxxi.
h tamen *MSS.*
i majora in *alii.*
k minitatur *MS.*
l pœnam *delent Lamb. Faërn.*
m tormentum *edd. vett.*
n partem *edd. vett.*
o recipe-randæ *alii.*
p majore studio *alii.*
q omine *MSS.*
r ac *MSS.*
s à prog. *edd. vett.*

4. *Alter in Asiam irrupit cursim: ut in Syriam patebat, &c.*] Sic Lang. *Cursim uti Syriam petebat.* Scal. *Cursim ut in Syriam petebat.* nonnulli, *Cursum ut in Syriam patebat:* qui aliud mihi, ac Cicero sentit, loqui videntur: qui hoc, meo quidem animo, voluit dicere, nihil fuisse, cur Dolabella irrumperet in Asiam: cum via pateret in Syriam: ut interdum veniat in mentem suspicari, sic M. Tullium scriptum reliquisse, *Alter in Asiam irrupit. cur sic? cui in Syriam patebat via certa neque longa. Quid opus fuit cum legione?* Ut hæc sit sententia, duo fecisse Dolabellam, quæ nihil attinuerit facere. alterum quod irruptionem fecerit in Asiam, cum via pateret in Syriam: alterum quod cum exercitu irruperit, cum iter per provinciam Proconf. amici & necessarii facturus esset. ex quo vult intelligi, eum meditatum & præceptis Antonii instructum id facinus conscivisse. *Ferrar. Alter in Asiam irrupit cursum, ut in Syriam patebat via certa neque longa.*] Hunc locum sic restitue. ut post, *irrupit*, distinguas. &, pro *cursim*, emendes ex antiquo libro *cur si*; distinguendo post *cur* per notam interrogationis? & post *via* addas copulam *&*. ut ita totum hunc locum legas: *Alter in Asiam irrupit. cur? Si ut in Syriam, patebat via, & certa, neque longa.* Faërnus. *Alter in Asiam irrupit cursim, ut in Syriam patebat via.*] Mihi magis placet, ut est in manu-

in Syriam patebat via certa neque longa. [5] quid opus fuit cum legione? præmisso [t] Marso nescio quo Octavio, scelerato latrone atque egente, qui popularetur agros: vexaret urbes non ad spem constituendæ rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norunt: (mihi enim hic senator ignotus est) sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. *t Mario Octavio alii.*

Consecutus est Dolabella, [v] nulla suspicione belli. quis 5 enim id putaret? secutæ collocutiones familiarissimæ cum Trebonio: [6] complexusque summæ benivolentiæ falsi indi- *v in nulla edd. vett.*

di-

nuscripto, *Alter in Asiam irrupit cursu, cui in Syriam patebat via &c.* Ursinus. *Asiam irrupit cursim, cui in Syriam &c.*] Manut. & Lamb. *irrupit. cur si, ut in Syriam: patebat &c.* si ex mss. laudo. nam nostræ membranæ, *cursim uti in Syr.* videantur & emendationes Ferrarii. *Grut.* Fide Vaticani emendatum est, *alter in Asiam irrupit. Cur? si ut in Syriam patebat via.* Hoc amplexi sunt Faërnus, Manutius, Lambinus, a quibus non dissentio. quamvis in meis libris varie hic locus scribatur, quod ex variarum lectionum libello disces. Mihi tamen hæc accuratius perpendenti videtur Cicero scripsisse: *Cursus in Asiam patebat, via certa neque longa*, hoc est, navigatio in Syriam patebat certa & brevis. Nam *cursum* esse navigationem, & *currere* navigare tralaticium est. Per *viam* intelligit viam seu iter maritimum. Jam Procoss. Syriæ & Ciliciæ, imo & Asiæ plerumque navibus in Ciliciam profectos esse quis ignorat. Scriptum fuit errore librariorum *cursut* pro *cursus*, inde factum ab aliis *cursim ut*, ab aliis *cursum ut*. Græv.

5. *Quid opus fuit, cum legione.*] Hic aliquid putamus deesse. maxime post verbum *fuit*, aliquid certe mendi subest. *Faërnus. Quid opus fuit cum legione.*] Lambinus præmittit: *sin ut ad Trebonium; quid opus &c.* sed tale nihil Manutius aut scripti nostri. *Grut.* Valde audacter Lambinus, cum in nullo codice verba, quæ infercit, legantur, sed, quia Faërnus aliquid desiderari hic scripserat, illa ipse excogitavit. *Grav.*

6. *Complexusque summa benivolentia falsi indices.*] Nos tollendam dictionem *falsi*, quamvis contra omnium librorum fidem, putamus hoc sensu, ejusmodi fuerunt complexus Dolabellæ, quamvis in amore simulato, erga Trebonium, cujusmodi sunt complexus, qui summam benivolentiam solent indicare. quod vero sequitur, *dextera, qua fidei testes esse solebant*, multi libri si non antiqui, tamen scripti habent, *dexteraque*; qua lectione admissa, ut certe judicio nostro videtur admittenda, duo hæc extrema verba, *esse solebant*, delenda arbitramur. ut totus hic locus sic legatur: *complexusque summa benivolentia indices, extiterunt in amore simulato. dextraque fidei testes sunt perfidia & scelere violata.* quod nisi demas hanc unam dictionem *falsi*, profecto abundant illæ tres, *in amore simulato.* Faërnus. Et hic Faërni conjecturam contra libros omnes arripuit in editione sua Lambinus. sed hoc est ubertatis Tullianæ exemplum ad perfidiam Dolabellæ exagitandam. *Græv.*

7. Id

x quæ & esse soleb. delet Lamb. dices exstiterunt in amore simulato: dexteræ, x quæ fide testes esse solebant, sunt perfidiâ & scelere violatæ: nocturnus introitus y Smyrnam, quasi in hostium urbem
y in Smyrn. add. vett. quæ est fidelissimorum antiquissimorumque sociorum oppressus Trebonius; si ut ab eo, qui apertè hostis esset
P. B. incautus: si ut ab eo, qui civis etiam tum speciem haberet, miser. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Consularem hominem, consulari imperio provinciam Asiam
z alii Samario. obtinentem, z Samiario exsuli tradidit: interficere captum statim noluit, ne nimis, credo, in victoria liberalis videretur. cùm verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset, tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ, idque per biduum. pòst
a autem cer. add. vett. a cervicibus b fractis caput abscidit, 7 idque adfixum gestari jussit in pilo: reliquum corpus tractum atque c laniatum abjecit in mare. Cum hoc hoste bellandum est,
b fractis deest in aliis. d à cujus tæterrima crudelitate omnis barbaria superata est. Quid loquar de cæde civium Romanorum? de di-
c laceratum alii. reptione fanorum? quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? & nunc totâ Asiâ vaga-
d à deest in aliis. tur, volitat ut rex, nos alio bello e distineri putat. quasi
e detineri alii. verò non unum idemque bellum sit contra hoc 8 jugum impiorum nefarium.

III. IMAGINEM M. Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis: 9 ex hoc illa effecta est: ab f hoc Dolabellæ
f alii hoc illa Dol. scelerum præcepta sunt tradita. Num leniorem, quàm in Asia Dolabella fuit, in Italia, si liceat, fore putatis Antonium? mihi quidem & ille pervenisse videtur, quoad pro-

7. *Idque fixum.*] Editores iidem *affixum*, sed præter Pall. quatuor & vetustius editos. *Gruter.* Sed *adfixum* promserunt ex Vaticano Faërnus & Muretus. *Gravius.*

8. *Jugum impiorum nefarium.*] *Jugum impium, nefarium* omnes fere l. v. ut sint duo ἐπίθετα quæ vocantur: vel *impium* pro *impiorum.* nonnulli *jugum nefarium* tantummodo: ut valde suspicer, ne *impium* sit glossema. recentiores tamen, *impiorum*, habent. Illud notatione non indignum est, hic *jugum* dixisse, quod in principio orationis *par* appellavit, more Græcorum, qui ζυγὸν in jugo & pari ponunt. quod Latini quoque usurpant, ut Plinius, qui dixit *aquilarum jugum.* Ferrar. *Impiorum* non delendum. *impii* sunt parricidæ, qui patriæ vim & bellum inferunt. *Gravius.*

9. *Ex hoc illa effecta est.*] *Effecta est* habet liber manuscriptus & ita omnino legendum. *Ursin.*

10. V

progredi potuerit feri hominis amentia: neque Antonius ullius supplicii adhibendi, si potestatem habeat, [10] ullam partem est relicturus. [11] Ponite igitur ante oculos, patres 7
conscripti, miseram [g] illam quidem & flebilem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam: nocturnum impetum in urbem Asiæ clarissimam, irruptionem armatorum in Trebonii domum, cùm miser ille priùs latronum gladios videret quàm, quæ res esset, audisset: furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram atque os illud infame, [h] vincula, verbera, [i] eculeum, tortorem carnificemque Samiarium. quæ tulisse illum fortiter & patienter ferunt. magna laus meoque judicio omnium maxima. Est enim sapientis, quidquid homini accidere possit, id præmeditari ferendum modicè esse, si [k] evenerit. majoris omnino est consilii, providere, ne quid tale accidat: sed animi non minoris, fortiter ferre, si evenerit. [l] Ac Dolabella quidem tam fuit immemor hu- 8
manitatis, quamquam ejus numquam particeps fuerit, ut suam insatiabilem crudelitatem [m] exercuerit non solùm in vivo, sed etiam in mortuo: ac in ejus corpore lacerando atque vexando, cùm animum satiare non posset, oculos paverit suos.

g quidem illam *alii*. P. CCXXXII. h vincla *multa edd.* i equuleum *alii.* k advenerit *Grut.* l At *edd. vett.* m exacuerit *MSS.*

IV. O MULTÒ miserior Dolabella quàm ille, quem tu miserrimum esse voluisti! Dolores Trebonius pertulit magnos: multi, ex morbi gravitate majores: quos tamen non miseros, sed laboriosos dicere solemus. longus fuit dolor bidui: at [n] compluribus, annorum sæpè multorum. nec [o] verò graviora sunt carnificum [p] tormenta quàm interdum cruciamenta morborum. Alia sunt, alia, in- 9
quam, ô perditissimi homines & amentissimi, multò miseriora. nam, quo major vis est animi quàm corporis, hoc sunt graviora ea, quæ concipiuntur animo, quàm illa, quæ corpore. Miserior igitur, qui suscipit in se scelus, quàm is, qui alterius facinus subire cogitur. Cruciatus est à Dolabella Trebonius: & quidem à Karthaginiensibus Regulus. In qua re cùm [q] crudelissimi Pœni judi-

n comp. hominibus. *edd. vett.* o *alii* graviora verè, *aut* ferè. p cruciamenta q. i. tormenta *Muret.* q crudelissimè *alii*.

10. *Ullam partem est relicturus.*] *Ullam esse partem relicturus* legendum videtur ex libro Vaticano. *Ursin.* Et hoc in editione sua expressit Muretus, quamvis Faërnus *est* retineat.

11. *Ponite igitur ante oculos.*] Indicavi locum Æschinis, unde hunc expressum putarem, capite decimo libri octavi Variarum Lectionum. *Muretus.*

dicati sint in hoste: quid in cive [r] de Dolabella judicandus est? An verò hoc conferendum est? [s] an dubitandum, uter [t] miserior? isne, cujus mortem senatus populusque Romanus [v] ulcisci cupit; an is, qui [x] cuncti senatus sententiâ hostis est judicatus? nam ceteris quidem vitæ partibus, quis est, qui possit sine Trebonii maxima contumelia conferre vitam Trebonii cum [y] Dolabellæ? alterius consilium, ingenium, humanitatem, innocentiam, magnitudinem animi in patria liberanda quis ignorat? [12] alteri à puero pro deliciis crudelitas fuit: deinde ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper [z] ipse lætatus, quòd ea faceret, quæ sibi objici ne ab inimico quidem possent verecundo. Et hic, dii immortales! aliquan-
10 do [13] fuit [a] meus. occulta enim erant vitia non inquirenti. neque nunc fortasse alienus ab eo essem, nisi ille vobis, nisi mœnibus patriæ, nisi huic urbi, nisi diis penatibus, nisi aris & focis omnium nostrûm; nisi denique naturæ & humanitati inventus esset inimicus. à quo admoniti, diligentiùs & vigilantiùs caveamus Antonium.

V. ETENIM Dolabella non ita multos secum habuit notos [b] ac insignes latrones. at videtis, [c] quos & quàm multos habeat Antonius. primùm L. fratrem: quam facem, dii immortales? quod facinus? quod scelus? quem gurgitem? quam voraginem? quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis? in cujus possessiones atque fortunas non
11 impudentissimos oculos spe & mente defigere? Quid Censorinum? qui se verbo prætorem esse urbanum cupere dicebat, re certè noluit. quid Bestiam? qui consulatum in Bruti locum se petere profitetur. atque hoc quidem detestabile omen avertat Jupiter! Quàm absurdum autem, qui prætor fieri non potuerit, [d] eum petere consulatum? nisi fortè damnationem pro prætura putat. Alter Cæsar, Vopiscus ille, homo summo ingenio, summâ

r *alii non habent* de.
s *alii* aut.
t miserior sit *Muret.*
v ulciscitur *alii.* P. B.
x cunctis sen. sententiis *Lamb. & alii.*
y *alii* Dolabella.
z ipse *deest in aliis.*
a meus amicus *edd. vett.*
b atque *Grav. & alii.*
c quot *edd. vett.*
d petere eum *edd. vett.*

12. *Alteri à puero pro deliciis crudelitas fuit.*] Pal. sec. tantum habet, *alteri pro dilectis crudel. f.* & verò illud *à puero* exstat quidem in Hittorp. à manu recenti, cùm prius aliud quid fuisset. *Gruter.*

13. *Fuit meus.*] Vel quia gener, vel quia summo etiam post Tulliæ divortium amore conjunctus. in ep. ad Attic. lib. XIV. *O mirificum Dolabellam meum! jam enim dico meum: antea, crede mihi, subdubitabam.* P. Manut.

14. Qui

mâ potentiâ, [14] qui ex ædilitate consulatum petit solvatur legibus. quamquam leges eum non tenent. [e] credo dignitate. At hic, me defendente, quinquies absolutus est. [15] sexta palma urbana, etiam in gladiatore difficilis. Sed hæc judicum culpa, non mea est. ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum & præstantissimum senatorem in civitate retinere. qui tamen nunc nihil aliud agere videtur: nisi ut intelligamus, [f] illos, quorum res judicatas irritas fecimus, bene & è republica judicavisse.

e propter eximiam credo dignitatem *Lamb.* & *alii.*

P. CCXXXIII.

f illos judices, quor. *alii.*

12 Neque hoc in hoc uno est. sunt alii in eisdem castris honestè condemnati, turpiter restituti. Quod horum consilium, qui omnibus bonis hostes sunt, nisi crudelissimum putatis fore? Accedit Saxa nescio quis, quem nobis Cæsar ex ultima Celtiberia tribunum plebis dedit, castrorum antea metator, nunc, [g] ut sperat, urbis: [16] à qua cùm sit

g inspectat urbem *MS.*

14. *Qui ex adilitate consulatum petit.*] Male in aliis legebatur, *qui ex adilitate ad consulatum.* quamquam ita esse in omnibus libris veteribus ait Ferrarius. sed videlicet non omnes viderat. *Muret.* *Qui ex adilitate consulatum petit.*] Sic ediderunt Faërnus & Muretus: neque dubium jam cuiquam debet esse, quin ita sit legendum, siquidem verbum *petit*, quod negabat Ferrarius in ullo codice vetere reperiri, in illo Vaticano reperitur. *Lambin.* *Qui ex adilitate ad consulatum.*] Necesse mihi fuit sequi libros scriptos Ferrarii, cum & aliorum idem præ se ferrent, & Pal. sec. vulgata, *ex adilitate consulatum petit*; quomodo solùm Pal. tert. nam pr. & quart. *adilitate consulatum, pene solvatur legibus.* Grut. Si legeris Muretum, qui præcedit, nihil hic cum Ferrario & Grutero refinges. *Legibus* autem *solvi* est lege illa solvi, qua post ædilitatem præturam primum gerendam, dein consulatum sciscebatur. Sic semper veteres locuti sunt. *Gravius.*

15. *Sexta palma urbana.*] Si sextum accusabitur, non facile absolvetur. *Vrbana:* quia nunc abest: sed in urbem si redierit accusabitur. *P. Manut.*

16. *A qua cum sit alienissimus.*] Sic nonnulli C. L. *a qua cum sit alienus, suo capiti nobis dominetur.* Qui meâ quidem sententiâ tum erunt plane emendati, si ex *dominetur* primam litteram detraxeris: quod enim dixerat, *Castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis:* idcirco ut hoc omen averteret optaretque, ut in ipsum Saxam recideret, huic subjunxit, *Suo capiti nobis salvis ominetur.* ut Cel. *Te ad* IX. *Kal. Jun. subrostrarii, quod illorum capiti sit, dissiparant periisse.* Et Plaut. in Pœn. *Ei Mars iratus est.* Ly. *vestro capiti istuc quidem.* Et M. Tullius ad Attic. *Multa, inquam, mala cum dixisset, suo capiti, ut ajunt, &c.* & in Bruto: *Sic Hortensii vox exstincta fato suo est, nostra publico. Melius, quæso, ominare,* inquit Brutus. *Ferrarius.*

fit alienus; suo capiti, salvis nobis, [h] ominetur. Cum hoc veteranus [i] Capho: quo neminem veterani peju oderunt. His, quasi præter dotem, quam in civilibus ma lis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius ut haberent [k] reliquorum nutriculas prædiorum: quibu utinam contenti [l] essent! ferremus: etsi tolerabile noi erat: sed quidvis patiendum fuit, ut hoc tæterrimum bel lum non haberemus.

13 VI. QUID? illa castrorum M. Antonii lumina non ne ante oculos [m] proponitis? primùm duos [17] collega Antoniorum & Dolabellæ, Nuculam & Lentonem Italiæ divisores lege ea, quam senatus per vim latam ju dicavit. quorum alter commentatus est mimos, alte egit tragœdiam. Quid dicam de Apulo Domitio? cuju bona modò proscripta [n] vidi: tanta procuratorum est ne gligentia. At hic nuper sororis filio infudit venenum, noi dedit. Sed non possunt nòn prodigè vivere, qui nostr bona sperant, cùm effundunt sua. [o] Vidi etiam P. Deci auctionem, clarissimi viri: qui majorum [p] suorum exem pla persequens, [18] pro alieno se ære devovit. emptor ta men in ea auctione inventus est nemo. Hominem ridi culum, qui se exire ære alieno [q] putet posse, cùm ven dat aliena.

14 Nam quid ego de Trebellio dicam? [r] quem ultæ vi dentur furiæ debitorum: [19] vindicem enim tabularun no-

h dominetur *alii.*
i Caso *alii.*
k aliquorum *edd. vett.*
l esse possent *MSS. & Muret.*
m ponitis *Lamb.*
n *Grut. & alii* vidimus.
o Videte *Grut. & alii.*
P. B.
p suorum *alii delent.*
q putaret *edd. vett.*
r quam multæ *MSS. & edd. vett.*

17. *Collegas.*] In septemviratu. Fuere enim septemviri M. Antonius, L. Antonius, Dolabella, Nucula, Lento, Mustela, Tiro, quod ex his orationibus perspicuum fit. *P. Manut. Collegas Antoniorum.*] Hittorp. & Pal. sec. item Ferrariani *Antonii*: forsan melius. nam isti Marco erant omnia potius quàm fratr ejus. *Gruter.*

18. *Pro alieno se ære devovit. emptor tamen in ea auctione inventu est nemo. O hominem ridiculum.*] Sic o. l. v. *Pro alieno se ære devo vit emptori, hominem ridiculum.* Quod summopere placet. facer autem dixit, Decius pro alieno se ære devovit emptori, in car men intuens, quo Decii usi erant in devotione sui: in quo ho erat in extremo, *Sicut verbis nuncupavi, ita pro rep. Quiritium exercitu, legionibus, auxiliis populi R. Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum diis manibus tellurique devoveo.* Ferrar. *Pro alieno se ære &c.*] Hunc locum Ferrarius cum emendare se putare depravavit. nos veterem scripturam in locum suum restituimus cum eandem in optimo libro reperissemus. *Muretus.*

19. *Vindicem enim tabularum novarum, &c.*] Præclare hic locu a Faërno & Mureto restitutus est ex auctoritate codicis Vatica ni, ut plerique alii: etiam a Faërno explicatus, quam explica tio

novarum novam tabulam [f] vidimus. Quid de T. Planco? quem præstantissimus civis, Aquila, Pollentiâ expulit, & quidem crure fracto: quod utinam antè illi accidisset, ne huc redire potuisset! Lumen & decus illius exercitus pænè præterii, [20] C. Annium Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum [t] Græco verbo, [v] quoniam omnia jura dissolvit: nisi fortè jure Germanum Cimber occidit. Cùm hanc & hujus generis copiam tantam habeat Antonius, quod scelus omittet, cùm Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis, nequaquam pari latronum manu & copiâ?

[f] videmus *alii*.
[t] in Græco *add. vett.*
[v] qui *alii*.

15 Quapropter, ut invitus sæpe dissensi à Q. Fusio, ita sum ejus sententiæ libenter assensus. ex quo judicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa diffidere. Itaque non assentior solùm, sed etiam gratias ago Q. Fufio. dixit enim severam, gravem, republica dignam sententiam: judicavit hostem Dolabellam: [x] bona ejus censuit publicè possidenda. quò cùm addi nihil posset (quid enim atrocius potuit, [21] quid severius decernere?) dixit tamen, si quis eorum, qui post se rogati essent, graviorem sententiam dixisset: in eam se iturum. quam severitatem quis potest non laudare?

[x] bona cens. *MSS.*

16 VII. NUNC quoniam hostis est judicatus Dolabella, bello est persequendus. neque enim [y] quiescet: habet legionem, habet fugitivos, habet sceleratam impiorum manum: est ipse confidens, impotens, gladiatorio generi mortis addictus. Quamobrem, quoniam cum Dolabella hesterno die hoste decreto bellum gerendum est, imperator est deligendus. Duæ dictæ sunt sententiæ: quarum neutram probo: alteram, quia semper, nisi cùm est necesse, periculosam arbitror: alteram, quia alienam his temporibus existimo. P. CCXXXIV.

[y] quiescit *Faërn. & Grav.*

Nam

tionem tamen non usquequaque probo. Hunc enim Ciceronis sensum esse puto. Videmus tabulam bonorum Trebellii auctionariam propositam, vindicem, id est, ultricem tabularum novarum, hoc est, quæ ulciscitur injuriam factam creditoribus per tabulas novas: quas defenderat contra creditores. *Lamb.*

20. *T. Annium Cimbrum.*] Ita Faërnus. sed in vetere meo manuscripto codice est, *C. Annium:* & ita olim Ant. Augustinus ex Quinctiliano & Suetonio erudite emendavit. *Ursin.*

21. *Quid severius decernere.*] *De genere* habet liber Vaticanus, unde conjici potest legendum esse *degenero:* constat enim Kaleni filiam Dolabellæ nuptam fuisse. *Idem.*

17 Nam extraordinarium z semper imperium populare atque ventosum est, minimè nostræ gravitatis, minimè hujus ordinis. [22] Bello Antiochi magno & gravi, cùm L. Scipioni, Publii filio, obvenisset Asia, parúmque in eo putaretur esse animi, parùm roboris, senatusque ad collegam ejus, [23] C. Lælium, hujus Sapientis patrem, negotium deferret: surrexit P. Africanus, frater major L. Scipionis, [24] & illam ignominiam familiæ deprecatus est: dixitque & in fratre suo summam virtutem esse summumque consilium, neque se ei legatum id ætatis iisque rebus gestis defuturum. quod cùm ab eo esset dictum; nihil est de Scipionis provincia commutatum: nec plus extraordinarium imperium ad id bellum quæsitum quàm duobus antea maximis Punicis bellis, quæ à consulibus aut à dictatoribus [25] gesta & confecta sunt: aut quàm Pyrrhi, quàm Philippi, quàm post Achaico bello, quàm

z semper [illegible] Faërn.

22. *Bello Antiochi magno & gravi cum L. Scipioni, P. F. obvenisset Asia.*] Antiq. lib. *Annicchino*, nos *Antiochino*. quod & ex vetustis monumentis comprobatur, in quibus bellum cum Antiocho appellatur *Antiochinum*. ubi vero in impressis est *Publii filio*, ipse habet *P. C. ia.* quod nos interpretamur, *provincia Asia*. Faërn.

23. *C. Lælium, Sapientis patrem.*] Pighius noster in Fastis suis ad annum urbis conditæ DLXIII. corrigendum putat, *C. Lælium Lælii Sap.* neque enim tunc vixisse Lælium illum, nedum fuisse in Senatu, cùm hæc Cicero diceret, verosimile. *Gruter.*

24. *Et illam ignominiam familiæ.*] *A familia* habet liber Vaticanus. *Ursinus.* Merito Vaticani libri scripturam recepit Muretus. Qui eam interpolarunt non intellexerunt vim *deprecari*, quod est nonnunquam avertere, propulsare, amoliri. Cic. IV. Verr. *Jam qui tot scelera commisit, is nullam ab sese calamitatem poterit deprecari.* Sed alia hujus notionis exempla sunt in promtu & a viris doctis olim observata. *Grav.*

25. *Gesta & consumpta sunt: aut quam Pyrrhi.*] Sic o. l. v. *Gesta sunt, quam Pyrrhi.* Et recte: siquidem nunquam id verbum, *consummare* scilicet, neque superior, quod sciam, neque Ciceronis ætas usurpavit: quod inferior postea trivit. Nam in prooemio de Off. *Quæ de officiis tradita ab illis, & præcepta sunt, & consummata:* hæc extrema à l. v. absunt: ut in dubium venire non possit, quin de libris tollendum sit. *Ferrar.* *Gesta sunt; aut quam Pyrrhi.*] In antiquo libro est, *gesta & confecta sunt, quam Purrhi.* & post pauca, ubi est, *rogatus populus*, interpone verbum *est.* & infra, *duas tantum tribus tulit*, legendum, *duas tamen tribus solas tulit.* & post pauca, pro *assensero*, *adsensus ero*, pro *negavero*, *negaro.* quamvis in antiquo sit, *negare.* Faërnus. *Gesta & confecta sunt.*] Ita aperte scriptum est in libro vetustissimo. nam ab aliis etiam calamo exaratis, sed multo minus veteribus, absunt duæ illæ voces, *& confecta.* Muretus.

26. *As-*

quàm Punico tertio: ad quod populus Romanus ita ipse sibi delegit idoneum ducem, P. Scipionem, ut eum tamen bellum gerere consulem vellet.

VIII. Cum Aristonico bellum gerendum fuit, L. Valerio, P. Licinio consulibus. rogatus [a] est populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus consul & pontifex maximus, Flacco collegæ, flamini Martiali, multam dixit, si à sacris discessisset. quam multam populus [b] remisit: pontifici tamen flaminem parere jussit. sed ne tum quidem populus Romanus ad privatum detulit bellum. quamquam erat Africanus, qui anno antè de Numantinis triumphaverat: qui cùm longè omnes belli gloriâ & virtute superaret, duas tantùm tribus tulit. [c] ita populus Romanus consuli potiùs Crasso quàm privato Africano bellum gerendum dedit. De Cn. Pompeji imperiis, summi viri atque omnium principis, tribuni plebis turbulenti tulerunt. nam Sertorianum bellum à senatu privato [d] datum est, quia consules recusabant: cùm L. Philippus pro consulibus se eum mittere dixit, non pro consule. 18

Quæ igitur hæc comitia? aut quam ambitionem constantissimus & gravissimus civis, L. Cæsar, in senatum introduxit? clarissimo viro atque innocentissimo decrevit imperium, privato tamen. in quo maximum nobis onus imposuit. [26] [e] Assensus ero: ambitionem induxero in curiam. [27] negavero: videbor suffragio meo, tamquam comitiis, honorem homini amicissimo denegavisse. Quòd si comitia placet in senatu habere: petamus, ambiamus. [f] tabella modò [g] detur nobis, sicut populo data est. [28] Cur committis Cæsar, ut aut præstantissimus vir, si ti- 19

a est deest in aliis.
b Romanus rem. edd. vett.
c itaque edd. vett.
P. B.
d alii delatum, aut mandatum.
e Assenserio Grut.
f tabula alii.
g nova detur alii.

26. *Assensus ero.*] Eleganter, pro, *si assensus ero:* & quod sequitur, *negaro*, pro, *si*, *negaro*. multo enim venustius omittitur quàm additur particula *si* eadem figura Phil. XIII. *Recesseris: undique omnes insequentur; manseris: hærebis.* Et in Verrem lib. V. *Cognosceret hominem: aliquid de summo supplicio remitteres. ignorarit? tum, si tibi ita videretur, hoc juris in omnes constitueres, ut, qui neque tibi notus esset, neque cognitorem locupletem daret, quamvis civis Romanus esset, in crucem tolleret.* Et apud Terent. in Heaut.

Vel me monere, vel percunctari puta:

Rectum est, ego ut faciam: non est, te ut deterream. P. Manut.

27. *Negavero. suffragio meo, tanquam comitiis homini honorem amicissimo denegavero.*] Sic o. l. v. *Videbor suffragio meo tanquam comitiis honorem homini amicissimo denegavisse.* recentiores tamen ferè ab impressis faciunt. *Ferrarius.*

28. *Cur comitiis Cæsar; ita ut aut præstantissimus vir.*] Nos hunc ver-

tibi non sit assensum, repulsam tulisse videatur: aut unusquisque nostrûm præteritus, si, cùm pari dignitate simus, eodem honore digni non putemur.

20 At enim (nam id exaudio) [h] C. Cæsari [i] adolescentulo imperium extraordinarium meâ sententiâ dedi. Ille enim mihi præsidium extraordinarium dederat. cùm dico mihi, senatui dico populoque Romano. A quo respublica præsidium ne cogitatum quidem, tantum haberet, ut sine eo salva esse non posset, huic extraordinarium imperium non darem? aut exercitus adimendus, aut imperium dandum fuit. Quæ est enim ratio, aut quî potest fieri, ut sine imperio teneatur exercitus? Non igitur quod ereptum non est, id existimandum [k] est datum. eripuissetis C. Cæsari, patres conscripti, imperium, nisi dedissetis. milites veterani, qui illius auctoritatem, imperium, nomen secuti, pro republica arma ceperant, volebant sibi ab illo imperari: legio Martia [l] & quarta ita se contulerat ad auctoritatem senatûs populique Romani dignitatem, ut eum deposcerent imperatorem & ducem C. Cæsarem. [29] imperium Cæsari belli necessitas, fasces senatus dedit. otioso verò & nihil agenti, privato, obsecro te, L. Cæsar (cum peritissimo homine mihi res est) quando imperium senatus dedit?

h C. *deest in aliis.*
i adolescenti *MSS.*

k est id exist. esse *Grut.*

P. cccxxv.

l & legio quarta *alii.*

IX. Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo ac de me optimè merito videar. etsi quis potest refragari non modò non petenti, verum etiam

21 recusanti? Illa verò, patres conscripti, aliena consulum dignitate, aliena temporum gravitate sententia est, ut consules, Dolabellæ persequendi causâ, Asiam & Syriam sor-

locum ita emendaveramus, ut, sublatâ post *Cæsar* notâ interrogationis & dictione *ita*, pro *comitiis* legendum censeremus *committis.* postea antiqui libri auctoritas, in quo non est dictio *ita*, nisi alia recentiori manu extraque contextum, conjecturam nostram magna ex parte comprobavit. quantum vero ad *committis* attinet, non putamus cuiquam esse dubitandum, qui consideraverit quanta similitudo huic dictioni & voci *comitiis* sit, quamque facilis lapsus ab illa in hanc, præsertim cum paulo ante facta esset de comitiis mentio. *Faërn.*

29. *Imperium Cæsari belli necessitas, &c.*] Sic olim l. v. *Cæsari bellum necessitas, fasces senatus dedit:* & præclare, & apertè. *Ferrar.* *Imperatorem & ducem C. Cæsarem. Imperium C. Cæsari belli necessitas &c.*] Hic quoque unus est ex iis locis, qui facile os obstruere superbis istis & fastidiosis alienæ industriæ vituperatoribus possunt. *Muretus.*

30. *Ad*

ſortiantur. Dicam, cur inutile reipublicæ. ſed priùs quàm
turpe conſulibus ſit videte. Cùm conſul deſignatus obſi-
deatur, m in eoque liberando ſalus ſit poſita reipublicæ: m cum in
cúmque à n populo Romano peſtiferi cives o parricidæ- eo lib.
que deſciverint: cúmque id bellum geramus, quo bello *Faërn.*
de dignitate, de libertate, de vita decernamus: &, ſi n rep. *alii.*
in poteſtatem quis Antonii venerit, propoſita ſint tor- o paricid. *alii.*
menta atque cruciatus: cúmque harum rerum omnium
decertatio conſulibus optimis & fortiſſimis commiſſa
& commendata ſit: Aſiæ & Syriæ mentio fiet, ut aut
ſuſpicioni crimen, aut invidiæ materiam dediſſe videa-
mur?

At verò ita decernunt, ut liberato Bruto: id enim re- 22
ſtabat: ut relicto, deſerto, prodito. Ego verò mentio-
nem p omnino provinciarum factam dico alieniſſimo p omnino
tempore. quamvis enim intentus animus tuus ſit, C. Pan- *deeſt in*
ſa, ſicut eſt, 30 ad fortiſſimum virum & omnium cla- *multis.*
riſſimum liberandum, tamen rerum natura cogit te ne-
ceſſariò referre animum aliquando ad Dolabellam perſe-
quendum, & partem aliquam in Aſiam & Syriam de- P. R.
rivare curæ & cogitationis tuæ. Si autem fieri poſſet,
vel plures te animos habere vellem, q quos omnes ad q quo
Mutinam intenderes. quod quoniam fieri non poteſt, *MSS.*
r iſtoc animo, quem habes præſtantiſſimum atque opti- r iſto *alii.*
mum, nihil te volumus, niſi de Bruto cogitare. Facis 23
tu id quidem, & eò maximè incumbis: duas tamen res,
magnas præſertim, non modò agere uno tempore, ſed
ne cogitando quidem explicare quiſquam poteſt. incita-
re & inflammare tuum ſ iſtud præſtantiſſimum ſtudium ſ iſtuc
non ad aliam ulla ex parte curam transferre debemus. *Lamb.*

X. ADDE iſtuc ſermones hominum, adde ſuſpicio-
nes, adde invidiam. Imitare me, quem tu ſemper lau-
daſti: qui inſtructam ornatamque à ſenatu provinciam
depoſui, ut incendium patriæ, omiſſa omni cogitatione,
reſtinguerem. nemo erit, præter unum me, quicum pro-
fe-

30. *Ad fortiſſimum virum.*] Extrema verba in antiquo libro hæc ſunt, *ad virum*, reliqua in eo deſunt usque ad tertiam fermè partem duodecimi libri. quare tanto auxilio deſtituti, aliorum librorum recentium quidem, ſed tamen ſcriptorum auctoritate nitemur. *Faërnus.* *Ad virum fortiſſimum.*] Hujus orationis reliquum, itemque magna pars ſequentis, in optimo illo exemplari deſideratur. *Muretus.*

t putasses tua *alii.* v communicavisses *alii.*

fectò, si quid interesse t tua putasses, pro summa familiaritate nostra v communicasses, qui credat, te invito provinciam tibi esse decretam. Hanc, quæso, pro tua singulari sapientia reprime famam: atque effice, ne id,
24 quod non curas, cupere videare. Quod quidem eo vehementiùs tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspicionem x collega, vir clarissimus, non potest. nihil horum scit, nihil suspicatur: bellum gerit: in acie stat: de sanguine & de spiritu decertat: antè provinciam sibi decretam audiet quàm potuerit tempus ei rei datum suspicari. Vereor, ne exercitus quoque nostri, qui non y delectûs necessitate, sed voluntariis studiis se ad rempublicam contulerunt, tardentur animis, si quidquam z aliud à nobis, nisi de instanti bello, cogitatum putabunt. Quòd si provinciæ consulibus expetendæ videntur, sicut sæpe multis clarissimis viris expetitæ sunt: reddite priùs nobis Brutum, lumen & decus civitatis: qui ita conservandus est, ut id signum, [31] quod, de cælo delapsum, Vestæ custodiis a continetur: quo salvo, salvi sumus futuri. [32] tunc vel in cælum vos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus: provincias certè dignissimas vobis deligemus. nunc quod agitur, agamus. agitur autem, liberine vivamus, an mortem obeamus: quæ certè servituti anteponenda est.

x col. tuus vir *alii.* y dilectûs *Grav. & alii.* z aliud nobis *Lamb. Manut. alii.* P. ccxxxvi. a tenetur *MS.*

25 Quid si etiam affert tarditatem ista sententia, ad Dolabellam persequendum? quando enim veniet consul? an id exspectamus, quo ne vestigium quidem Asiæ civitatum atque urbium relinquatur? At mittent aliquem de suo numero. Valde mihi probari potest, qui paullo antè clarissimo viro privato imperium extra ordinem non dedi. At hominem dignum mittent. Num P. Servilio digniorem? at eum quidem civitas non habet. Quod ergo ipse

31. *Quod de cælo delapsum.*] *De cælo delapsum* Lang. & alii nonnulli v. l. ut illud de Fin. Bon. & Mal. *Servata illa, quæ quasi delapsa de cælo est ad cognitionem omnium, regula.* Quod autem sequitur, *custodiis continetur*, Lang. *tenetur.* ut Livius, *Signoque quod imperii pignus custodiâ ejus templi tenetur.* Alterum tamen non abhorret à consuetudine loquendi. *Cum illa tabula privatâ custodiâ continentur.* pro Sul. *Ferrarius.*

32. *Hunc vel in cælum, si fieri poterit, nostris humeris tollemus.*] *Hunc in cælum, si vos fieri poterit, humeris nostris tollemus* Lang. Sic ego, *Tunc in cælum vos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus.* Idem.

33. Aut

ipſe nemini putat dandum, ne à ſenatu quidem, id ego unius judicio delatum comprobem? Expedito nobis ho- 26 mine & parato, patres conſcripti, opus eſt & eo, qui imperium legitimum habeat: qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum, perſpectum animum in republica liberanda.

XI. QUIS igitur is eſt? 33 aut M. Brutus, aut C. Caſſius, aut uterque. Decernerem planè, 34 ſicut multa, conſulem alterum ambosve, ni Brutum colligaſſemus b in Græcia, & ejus auxilium ad Italiam vergere quàm ad Aſiam maluiſſemus: 35 non ut ex ea acie reſpectum ha-

b in Græciam *add. vett.*

33. *Aut M. Brutus, aut C. Caſſius, aut uterque.*] Hoc tantum nonnulli v. l. in queis Lang. diſcrepant ab impreſſis, quod ordinem nonnihil commutant hoc modo, *Aut C. Caſſius, aut M. Brutus.* cetera eodem modo. Locus ſine dubio mendoſus: neque enim ſuperior ſcriptura cum inferiori cohæret, & longe aliud loqui mihi videtur ac ſentiat Cicero, cujus hæc meâ quidem ſententiâ mens eſt, hoc conſilium, ut ad Caſſium hoc bellum deferat, Brutum autem verbo excludat a negotio, re vera judicium ejus liberum atque integrum relinquat: ut ita fortaſſe corrigendum ſit, *Aut C. Caſſium, aut M. Brutum, aut utrumque decernerem plane: ſicut multi conſulem alterum ambosve: ni, &c.* nam cum dixiſſet, *Expedito nobis homine & parato, P. C. opus eſt*, & quæ ſequuntur: deinde ſubjunxiſſet, *Quis igitur is eſt?* ſi id, quod diximus, ſententiâ ſuâ complecti atque efficere volebat, id quod profecto volebat: non ei reſpondendum fuit, *C. Caſſius & M. Brutus*, ſed *aut C. Caſſium, aut M. Brutum, aut utrumque decernerem plane, ſicut multi conſulem, &c.* ſic enim & uni Caſſio decernebat imperium, & aſſequebatur, ut Bruti judicium eſſet, quid ex dignitate ſua exque rep. videretur eſſe. Sed nihil affirmo: tantùm opinionem meam teſtatam relinquere volo. illud omni aſſeveratione affirmo, libros eſſe depravatos, nec eorum verbis ſenſa Ciceronis exprimi. *Ferrarius.*

34. *Sicut multa conſulem alterum ambove.*] Ita Faërnus: quæ lectio ferri poteſt, licet alii emendarint, *ſicut multis ſenatûs conſultis alterum ambove*, vel, *decernerem plane ſicut multi conſulem &c.* nota eſt autem formula in ſenatusconſultis, *a. a.* hoc eſt, *alter ambove.* Urſin.

35. *Non ut eo ex acie reſpectum haberemus.*] Reſtituimus vulgatam, quæ etiam eſt in omnibus libris, *non ut ex ea acie*, relinquentes aliis explicationem hujus loci, nam eam expoſitionem, quam commentus eſt Ferrarius, non probamus, qui etiam ex ingenio ſuo emendavit, quemadmodum eſt in impreſſis. *Faërnus. Non ut ex acie eò reſpectum haberemus.*] Ferrarii conjecturam ſecutus ſum, tanquam probabilem & antiquâ ſcripturâ longe meliorem, quæ talis eſt: *non ut ex ea acie reſpectum haberemus.* Lambinus. *Non ut ex ea acie reſpectum haberemus.*] Explicat hunc locum egregie contrà Gabr. Faërnum Schottus noſter, libro 1. Nodor.

Cic.

haberemus; sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Præterea, patres conscripti, M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnam urbem & gravem: [36] tenet, opinor, Byllidem: te-

Cic. cap. 15. *Grut. Respectum habere* *παθητικῶς* usurpasse Ciceronem credo, non comparatum exercitum, quem metueret Antonius, sed qui præsidio esset cæso jam ad internecionem Romano exercitu ad Mutinam. Quem enim reveremur, ut liberi parentes suos majoresque solent, vel quem metuimus, ut servi dominos, identidem respicere, vultumque animi speculum intueri, sit ne tristis an ad hilaritatem compositus, solemus. Juvenal. Sat. VIII. pro metu sumsit:

Nil ibi majorum respectus, gratia nulla
Umbrarum.

Et Naso I. Trist. el. III. *& mei & sui respectu* *παθητικῶς* pro eo, qui respicitur, dixit. Cic. I. de Div. *Fugientibus miserabilem respectum incendiorum*, pro horrendo spectaculo. Philipp. V. *ἐνεργητικῶς*: *Itaque cum respectum ad senatum & ad bonos non haberet, eam sibi viam patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non possit.* h. e. nulla habita a Cæsare Senatus & reip. studiosorum ratio. Schottus I. Nodor. Cic. cap. 15. ubi vide plura. Locum hunc comploratum esse judico nec sine meliore libro restitui, nec, ut nunc habet, explicari posse. Nam optimi Schotti interpretatio quàm parum his, de quibus Cicero disputat, convenit. Ne dicam perquam obscure, si non absurde, *acies* accipi primo loco pro exercitu Bruti, quem habebat in Græcia, dein *ipsa acies* intelligendum de exercitu Romano, qui ad Mutinam opponebatur exercitui Antonii. Quæ enim est illa acies, quæ subsidium transmarinum habere debet ex Schotti mente? Exercitus scilicet Romanus ad Mutinam, si ad internecionem forte cæderetur ab Antonio, cui acies, hoc est Bruti exercitus Græcus, sit subsidio. Vides quàm insulsa hæc sint. Vides etiam quanta jactura sit, cum ex Vaticano libro exciderint hæc & sequentia hujus orationis. Nam in istis, quæ in vetustissimo illo libro desiderantur, ingens corruptionum prodigiosarum seges est in aliis omnibus MSS. magno Ciceronis malo. Hunc locum itaque comploratum, cui manus admovere vetat Hippocrates, mitto. Hanc quidem sententiam Ciceronis fuisse puto, quod & alii viderunt, non ideo M. Brutum in Græcia retineri, ut ex ejus copiis haberent, quod in alias terras mitterent, sed ut resp. in illius exercitu haberet, ubi res exigeret, subsidium, sed quæ Ciceronis verba fuerint ignoro. Nam *acies* simpliciter pro exercitu accipi, & quidem apud Tullium, nemo, qui Tullium legit, sibi persuaserit. *Gravius.*

36. *Tenet, opinor, Hellidem.*] Lang. *Hillidem.* Gad. *Bellidem.* Sc. & cum eo plerique *Billidem*, ego, Plutarcho & Stephano auctoribus, *Byllidem*: quorum alter, Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία, τὸ μετὰ τῶν Νεοπτολέμου μυρμιδόνων κτίσμα. Alter in Vita Bruti, & quidem hanc rem referens, Γάϊος δὲ Ἀντώνιος Ἀπολ-

tenet Amantiam: instat Epiro: urget [c] Illyricum: habet [37] aliquot cohortes, habet equitatum. hinc si Brutus erit traductus ad aliud bellum, Græciam certè amiserimus. Est autem etiam de Brundisio atque illa ora Italiæ providendum. quamquam miror tamdiu morari Antonium. [38] solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. Quod si confecerit Brutus, & intellexerit plus se reipublicæ profuturum, si Dolabellam persequatur, quàm si in Græcia maneat: aget ipse per sese, ut adhuc quoque fecit: neque in tot incendiis, [d] quibus confestim succurrendum est, exspectabit senatum.

c Oricum *edd. vett.* P. B.

d cum conf. *edd. vett.*

Nam & Brutus & Cassius multis jam in rebus ipse sibi senatus fuit. [39] Necesse est enim in tanta conversione & per- 27

Ἀπολλωνίᾳ προσβαλὼν, ἐκεῖ τοὺς ἐγγὺς ὄντας ἐκάλει στρατιώτας. ἐπεὶ δ' οὗτοί τε πρὸς Βροῦτον ᾤχοντο, καὶ τοὺς Ἀπολλωνιάτας ᾔσθετο τὰ Βρούτου φρονοῦντας, ἐκλιπὼν τὴν πόλιν, εἰς Βουτρωτὸν ἐβάδιζεν. καὶ πρῶτον μὲν ἀπόλλυσι τρεῖς σπείρας καθ' ὁδὸν ὑπὸ Βρούτου κατακοπείσας. ἔπειτα τοὺς περὶ τὴν Βυλλίδα τόπους προκαταληφθέντας ἐπιχειρῶν ἐκβιάζεσθαι, καὶ μάχην συνάψας Κικέρωνι νικᾶται. At Ptolemæus, Ἐλιμιωτῶν, inquit, Βύλλις, ὀρεστίδος Ἀμαντία. Sed hic mendum continere Stephanus non potest, qui civitates ex ordine litterarum digessit. Idem prope mendum apud Cæsarem est lib. III. Bel. Civil. pag. CLXIII. *Hos sequuntur Bellidenses atque Amantini.* ubi l. v. *Billidenses*, ego *Byllidenses atque Amantini.* & alio loco pagina CLXXI. *Qui commeatus Biblide atque Mantinea importari in oppidum prohiberet.* ego, *Byllide atque Amantia.* Ferrarius.

37. *Aliquot cohortes.*] Septem, ut Phil. X. Hic Cicero numerum non ponit, quia vires auget Antonii, ut ostendat necesse esse Brutum in Græcia morari, non in Syriam mitti. quod si septem cohortes nominasset, exiguitas illa copiarum non esse timendum ab Antonio significasset: ideoque Brutum in Syriam mitti posse. *P. Manut.*

38. *Solet enim accipere ipse manicas.*] Quas capiebant, credo, iter facturi, quibus brachia muniebant nuda contra injurias cœli, ut pileis capita. Id igitur Cicero innuit, solet non diu morari in illis locis, ad quæ appropinquare audit sibi adversantes copias, sed celeriter adornare fugam, tanquam homo mollis & effœminatus: horum enim erant manicæ, quæ viris apud Romanos vitio vertebantur. Mallem in sequentibus, pro *diutius*, scribere *diu*, nisi illud hac notione positum hic sit. *Grav.*

39. *Necesse est enim in tanta concursatione perturbationum, rerum, &c.*] Sic l. Lang. *Necesse est enim in tanta conversione & perturbatione rerum.* Ego sic, *Necesse est enim in tanta conversione & perturbatione omnium rerum.* ut illud pro Flacco: *Videtis in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur.* Et pro Domo sua: *Cui nihil oberat præter conversionem status & incli-*

perturbatione rerum temporibus potius parere quàm moribus. nec enim nunc primùm aut Brutus aut Cassius salutem libertatemque patriæ legem sanctissimam & morem optimum judicavit. Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem, cùm essent tales virtute, auctoritate, nobilitate summi viri: quorum alterius jam notus nobis est exercitus, alterius auditus.

XII. [40] NON IGITUR Brutus exspectavit decreta nostra, cùm studia nosset. neque enim est in provinciam suam Cretam profectus: in Macedoniam [41] alienam advolavit: omnia sua putavit, quæ vos vestra esse velletis: legiones conscripsit novas, excepit veteres: equitatum ad se abduxit Dolabellæ, atque eum nondum tanto [e] parricidio oblitum, hostem suâ sententiâ judicavit. nam ni

e paricidio *alii.*

28 ita esset, quo jure equitatum à consule abduceret? Quid? C. Cassius, pari magnitudine animi & consilii præditus, nonne eo ex Italia consilio profectus est, ut prohiberet Syriâ Dolabellam? qua lege? quo jure? eo, quod Jupiter ipse sanxit, ut omnia, quæ reipublicæ salutaria essent, legitima & justa haberentur. Est enim lex nihil aliud nisi recta & à numine deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. Huic igitur legi paruit Cassius, cùm est in Syriam profectus, alienam provinciam, si homines legibus scriptis uterentur: his verò oppressis, suam lege naturæ.

P.CCXXXVII.

29 Sed ut [f] ex vestra quoque auctoritate firmetur, censeo: Cùm P. Dolabella, quique ejus crudelissimi & teterrimi facinoris ministri, socii, adjutores fuerunt, hostes po-

f ea *MSS. & alii.*

nationem communium temporum. Sententiam meam Bernardini Maffæi liber approbavit. Interductus igitur aliter apponendus est. *Ferrar.*

40. *Non igitur Brutus exspectavit decreta nostra, cùm studia nosset.*] Libentius legerem cum manuscripto meo codice, pro *exspectavit* & *nosset*, *exspectabit* & *noscet*. Ursin.

41. *Alienam.*] Q. Hortensii, ut copias cogeret. non enim *alienam* interpretor, C. Antonii ex illa sortitione, quæ facta est, M. Antonio consule (Phil. III.) nam ei postea S. C. est adempta. quod Phil. X. ostenditur iis verbis: *Qui jam aut captus est, quod dii dent: aut certe, homo verecundus, in Macedonia non accedit, ne contra S. C. fecisse videatur.* Sortitio igitur illa irrita fuit, cum S. C. a M. Antonio facta senatus falsa judicaverit legesque statuerit per vim & contra auspicia latas, nec iis populum teneri. Phil. XII. *P. Manut.*

populi Romani à senatu judicati sint, cúmque senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit, ut is, qui omnia deorum hominumque jura novo, inaudito, [g] inexpiabili scelere polluerit, nefarioque patriæ se parricidio obstrinxerit, pœnas diis hominibusque meritas debitasque persolvat.

g inexplicabili *MS.*

30 Senatui placere, C. Cassium, proconsulem, provinciam Syriam obtinere, uti [h] qui eam optimo jure provinciam obtinuerit: eumque à Q. [i] Marcio Crispo, proconsule, L. [k] Statio Murco, proconsule, [42] A. Allieno, [43] legato, exercitus accipere, eosque ei tradere: cúmque his copiis, & si quas præterea paraverit, bello P. Dolabellam terrâ marique persequi: ejus belli gerendi causâ, quibus ei videatur, naves, nautas, [l] pecuniam, [44] cetera, quæ ad bellum gerendum pertineant, ut imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto, jus potestatemque habeat: utque, quamcumque in provinciam ejus belli gerendi causâ advenerit, ibi majus imperium C. Cassii, proconsulis, sit quàm ejus erit, qui eam provinciam [m] tum obtinebit, cùm C. Cassius proconsul in eam provinciam venerit.

h quique opt. *MSS. & alii.*
i Martio *alii.*
k Scauro proc. *alii.*
l pecunias *alii.*
m tum *deest in vett. add.*

31 Regem Dejotarum patrem, & regem Dejotarum filium, si, ut multis bellis sæpenumero imperium populi Romani juverint, item C. Cassium [n] proconsulem copiis suis opibusque juvissent, senatui populoque Romano gratum esse facturos: [o] itemque si ceteri reges, tetrarchæ dynastæque fecissent, senatum populumque Romanum eorum officii non immemorem futurum: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, si eis videretur, republicâ recuperatâ, de provinciis consularibus, [p] prætoriis, ad hunc ordinem primo quoque tempo-

n pro consule *Lamb.*
o *alii* item. *MSS.* idemque. P. B.
p & prat. *Muret.*

42. *A. Allieno.*] Ita scribendum est, antiquis numismatibus auctoribus: licet in vetere libro sit, *A. Prolectio*, pro quo *A. Plotio* posset reponi. *Ursin.*

43. *Legato.*] Dolabellæ: ut infra. Quattuor autem legatos habuit Dolabella, hunc Allienum, M. Octavium, de quo supra, Sex. Marium, C. Titium, de quibus in ep. Lentuli, lib. XII. *P. Manut.*

44. *Ceteraque, quæ ad bellum gerendum.*] *Ad id bellum*, o. l. V. *Ferrar.* Sic & Græv. *cetera, quæ ad id bellum.* Colon. *ceteraque, quæ ad id bellum.* Sed recentior manus *id* deleverat. Sequor ego codicem meum, quocum consentiunt alii, nisi quod *quæ* male repetitum est in quibusdam. *Græv.*

45. Quem

pore referant. interea provinciæ [q] ab iis, à quibus obtinentur, obtineantur, quoad cuique ex senatusconsulto successum sit.

q ab his, quibus *Fabr.*

32 XIII. Hoc senatusconsulto ardentem inflammabitis & armatum armabitis Cassium. nec enim animum ejus potestis ignorare, nec copias. animus [r] is est, [45] quem [s] videtis: [46] copiæ, quas audistis, [t] fortis & constantis viri, qui ne vivo quidem Trebonio Dolabellæ latrocinium in Syriam penetrare [v] sivisset. Allienus, familiaris & necessarius meus, post interitum Trebonii profectus, ne dici quidem se legatum Dolabellæ volet. Est Q. Cæcilii Bassi, privati illius quidem, sed fortis & præclari viri, robustus & victor exercitus.

r ipse quem *vett. edd.*
s vidistis *Ferr. Lamb.*
t fortes & const. viri *alii.*
v sivissent *iid.*

33 Dejotari regis & patris & filii, & magnus, & nostro more instructus exercitus: summa in filio spes, summa ingenii indoles, [x] summa virtus. Quid de patre dicam? cujus benivolentia in populum Romanum est ipsius æqualis ætati: qui non solùm socius imperatorum nostrorum fuit in bellis, [y] verùm etiam dux copiarum suarum. Quæ de illo viro Sulla, quæ Murena, quæ Servilius, quæ Lucullus, quàm [z] ornatè, quàm honorificè, quàm graviter sæpe in senatu prædicaverunt?

x *ita MSS. Grut. & alii* summaque.
y sed etiam *edd. vett.*
z honorate *edd. vett.*

34 Quid de Cn. Pompejo loquar? qui unum Dejotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum veréque [a] benivolum, unum fidelem populo Romano judicavit. Fuimus [b] imperatores ego & M. Bibulus in propinquis finitimisque provinciis. ab eodem rege adjuti sumus & equitatu & pedestribus copiis. secutum est hoc acerbissimum & calamitosissimum civile bellum. in quo quid faciendum Dejotaro? quid omnino rectius fuerit dicere non

a benevolum *alii.*
b nuper ego *edd. vett.*

45. *Quem videtis.*] Qui, nullis instructus copiis, eo tamen ex Italia profectus consilio sit, ut prohiberet Syriâ Dolabellam. supra: *Quid C. Cassius, pari magnitudine animi & consilii præditus, nonne eo ex Italia consilio profectus est, ut prohiberet Syriâ Dolabellam?* Ferrarius malebat, *vidistis*, ut referretur ad idus Mart. mihi, *videtis*, non displicet: ut de re præsenti dicatur. in quo moveor etiam consensu omnium veterum librorum. *P. Manut.*

46. *Copiæ, quas audistis.*] Meus codex, *copiæ, quas videtis.* Colon. Franc. Amsterd. ed. Mediol. *copiæ, quas vidistis.* In Ascensiana primùm mutatum inveni *vidistis* in *audistis.* Si *audistis* reposuerunt editores ex MSS. non repugno, sin non, damno librorum, quos ego inspexi, lectionem. *Vidistis* nimirum copias, quas secum abduxit procul dubio, cum ex Italia consilio profectus est, ut prohiberet Syriâ Dolabellam. Sine copiis qui prohibere poterat, quamvis postea acceperit alias à legatis. *Græv.*

47. Tan-

non est necesse: præsertim, cùm contrà, ac Dejotarus sensit, victoria belli [c] judicarit: quo in bello si fuit error, communis ei fuit cum senatu: sin recta sententia, ne victa quidem causa vituperanda est. Ad has copias accedent alii reges, etiam delectus accedent. Neque vero 35 classes deerunt: tanti Tyrii Cassium faciunt, [47] tanti ejus in Syria nomen atque [d] Phœnice est.

Pag. ccxxxviii.

c judicaverit alii.

d Phœnicia edd. vett.

XIV. PARATUM habet imperatorem; C. Cassium, patres conscripti, respublica contra Dolabellam, nec paratum solùm, sed peritum atque fortem. magnas ille res gessit ante Bibuli summi viri adventum, [48] cùm Pacori nobilissimos duces maximasque copias fudit, Syriamque immani Parthorum impetu liberavit. Maximam ejus & singularem laudem prætermitto. cujus enim prædicatio nondum omnibus grata est, hanc memoriæ potiùs quàm vocis testimonio conservemus.

36 Animadverti, patres conscripti, dici jam à quibusdam, exornari etiam nimiùm à me Brutum, nimiùm Cassium ornari: Cassio verò sententiâ meâ dominatum & principatum dari. Quos ego orno? nempe eos, qui ipsi sunt ornamenta reipublicæ. Quid? D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? num igitur reprehenditis? an Antonios potiùs ornarem, non modò suarum familiarum, sed [e] Romani nominis probra atque dedecora? an Censorinum ornem, in bello hostem, in pace sectorem? an cetera ex eodem latrocinio naufragia colligam? Ego verò istos otii, concordiæ, legum, judiciorum, libertatis inimicos tantum abest ut ornem, ut effici non possit, quin eos tam oderim quàm rempublicam diligo.

e Pop. Rom. edd. vett.

Vi-

47. *Tanti ejus in Syria nomen atque Phœnicia.*] *Phœnice* o. l. v. & recte: siquidem & Græci Φοινίκην, & Latini Phœnicen appellaverunt. Varro de Re Rust. lib. II. *Cum exportavit per mare è Phœnice amans Europam.* Et de lingua Latina, *Europa ab Europa Agenoris filia, quam ex Phœnice Manlius scribit taurum exportasse.* Cæsar lib. III. Bel. Civil. *Magnam ex Asia Cycladibusque insulis Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phœnice & Ægypto classem coëgerat.* Quod ad primum verbum attinet, in eo congruunt omnes libri: ego tamen *tantum* pro *tanti* reponendum censeo, ut sit illi simile pro Dejotaro, *Quantum nomen ejus fuerit, quanta opes, &c.* Ferrar.

48. *Cùm Parthorum nobilissimos duces maximasque copias fudit.*] Vetus liber, *Cum Pacori nobilissimi ducis magnas copias fudit.* Ursin. *Cum Pacori nobilissimos duces.*] Mss. omnes *Parthorum*; quod tamen respuit linea sequens. *Grut.*

37 Vide, inquit, ne veteranos offendas. hoc enim vel maximè exaudio. [49] Ego autem veteranos tueri debeo; [f] sed hos, quibus sanitas est, certè timere non debeo. eos veteranos, qui pro republica arma ceperunt [50] secutique sunt C. Cæsarem auctoritate beneficiorum paternorum, hodiéque rempublicam defendunt cum magno periculo, non tueri solùm, sed etiam commodis augere debeo. qui autem quiescunt, ut [g] sexta & octava legio, in magna gloria & laude ponendos puto. comites verò Antonii, qui [51] postquàm beneficia Cæsaris comederunt, consulem designatum [h] obsident, [52] huic urbi ferro ignique minitantur, Saxæ se & Caphoni tradiderunt, ad facinus prædamque natis, num quis est, qui tuendos putet? Ergo aut boni sunt, quos etiam ornare; aut quieti, quos

[f] eos quidem, quib. *Muret.*

P. B. [g] septima *alii.*

[h] obsederunt *alii.*

49. *Ego autem veteranos tueri debeo.*] Librum scriptum habemus, in quo pro *autem*, legitur *vero.* quod magis est ex consuetudine sermonis affirmativi. nam vox *autem* potius adversativa est. *Faërnus.*

50. *Secutique sunt C. Cæsarem &c.*] Lambinus edidit, *C. Cæsaris auctoritatem beneficiorum paternorum memores, hodiéque remp.*

51. *Postquam beneficia Cæsaris comederunt.*] Ad egestatem nequitiâ luxuque redacti, novas res quærunt, ut iterum famem explere possint. Qui vero Cæsaris beneficia conservarunt, ii cum resp. consentiunt. Phil. XIII. *Huc accedunt Alauda ceterique veterani, qui, suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris devoratis, nostras fortunas concupiverunt.* Et Phil. IV. *Quæ constituta ex veteranis docuit illo prælio, militibus iis, qui Cæsaris beneficia servassent, senatûs populique Romani carum nomen esse.* In epist. ad D. Brutum, lib. XI. *Segulium negligamus, qui res novas quærit: non quo veterem comederit: nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentem novam devoravit.* P. Manut.

52. *Huic urbi ferro ignique minitantur.*] Eodem modo l. s. ut impressi. Plus tamen apud me ratio valet, quæ mutari nullo modo potest, quàm scriptura, quæ depravari & corrumpi solet. Præscribit igitur ratio & consuetudo Latina, ut ita loquamur, *Huic urbi ferrum ignemque minitatur:* cruces ac tormenta, secures virgasque minitatur: ut malum, mortem, supplicium minitari loquimur: nisi forte de eo loqueremur, qui gladium, ignem, quidve ejusmodi tenens, id alicui intentaret: tum enim recte per sextum casum efferremus. ut illud Sallustii, *Egredienti ex Senatu Cæsari gladio minitarentur.* Et illud alterum, *Et minari interdum ferro, nisi obnoxia foret.* Hoc autem ab illo maxime diversum est. quare ita corrigendum censeo, *Huic urbi ferrum ignemque minitantur.* Et in XIII. eodem modo, ut suo loco admonebimus. *Ferrarius.* *Ferro ignique minitantur.*] Lambinus *ferrum ignemque,* ex conjectura Ferrarii. quæ mihi necessaria non videtur, quamvis is velit. *Gruterus.*

53. Bel-

quos conservare debemus: aut impii, quorum contra furorem & 53 bellum & justa arma suscepimus.

XV. QUORUM igitur veteranorum animos ne offendamus veremur? eorumne, qui D. Brutum obsidione cupiunt liberare? quibus cùm Bruti salus cara sit, quî possunt Cassii nomen odisse? an eorum, qui utrisque armis vacant? non vereor, ne acerbus civis quisquam istorum sit, qui otio delectantur. Tertio verò generi non militum veteranorum, sed importunissimorum hostium, cupio quàm acerbissimum dolorem inurere. quamquam, patres conscripti, quousque dicemus sententias veteranorum arbitratu? quod eorum tantum fastidium est, quæ tanta arrogantia, ut ad arbitrium illorum i imperatorem etiam deligamus? 38

Ego autem (dicendum est enim, patres conscripti, quod sentio) non tam veteranos intuendos nobis arbitror quàm quid tirones milites, flos Italiæ, quid novæ legiones, ad k liberandam patriam paratissimæ, quid cuncta Italia de vestra gravitate sentiat. Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati. diu legiones Cæsaris viguerunt: nunc vigent Pansæ, vigent Hirtii, vigent Cæsaris filii, vigent Planci: vincunt numero, vincunt ætatibus: nimirum etiam auctoritate vincunt. id enim bellum gerunt, quod ab omnibus gentibus l comprobatur. itaque his præmia promissa sunt: illis persoluta. fruantur his m illi, persolvantur his, quæ spopondimus. id enim deos immortales spero æquissimum judicare. 39

Quæ cùm ita sint, eam, quam dixi, sententiam, vobis, patres conscripti, censeo comprobandam. 40

i imperatores *Faërn.*

k *alii* liberandum.

l probatur *edd. vett.*

m vel certe pers. *MSS.*

P. CCXXXIX.

53. *Bellum & justa arma suscepimus.*] Franc. & Græv. MSS. *bellum & justa arma cepimus.* Colon. *bellum & justa arma accepimus.* Rectum est *cepimus.* Et sic sane jam ediderunt olim Manutius, Faërnus, Muretus & Lambinus. *Græv.*

P. B.

M. TULLII CICERONIS IN M. ANTONIUM PHILIPPICA DUODECIMA.

ORATIO SEPTIMA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Retulerat Pansa consul de legatis iterum ad Antonium de pace mittendis: legati decreti erant P. Servilius & ipse Cicero. Legationem non modo supervacaneam esse, cum ab Antonio pacem sperare non liceat, sed inutilem etiam ac turpem, multis argumentis Cicero docet: quod si rursus agendum de pace cum Antonio sit, minime tamen omnium se legatum deligi oportere; nec tamen in ea re vitæ suæ majorem quàm reipublicæ, quam semper defenderit, rationem habere velle. P. Manutius.

I. Etsi minimè decere videtur, patres conscripti, falli, decipi, errare eum, cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini: consolor me tamen, quoniam vobiscum pariter & unà cum sapientissimo consule erravi. nam cùm duo consulares spem honestæ pacis nobis attulissent, quòd erant familiares M. Antonii, quòd domestici; nosse aliquod ejus vulnus, quod nobis ignotum esset, videbantur. apud alterum uxor, liberi: alter, quotidie litteras mittere, accipere, apertè favere Antonio.

2 Hi subitò hortari ad pacem, quod jamdiu non fecissent, non sine causa videbantur. Accessit consul hortator. at [a] qui consul? si prudentiam quærimus, qui minimè falli posset: si virtutem, qui nullam pacem probaret, nisi Antonio cedente atque victo: si magnitudinem animi, qui præferret mortem servituti. Vos autem, patres conscripti, non [b] tam immemores vestrorum gravissimorum de-

a *alii* quis.

b jam *MSS.*

decretorum videbamini quàm [1] spe allata deditionis, [2] quam amici pacem appellarent, de imponendis, non de accipiendis legibus cogitare. Auxerat autem meam quidem spem, credo item vestram, quòd domum Antonii afflictam mæstitiâ audiebam, lamentari uxorem. c hic *c alii hinc*
etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. Quod si non ita est, cur à Pisone & à Caleno potissimum, cur hoc tempore, cur tam improvisò, cur tam repentè pacis est facta mentio? Negat Piso se scire, negat audisse quidquam: negat Calenus rem ullam novam allatam esse. atque id nunc negant, posteaquam nos [3] pacificatoria legatione implicatos pu- 3 P. CCXL

1. *SPe allata deditionis.*] Placet *oblata*. Ursin.

2. *Quam amici pacem appellare mallent.*] Vetus liber, *appellarent C. Halieni;* ut videatur fortasse legendum, *Quam amici pacem appellarent, fallaciam alieni*. Idem. *Spe allata. (deditionem quam amici, pacem appellarent alieni) de imponendis, &c.*] Est a conjectaneo Ferrarii, quo tamen nihil abit a mss. quàm quod *deditionem* facit, ex vulgato *deditionis*; pro quo tamen in Pal. pr. ac quart. *deditio in amici*, tert. *deditioni amici*; ut forte fuerit; *deditionem amici, pacem app. alieni*. recepta lectio; *spe allata deditionis, quam amici pacem appellare mallent, de imponendis*. Grut. In meis quoque varie legitur. Colon. *quam sepe allata est deditio in amici pacem appellarem C. alieni de imponendis*. Ista verba *sepe allata est deditio in* adscripta erant manu recentiore, fuerat enim ibi lacuna in contextu. Franc. *quam sepe allata est deditio, quam amici pacem appellare, alieni de imponendis*. Græv. *quam spem allata deditione. quam animi pacem appellarem alieni de imponendis*. Amster. *quam sepe ablata est deditio in amici pacem appellant Caleni de imponendis*. Ex his omnibus non video quicquam elici posse commodius quàm quod ex iis elicuerunt Victorius, Faërnus, Muretus, Manutius, qui ediderunt; *quam spe allata deditionis, quam amici pacem appellarent, de imponendis*, nisi quod Muretus *pacem appellare mallent*. Cur enim si retineamus lectionem, quam Gruterus est amplexus, quam alieni ab Antonio pacem appellarent, amici Antonii deditionem dicerent, causam nullam video. Imo cum Antonius per hos, quos Romam miserat, deprecatus esset præterita & promisisset se in potestate senatûs futurum, hoc vocabant ejus amici pacem, alieni vero ab Antonio, qui scapham vocabant scapham, deditionem. Si dicas amicos reipublicæ deditionem appellasse, quam alieni a rep. appellarint pacem, est obscurius & a sententia Tullii remotum. *Grav.*

3. *Pacificatoria legatione.*] Pacis faciendæ caussâ decreta. Hinc Cicero ad Atticum *pacificatorem* appellat pacis faciendæ legatum & arbitrum. Ac fortasse non ineptè is pacificator Latinè dici posset, quem Divus Paullus *μεσίτην* vocat, quando *mediatoris* voce Latini auctores usi non leguntur. *Cælius Secundus*.

putant. Quid ergo opus est novo consilio, si in re nihil omninò novi est?

II. DECEPTI, decepti, inquam, sumus, patres conscripti: Antonii est acta causa ab amicis ejus, non publica. quod videbam equidem, [4] sed quasi per caliginem, [d] præstrinxerat aciem animi D. Bruti salus. Quod si in bello dari vicarii solerent: libenter me, ut D. Brutus
4 emitteretur, pro illo includi paterer. [e] Atqui hac voce Q. Fusii capti sumus: Ne si à Mutina quidem recesserit, audiamus Antonium? ne si in senatus quidem [f] potestatem futurum se dixerit? durum videbatur. itaque fracti sumus: cessimus. Recedit igitur à Mutina? Nescio. Paret senatui? Credo, inquit Calenus: sed ita, ut teneat dignitatem. Valde hercule [g] vobis laborandum est, patres conscripti, ut vestram dignitatem amittatis, quæ maxima est: Antonii, quæ neque est ulla, neque esse potest, retineatis: ut eam per vos recuperet, quam per se perdidit. Si jacens [h] vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: quamquam (sed hoc malo dicere) audirem. [5] stanti resistendum est, aut concedenda unà cum dignitate libertas.

d perstrinxerat *Grut.* perstrinx. *alii.*
e Atque *Graev.* & *alii.*
f *ita MSS.* *alii* potestate.
g *alii* nobis.
h id nobisc. ageret *alii.*

5 At non est integrum. constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest? cujusvis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. posteriores enim cogitationes (ut ajunt) sapientiores solent esse. Discussa est illa caligo, quam paulo antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia, neque per nos solùm, sed admonemur à nostris. Attendistis paullo antè, præstantissimi viri quæ esset oratio. Mæstam, inquit, domum offendi, conjugem, liberos. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quòd spe pacis legationem suscepissem. nec mirum, P. Servili. tuis enim [i] verissimis gravissimisque sententiis omni est non dico dignitate sed etiam spe salutis spoliatus Antonius.

i severissimis *Gul.* P. B.

6 Ad eum ire te legatum quis non miraretur? de me expe-

4. *Sed quasi per caliginem.*] Vide Victorium capite 14. libri XIII. Variarum Lectionum. *Muret.*

5. *Instanti resistendum.*] Gad. *statim* pro *instanti.* ego *stanti*, quod *jacens* dixerat, emendaram: ut contrarium contrario referretur: ut illud pro Sextio, *Non modo stantem defenderunt, sed ne jacentem quidem protexerunt.* opinionem meam nonnulli v. l. postea comprobarunt. *Ernestius.*

6. *Nisi*

perior: cujus idem consilium, quod tuum, sentio quàm reprehendatur. nos reprehendimur soli? quid? vir fortissimus Pansa sine causa tam accuratè paullo antè locutus est tamdiu? quid egit, [6] nisi uti falsam proditionis à se suspicionem depelleret? unde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino, quod subitò suscepit, eodem captus errore, quo nos. Quòd si est erratum, pa- 7
tres conscripti, spe falsa atque fallaci, redeamus in viam. optimus est portus pœnitenti mutatio consilii.

III. QUID ENIM, per deos immortales! potest reipublicæ prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? [7] quid si jam nocuit? an vos acerrimam illam & fortissimam populi Romani libertatis recuperandæ cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita? quid municipia censetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio, quo contra commune incendium exarserat? an non putamus fore, ut eos pœniteat professos esse & præ se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos & animis & corporibus in salutem reipublicæ contulerunt? Quemadmodum vestrum hoc consilium Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera est? illa impios cives judicavit, ejecit, exclusit. illi, illi, inquam, urbi fortissimè conanti è manibus est ereptus Antonius.

Quid? legionum nostrarum nervos nonne his consiliis 8
incidimus? quis est enim, qui ad bellum inflammato animo sit futurus, spe pacis oblata? ipsa illa Martia, cælestis & divina legio, hoc nuntio languescet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet: excident gladii: fluent arma de manibus. [8] Senatum enim P. CCXLI.
se-

6. *Nisi uti falsam proditionis a se suspicionem depelleret?*] Vox *proditio* nunc demum postliminio accedit Ciceroni. ætatem integram exulavit. restat in edd. primis & mss. nostris omnibus item Suffridi & Hittorpiano. *Grut.* Sed hanc vocem ante seculum Ciceroni reddiderat Muretus in editione Philippicarum, quæ prodiit Paris. anno 1562. sed illam non vidit Gruterus. Afferit illam quoque meus codex, Colon. Franc. Amst. *Grav.*

7. *Quid si etiam nocuit?*] Sic liber unus atque alter, in quibus Lang. *Quid si jam nocuit atque obfuit?* ut fortasse rectum sit. *Quid si jam obfuit?* ut unum & idem verbum continenter ponatur. *Ferrar.*

8. *Senatum enim secuta, &c.*] Sic plerique l. v. *Non arbitrabitur*

ſecuta, non arbitrabitur ſe graviori odio in Antonium
eſſe debere quàm ſenatum. Pudet hujus legionis, pu-
det quartæ, quæ pari virtute noſtram auctoritatem pro-
bans, non ut conſulem & imperatorem ſuum, ſed ut
hoſtem & oppugnatorem patriæ reliquit Antonium: pu-
det optimi exercitus, qui conjunctus eſt ex duobus: qui
jam luſtratus, qui profectus ad Mutinam eſt: qui ſi pa-
cis, id eſt timoris noſtri, nomen audiverit, ut non refe-
rat pedem, inſiſtet certe. [k] quis enim, revocante &
receptui canente ſenatu, properet dimicare?

k ita MSS. Grut. & alii quid.

9 IV. QUID AUTEM hoc injuſtius quàm nos, inſcien-
tibus iis, qui bellum gerunt, de pace decernere? nec ſo-
lùm inſcientibus, ſed etiam invitis? An vos A. Hirtium,
præclariſſimum conſulem, C. Cæſarem, deorum benefi-
cio natum ad hæc tempora, quorum epiſtolas, ſpem vi-
ctoriæ declarantes, in manu teneo, pacem velle cenſe-
tis? vincere illi expetunt: paciſque dulciſſimum & pul-
cherrimum nomen non pactione, ſed victoriâ [l] concu-
pierunt. Quid? Galliam quo tandem animo hanc rem
audituram putatis? illa enim hujus belli propulſandi, ad-
miniſtrandi, ſuſtinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti
nutum ipſum, ne dicam imperium, ſecuta, armis, vi-
ris, pecuniâ, belli principia firmavit: eadem crudelitati
M. Antonii ſuum totum corpus objecit: exhauritur, va-
ſtatur, [m] uritur. omnes æquo animo belli patitur [n] inju-
rias, dummodò repellat periculum ſervitutis.

l concupiverunt *Lamb.*

m uritur omnis. æquo *edd. vett.*

10 Et, ut omittam reliquas partes Galliæ (nam ſunt omnes
pares) Patavini alios excluſerunt, alios ejecerunt, miſ-
ſos ab Antonio: pecuniâ, militibus, &, quod maximè
deerat, armis, noſtros duces adjuverunt. fecerunt idem
reliqui, qui quondam in eadem cauſa erant, & propter
multorum annorum injurias alienati à ſenatu putabantur.
quos minimè mirum eſt, communicatâ cum his republi-
câ fideles eſſe, qui etiam expertes ejus fidem ſuam ſem-
per præſtiterunt.

n injuriam *edd. vett.*

P. B.

V. HIS IGITUR omnibus victoriam [o] ſperantibus
pacis nomen afferemus, id eſt, deſperationem victoriæ?
11 Quid, ſi ne poteſt quidem ulla eſſe pax? quæ enim eſt
con-

o ſpectantibus *alii.*

ſe graviori odio in Antonium eſſe debere quàm Senatum. Ferr. Lamb. ed. *non arbitrabitur ſibi graviori odio debere eſſe Antonium quàm ſenatui.* Faërn. ed. *non arbitrabitur ſe graviore odio debere eſſe in Antonium quàm ſenatum.* GRÆV.

9. *Tam*

conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest? Multis rebus à nobis ad pacem est invitatus Antonius: bellum tamen maluit. missi legati, repugnante me: sed tamen missi. delata mandata: non paruit. denuntiatum est, ne Brutum obsideret, à Mutina discederet: oppugnavit etiam vehementiùs. & ad eum legatos de pace mittemus, qui pacis nuntios repudiavit? verecundioremne coràm putamus in postulando fore quàm fuerit tum, cùm misit mandata ad senatum? Atqui p tum ea petebat, quæ videbantur improba omninò, sed tamen aliquo modo posse concedi: nondum erat vestris 9 tam gravissimis tamque multis judiciis ignominiisque q concisus: nunc ea petit, quæ dare nullo modo possumus; nisi priùs volumus nos bello victos confiteri. Senatusconsulta r falsa delata ab eo judicavimus. num ea 12 vera possumus judicare? Leges statuimus per vim & contra auspicia latas: iisque nec populum, nec plebem teneri. num eas restitui posse censetis? Sestertiûm septies millies avertisse Antonium pecuniæ publicæ judicavistis. num fraude poterit carere peculatus? Immunitates ab eo s civitatibus, sacerdotia, regna venierunt. num figentur rursus eæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis?

VI. QUÒD si ea, quæ decrevimus, t obruere, num etiam memoriam rerum delere possumus? quando v enim oblivіscetur ulla posteritas, cujus scelere in hac x vestitus fœditate fuerimus? ut centurionum legionis Martiæ Brundisii profusus sanguis eluatur, num elui prædicatio crudelitatis y potest? ut z media præteream, quæ vetustas tollet operum a circa Mutinam tætra monumenta, sceleris indicia latrociniique vestigia?

Huic igitur importuno atque impuro parricidæ quid habemus, per deos immortales! quod remittamus? An 13 Galliam ultimam & exercitum? quid est aliud b quàm non pacem facere, sed differre bellum? 10 nec solùm prorogare

p cum ea postulabat alii.
q consciſsus Lamb.
r falsò relata alii.
s Grut. malè civitates.
t obruere volumus Muret. Grut.
v ejus obl. alii.
P.CCXLII.
x vestiti MSS.
y poterit Grut.
z inediam Gul. mediam MSS.
a circum alii.
b quàm pacem Lamb.

9. *Tam gravissimis tàmque multis.*] De mendo suspicor: sed sine vetere libro nihil affirmare audeo. *Muretus.* Credo hunc locum Mureto suspectum esse, quia *tam* additur superlativo. Sed sic loquebantur veteres nonnunquam, tumque superlativus accipiebatur in notione positivi, ut observavit Gerh. Vossius de Analog. cap. 17. Sic 11. de Fin. *deinde dolorem tam maximum.* In Lælio: *rei tam maxime necessariæ*, ubi vide Manutium. Pessime invitis omnibus codicibus solus Lambinus edidit *tam gravibus.* Græv.

10. *Nec solum prorogare bellum.*] Prop[illegible]

gare bellum, sed concedere etiam victoriam? An ille non vicerit, quacumque conditione in hanc urbem [11] cum suis venerit? armis nunc omnia tenemus: auctoritate valemus plurimùm: absunt tot perditi cives, nefarium secuti ducem. tamen eorum ora, [c] sermones, qui in urbe ex eo numero relicti sunt, ferre non possumus. quid censetis, cùm tot uno tempore irruperint? nos arma posuerimus, illi [d] non? nonne [e] nos nostris consiliis victos in perpetuum fore?

c sermonesque *alii*.

d non posuerint *alii*. deposuerint *MSS*.

14 Ponite ante oculos M. Antonium consularem: sperantem consulatum Lucium adjungite: supplete ceteros, neque nostri ordinis solùm honores & imperia meditantes: nolite ne Tirones quidem, Numisios & [12] Mustellas [13] Sa-

e vos vestris *Muret. & alii.*

minus placeat nescio. *Ferrar.* Ferrarii mss. *propagare*, recepitque in contextum Manutius. habet sic quoque Pal. sec. sed non est in eo vox *bellum*. Grut. *Propagare bellum* est etiam in Franc. & Græv. codd. *propagare* autem est differre. sic *propagatio miserrimi temporis* in epist. ad Fam. quod in iisdem epistolis mox vocat *dilationem*, & in alia *prorogationem miserrimi temporis*, ubi vide quæ notavimus. *Græv.*

11. *Cum suis armis venerit.*] Alia collocatio est in antiquo libro, quæ veram lectionem efficit, *cum suis venerit armis*. tu distingue post *venerit*, dictionem vero *armis* sequenti sententiæ annecte. totumque locum ita effer; *An ille non vicerit quacumque conditione in hanc urbem cum suis venerit. armis nunc omnia tenemus. auctoritate valemus plurimum.* Faërn. Vulgatam tuentur omnes nostri codices, a qua stat etiam Muretus & Lambinus, quamvis Manutius secutus sit interpunctionem Ferrarii, nulla satis gravi de caussa. Nunquam in urbem veniet Antonius sine armis, sicut & ante quàm excessit ex urbe multa arma habuit: itaque nulla erit pax. Si sine armis Romæ fuerit Antonius, erunt omnia in potestate senatûs, & omnia illius auctoritate & imperio tenebuntur, ut ante bellum civile, non vero *armis*, quæ vox pertinet ad Antonium. Cur vicerit Antonius, si conditione positis armis & pace inita cum suis redierit Romam sine armis? Hic Manutium secutus est Gruterus, qui Faërni conjecturam est amplexus, cum in longe certioribus toties eum spreverit, quamvis Muretus & Lambinus merito hic Faërnum audire noluerint. Nam sic legendum esse, ut cum plerisque edidimus, quæ non longe post sequuntur, ostendunt: *Nos arma posuerimus, illi* (nimirum Antonius, cum suis in urbem reversus) *non posuerint?* Græv.

12. *Mustellas Saxasve.*] Dispiciant otiosiores. Pal. pr. sec. habent, *Sejosve.* tert. quart. item Hittorp. *sociosve.* & vero Ferrarianis quoque exulant *Saxa*, repræsentantque *Sejos*, aut *Scios*. Gruter. Faërni, Lamb. & Manutii edd. *Numisios & Mustelas Sejosve contemnere.* Muretus non abit à vulgata. P. Pithœus in

13 Saxasve contemnere. cum his facta pax, non erit pax,
sed pactio servitutis. L. Pisonis, amplissimi viri, præcla-
ra vox à te non solùm in hoc ordine, Pansa, sed etiam
in concione jure laudata est. Excessurum se ex Italia di-
xit, deos penates & sedes patrias relicturum, si (quod
dii omen f averterint!) rempublicam oppressisset Anto-
nius.
VII. QUÆRO igitur à te, Piso, nonne oppressam 15
rempublicam putes, si g tot, tam impii, tam audaces,
tam h facinorosi recepti sint? quos nondum tantis parri-
cidiis contaminatos vix ferebamus, hos, nunc omni sce-
lere coopertos, tolerabiles censes civitati fore? Aut isto
tuo, mihi crede, consilio erit utendum, ut cedamus,
abeamus, vitam inopem i & vagam k persequamur, aut
cervices latronibus dandæ atque in patria cadendum
l est. Ubi sunt, C. Pansa, illæ cohortationes pulcherrimæ
tuæ, quibus à te excitatus senatus, inflammatus populus
Romanus non solum audivit, sed etiam didicit, nihil esse
homini Romano fœdius servitute?
Idcircone saga sumpsimus, arma cepimus, juventutem 16
omnem 14 ex tota Italia excivimus, 15 ut exercitu flo-
rentissimo & maximo legati 16 ad pacem mitterentur?
si

f avertERent *alii*. avertant *MSS.*
g tot impii cives *alii*.
h facinerosi *Muret.* P. B.
i vagamque *alii*.
k prosequamur *alii*.
l est *deest in Grut. & Lamb.*

gine Lamb. ed. notavit in cod. MS. legi, *Petissios*, pro *Sejosve*, quod videtur probare ex Philip. XIV. *Tironem*, *Mustellam*, *Petissum*. Græv.

13. *Sejosve.*] Suspicor de mendo. nam Sejus hic nusquam alibi nominatur. quid, si pro *Sejos*, *Saxas*, reponamus? Saxæ enim & Cafonis crebra mentio. *P. Manut.*

14. *Ex tota Italia excussimus.*] Ita voluit Gulielmius, fide Nonii Marcelli. Pall. tamen *excivimus*, quod & in retrò vulgatis. *Gruter.* Codex Vaticanus consentit cum Nonio.

15. *Ut exercitu florentissimo.*] Lambinus, *ut de exerc.* neque aliter Pall. nostri. *Grut.* *De* delevit auctoritate codicis Vaticani Faërnus, Muretus, Manutius. Non enim de exercitu miserunt legatos, (quamvis etiam non putem Latinos sic locutos esse, *mittere de senatu*, *de exercitu* pro *ex senatu*, *ex exercitu* legatos) sed ex ordine senatorio. *exercitu florentissimo* est, existente, ut ita loquar, florentissimo exercitu, cum habeamus florentissimum exercitum. *Gravius.*

16. *Ad pacem mitterentur? si postulandam, quid timemus? si decipiendam, cur non rogamur.*] Pal. pr. ac sec. non agnoscunt, *si accipiendam, cur non rogamur?* neque secus Hittorp. qui tamen habet superius *si*, ante *postulandam*, quo nostri destituuntur. Lambinus [illegible] ordine inverso; *si accipiendam, cur non rogamur* [illegible] *quid timemus?* quod & in Pal. tertio. *Grut.*

17. Rei-

si postulandam, quid timemus? si accipiendam, cur non rogamur? in hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo, ne si dissensero quidem à ceteris, sciturus populus Romanus sit? Ita fiet, ut, si quid remissum aut concessum sit, meo m semper periculo peccet Antonius, cùm ei peccandi potestas à me concessa videatur.

m semper deest in MSS.

17 Quòd si habenda n cum M. Antonii latrocinio pacis ratio fuit, mea tamen persona ad istam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Ego numquam legatos mittendos censui: ego ante legatorum reditum ausus sum dicere, Pacem ipsam si afferrent, o quoniam semper sub nomine pacis bellum lateret, [17] repudiandam, ego princeps sagorum: ego semper illum hostem appellavi, cùm alii adversarium; semper hoc bellum, cùm alii tumultum. nec hæc in senatu solùm: eadem ad populum semper egi: nec solùm in ipsum, sed in ejus socios facinorum, p & ministros, & præsentes, & eos, qui unà sunt; in totam denique M. Antonii domum sum semper invectus.

n alii cum Antonii.

o alii quod.

p alii non habent. &.

18 Itaque, ut alacres & læti, spe pacis oblata, inter se impii cives, quasi vicissent, gratulabantur: sic [18] me iniquum q ejurabant: de me querebantur. diffidebant etiam Servilio. meminerant, ejus sententiis confixum Antonium: L. Cæsarem, fortem quidem illum & constantem senatorem, avunculum tamen: Calenum, procuratorem: Pisonem, familiarem: te ipsum, Pansa, vehementissimum & fortissimum consulem, factum jam putant leniorem; non r quò ita sit, aut esse possit; sed mentio

q ejerabant alii. P. CCXLIII.

r quod alii.

17. *Reipublica repellendam.*] Illud *reip.* nunc primum additur Tullio e Pal. pr. sec. quarto, eratque e Suffridæis. *Gruterus.* Malis auspiciis inculcata sunt *R. P.* quæ nata sunt ex sequentis vocis *repudiandam* primæ syllabæ repetitione, quamvis *R. P.* in meis quoque libris habeantur, sed ignorat ea Vaticanus & omnes editiones ante Gruterum. *Gravius.*

18. *Me iniquum ejerabant.*] Ciceronem legatum amici Antonii, ut iniquum, ejerabant, id est, excusabant, sic lib. III. in Verr. *Negotiatores putant esse turpe, id forum sibi iniquum ejurare, ubi negotientur prætor provinciam suam totam sibi iniquam ejurat.* Et lib. II. de Orat. *Cum M. Flaccus P. Mucium judicem tulisset, Ejero, inquit, iniquus est. Cum esset admurmuratum, Ah! inquit, P. C. non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus.* Et in ep. ad Pætum: *Tu autem quod mihi bonam copiam ejures nihil est.* Et Varro lib. VI. de Ling. Lat. *P. Manut.*

19. Pe-

tio r à te facta pacis suspicionem multis attulit immutatæ voluntatis. Inter has personas me interjectum amici Antonii molestè ferunt: quibus gerendus mos est, quoniam semel liberales esse cœpimus.

r ante facta alii.

VIII. PROFICISCANTUR legati optimis ominibus: 19
sed ii t proficiscantur, in quibus non offendatur Antonius. Quòd si de Antonio non laboratis, mihi certè, patres conscripti, consulere debetis. parcite oculis saltem meis & aliquam veniam justo dolori date. Quo enim adspectu videre potero, (mitto hostem patriæ: ex quo mihi odium in illum commune vobiscum est) v quomodo adspiciam mihi uni crudelissimum hostem, ut declarant ejus de me acerbissimæ conciones? Adeone me ferreum putatis, ut cum eo congredi, aut illum adspicere possim? qui nuper, cùm in concione donaret eos, qui ei de parricidis audacissimi videbantur, mea bona donare se dixit [19] Petissio Urbinati, qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana saxa projectus est.

t proficisca deest in MSS.

v sed quom. MSS. & Grav.

An L. Antonium adspicere potero? cujus ego crudelitatem effugere non potuissem, nisi me mœnibus, & portis, & studio municipii mei defendissem. Atque idem hic x myrmillo Asiaticus, latro Italiæ, collega Lentonis & Nuculæ, cùm [20] Aquilæ [21] primipili nummos aureos da- 20

x mirmillo alii.

19. *Petissio Urbinati.*] Variè scribitur utrumque nomen nostris. ultimum quidem, *Urvinati*, aut *Vriinati.* at prius *Præsidio*, *Præsidi*, *Piasio*, *Pitisio*. Gruter.

20. *Aquila primipili.*] Rescripsi cum Faërno & Manut. & edit. antiquioribus *Aquila*, non *aquila*, ut recentioribus placuit. *Aquila primipili* (sic omnes MSS. nisi quod in Colon. *aquila primipuli*, ita tamen ut ultimæ duæ syllabæ *puli* essent a manu recentiore litteris, quæ olim ibi fuerant, erasis & his suppositis) est primipili centurioni. Integra locutio legitur v. ad Atticum: *At ille cohortem primam totam perdidit centurionemque primipili nobilem sui generis*, ubi quoque MSS. *primipuli.* Postea ludit in ambigua voce *Aquila*, quæ centurionis nomen erat, & signi totius legionis. Non probo qui exponunt *Aquila* militibus primi ordinis, qui sub ea aquila, quæ signum fuit Romanorum, militabant. Aquila servabatur olim quidem a triariis, sed a tempore Marii translata erat ad cohortem primam, in qua etiam erant primipili, sed erat tamen aquila totius legionis signum. Præterea *aquila primipili dare nummos*, pro primæ cohortis militibus, aut triariis nummos dare quis ferat in Floro, aut Appulejo, aut inepto quodam declamatore, ne dum in disertissimo Romuli nepotum? *Grav.*

21. *Primipili.*] Vel subaudiendum, centurioni: dixit enim Cice-

y nec aq. *alii.* daret, de meis bonis se dare dixit. si enim de suis dixisset, y ne aquilam quidem ipsam credituram putavit. Non ferent, inquam, oculi Saxam, z Caphonem, non a duo prætores, non tribunum plebis, non a duo designatos tribunos, non Bestiam, non Trebellium, non Plancum. non possum animo æquo videre tot, tam importunos, tam sceleratos hostes: nec b id fit fastidio meo, sed caritate reipublicæ.

z Casonem *alii.* P. B.

a *ita MSS. alii* duos.

b id fast. *MSS.*

21 Sed vincam animum mihique imperabo: dolorem justissimum, si non potero frangere, occultabo. Quid? vitæ censetisne, patres conscripti, habendam mihi aliquam esse rationem? quæ mihi quidem minimè cara est, præsertim cùm Dolabella fecerit, ut optanda mors esset, modò sine cruciatu atque tormentis: vobis tamen & populo c Romano vilis esse spiritus meus non debet. [22] is enim sum, nisi fortè me fallo, qui vigiliis, curis, sententiis, periculis etiam, quæ plurima adii propter acerbissimum omnium in me odium impiorum, perfecerim, ut non d obstarent reipublicæ, [23] ne quid arrogantiùs videar

c Romano *del. in aliis.*

d obstarem *Muret. Lamb.*

22 dicere. Quod cùm ita sit, nihilne mihi de periculo meo cogitandum putatis?

IX. Hîc cùm essem in urbe e ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt, ubi me non solùm amicorum fidelitas, sed etiam universæ civitatis oculi custodiunt. quid censetis, cùm iter ingressus ero, longum præsertim? nullasne insidias pertimescendas? Tres viæ sunt ad Mutinam, quò festinat animus, ut quàm primùm illud pignus libertatis populi Romani D. Brutum adspicere possim: cujus in complexu libenter extremum vitæ spiritum ediderim, cùm omnes actiones f horum g mensium, omnes sententiæ meæ pervenerint ad h eum, qui mihi fuit propositus,

e ac *delet Lamb.*

f honorum *MSS. aut* bonorum.

g mensum *Grav.* & *alii.*

h eum exitum *Muret.*

cero in ep. ad Attic. *Cohortem primam totam perdidit, centurionemque primipili Asinium Dentonem.* Et Cæsar lib. III. Bell. Gall. *P. Sextius Baculus, primipili centurio.* Vel legendum, *primipilo*, unico verbo; ut Cæsar lib. II. Bell. Gall. *Primipilo P. Sextio Baculo.* P. Manut.

22. *Is enim sum &c. periculis etiam, quæ plurima adii propter &c. impiorum, perfecerim.*] Sic solùm Pal. tert. & quart. nam pr. & sec. item Hitt. & omnes ferè Ferrariani præferunt; *is enim est &c. periculis, etiam perfecerim quæ plurima propter &c. impiorum pertulerim.* neutra lectio satisfacit. *Grut.*

23. *Ne quid arrogantius videar dicere.*] Ne dicam: ne quid nocere possent reip. quod arroganter fortasse dictum videretur. *P. Manut.*

24. An-

tus, i exitum. Tres ergo, ut dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, [24] Aurelia: media, [25] Cassia. *i exitum delet Muret.*

Nunc, quæso, attendite, num aberret à conjectura suspicio periculi mei. [26] Etruriam discriminat Cassia. scimusne igitur, Pansa, quibus in locis nunc sit Lentonis k Cæsennii septemviralis auctoritas? nobiscum nec animo certè est, nec corpore. si autem aut domi est, aut non longè à domo, certè in Etruria est, id est, in via. Quis igitur mihi præstat, Lentonem uno capite esse contentum? Dic mihi præterea, Pansa, Ventidius ubi sit, cui fui semper amicus, antequàm ille reipublicæ bonisque omnibus tam apertè est factus inimicus. Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam. quid, si Anconam, ut dicitur, Ventidius venerit? poterone Ariminum tutò accedere? Restat Aurelia. hîc quidem etiam præsidia l habebo. possessiones enim sunt P. Clodii. tota familia occurret: hospitio invitabit; propter familiaritatem notissimam. 23 *k Cesennii Grut.* *P. CCXXLIV.* *l habeo alii.*

X. HISCE EGO me viis committam, qui Terminalibus nuper in suburbium, ut eodem die reverterer, ire non m sum ausus? domesticis me parietibus vix tueor sine amicorum custodiis. Itaque in urbe maneo. [27] si licebit, manebo. hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium stativum. teneant alii castra, regna, res bellicas: [28] oderint hostem: nos, ut n dicimus sem- 24 *m ausus sim alii.* *n didicimus Grut.*

[24]. *Aurelia.*] Incipit a ponte Sublicio, sive a Porta Aurelia, quæ nunc Pancratiana dicitur, & extenditur per Etruriam Pisas usque, sive potius in Galliam, ut Peirescius observavit. Hæc fuit Aurelia vetus. Nam & alia nova. de his viis imprimis videndus Nardinus de Vetere Roma, & Raphaël Fabrettus de Aquis & Aquæductibus dissert. 1. n. 92. *Grav.*

[25]. *Cassia.*] Ab auctore Cassio sic dicta est. Fuit ramus viæ Flaminiæ, quæ cum ea cohæret ad pontem Milvium, qui hodie *Ponte Mole* dicitur. vide N. Bergerium de Viis Militaribus lib. III. 22. *Idem.*

[26]. *Etruriam discriminat Cassia.*] Dividit Etruriam. nam Aurelia propius mare superum est, neque discriminat Etruriam, sed terminat a maritima parte. Cassia vero, auctore Antonio, ab urbe ducit in Vulsinios, inde, Senis a sinistra relictis, Arretium, inde Florentiam, Pistorium, Lucam, quod erat Cisalpinæ Galliæ primum oppidum. *P. Manut.*

[27]. *Si licebit, manebo.*] Deest *&*, ut sit, *& si licebit, manebo.* Ursin.

[28]. *Oderint.*] Eodem modo l. s. ut impressi. fortasse scribendum est, *adierint.* Ferr. *Oderint hostem.*] Alii aliter emendant. nos pro *oderint*, *fuderint.* Faërnus. Placet *adeant hostem*, vel *adierint.*

semperque fecimus, urbem & res urbanas vobiscum pariter tuebimur. Neque verò recuso munus hoc: quamquam populum Romanum video pro me recusare. nemo [o] me minùs timidus, nemo cautior. res declarat. [p] vigesimus annus est, cùm omnes scelerati me unum petunt. itaque ipsi, ne dicam mihi, [q] reipublicæ pœnas dederunt: me salvum adhuc respublica conservavit sibi. Timidè hoc dicam: scio enim quidvis homini accidere posse: verumtamen [29] semel circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens, ut honestissimè possem [r] exsurgere.

o me *deest in aliis.*
p vicesimus *alii.*
q Populo Romano *alii.*
r exurgere *alii.*

25 [30] Possumne igitur satis videri cautus, satis providus, si me huic itineri tam infesto tamque periculoso commisero? [s] gloriam in morte debent ii, qui in republica versantur, non culpæ reprehensionem & stultitiæ vituperationem relinquere. Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet [t] interitum talis & civis & viri? At sunt qui dicant (durè illi quidem, sed tamen dicunt) minùs dolendum, quòd ab homine impuro nefarioque non caverit. etenim qui multorum custodem se profiteatur, eum sapientes sui primùm capitis ajunt custodem esse oportere. Cùm septus sis legibus & judiciorum metu, non sunt omnia timenda, neque ad omnes insidias præsidia quærenda. quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?

s solam enim glor. *Muret.* P. B.
t interitu *Idem.*

26 Hæc neque hoc tempore, neque in me valent. non modò

rint. Ursinus. Melius istud, meo judicio, quàm Faërni conjectaneum, quod libris suis adplicuit Lambinus, *fuderint.* Grut. Muretus addidit *nam hoc caput est.* Sic enim ejus editio: *Oderint hostem* (*nam hoc caput est*) *nos ut dicimus.* Ista unde hauserit verba ignoro. In nullo manu exarato aut typis edito libro, prætequam in Mureti editione illa, inveni. *Grav.*

29. *Semel circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens.*] Putamus, pro *circumsessus*, legendum, *circumseptus*, id est munitus atque defensus. ut referatur ad tempora Clodiana, quibus Cicero omnem Italiam conspirantem in auxilium suum destituit. *Faërnus. Circumsessus.*] Clodianis temporibus: cum decertare nolui, sed urbe cessi, ne meâ caussâ cum improbis boni pugnarent. Malim, quod Faërno placuit, *circumseptus.* nam, *circumsessus*, non valet munitus, sed ab inimicis circumventus. *P. Manut.*

30. *Possumne igitur satis vobis videri cautus.*] Ita est in vetustissimo libro, & melius quàm in vulgatis, qui non habent verbum *vobis.* Ursin.

31. *At-*

dò enim pœnam non extimeſcet, qui mihi vim attulerit;
ſed etiam gloriam ſperabit à latronum gregibus & præmia.

XI. HÆC EGO in urbe prævideo: facilis eſt circum-
ſpectus, unde exeam, quò progrediar, quid ad dextram,
quid ad ſiniſtram ſit. num idem in Apennini tramitibus
facere potero? in quibus, etiam ſi non erunt inſidiæ,
quæ facillimè eſſe poterunt, animus tamen erit ſollicitus,
ut nihil poſſit de officiis legationis attendere. Sed effugi
inſidias: perrupi Apenninum. nempe in Antonii congreſ-
ſum colloquiumque veniendum eſt. quinam locus ca-
pietur? ſi extra caſtra: ceteri viderint. ego mortem v actu- v mihi
tum futuram puto. novi hominis furorem, novi effrena- actut *alii*.
tam violentiam. Cujus acerbitas morum immanitasque
naturæ ne vino quidem permiſta temperari ſolet: hic irâ
dementiâque inflammatus, adhibito fratre Lucio, tæter-
rimâ belluâ, numquam profectò à me ſacrilegas manus
31 atque impias abſtinebit.

Memini colloquia & cum acerrimis hoſtibus, & cum 27
x graviſſimè diſſentientibus civibus. Cn. Pompejus, Sexti x acerbiſſi-
filius, conſul, me præſente, cùm eſſem tiro in ejus exer- me *MS.*
citu, cum P. Vettio y Scatone, duce Marſorum, inter P. CCXLV.
bina caſtra collocutus eſt. quò quidem memini Sex. Pom- y Catone
pejum, fratrem conſulis, ad colloquium ipſum Româ *alii.* Stato-
venire, doctum virum atque ſapientem: quem cùm ne *MS.*
Scato ſalutaſſet, Quem te appellem? inquit. At ille,
Voluntate, hoſpitem: neceſſitate, hoſtem. Erat in illo
colloquio æquitas: nullus timor, nulla ſuberat ſuſpicio:
mediocre etiam odium. non enim ut eriperent nobis ſo-
cii civitatem, ſed ut in eam reciperentur, petebant. Sul-
la cum Scipione 32 inter Cales & Teanum, cùm alter
nobilitatis florem, alter belli ſocios adhibuiſſet, de aucto-
ritate ſenatûs, de ſuffragiis populi & de jure civitatis
33 leges inter ſe, conditiones, contulerunt. non tenuit
omni-

31. *Atque impias manus abſtinebit.*] Videtur tranſtuliſſe ex Homerico illo, *βαρείας χεῖρας ἀφέξει. Urſin.*

32. *Inter Cales & Teanum.*] Sunt duo Campaniæ oppida. *Cales* nunc *Calvi*, & *Teanum* cognomine *Sidicinum*, ad diſcrimen *Teani* Appuli, vocatur nunc *Tiano.* Græv.

33. *Legis inter ſe conditiones contulerunt.*] Eodem modo l. ſ. ut impreſſi. ego ſic, *Leges inter ſe conditioneſque tulerunt.* ut Leges hic idem valeant, quod in Ver. eo loco, *Hujus contumeliis ſcitote Q. Lollium ad Apronii leges conditioneſque veniſſe.* Et apud Liv. lib. XXXVIII. *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus &*

omnino colloquium illud fidem: à vi tamen periculoque abfuit.

z ut hi *edd. vett.* ut sic *MSS.* tuti ut hi *Muret.*

XII. Possumusne igitur in Antonii latrocinio æquè esse z tuti? non possumus: aut, si ceteri possunt,
28 me posse diffido. Quòd si non extra castra congrediemur: quæ ad colloquium castra sumentur? in nostra ille numquam veniet: multo minùs nos in illius. reliquum est, ùt & a accipiantur & remittantur postulata per litteras. ergo erimus in castris. mea ad omnia postulata una sententia: quam cùm hîc, vobis audientibus, dixero, isse & rediisse me putatote: legationem confecero. omnia ad senatum meâ sententiâ b rejiciam, quæcumque postulabit Antonius, neque enim licet aliter, neque permissum est nobis ab hoc ordine, ut, bellis confectis, decem legatis permitti solet more majorum: neque ulla omnino à senatu mandata accepimus, quæ cùm agam in consilio, nonnullis, ut arbitror, repugnantibus, nonne metuendum est, ne imperita militum multitudo per me pacem c distineri putet?

a accipiant *edd. vett.*

b reiciam *MS.*

c detineri *MS.*

29 Facite, hoc meum consilium legiones novas non improbare. nam Martiam & quartam, nihil d cogitetis præter dignitatem & decus, comprobaturas esse: certò scio. Quid? veteranos non veremur? nam timeri se ne ipsi quidem volunt. Sed quonam modo accipient severitatem meam? Multa enim falsa de me audierunt: multa ad eos improbi detulerunt. quorum commoda, ut vos optimi testes estis, semper e ego sententiâ, auctoritate, oratione firmavi: sed credunt improbis, credunt turbulentis, cre-

d cogitetis *multi alii delent.*

P. B.

e ego *deest in aliis.*

conditionibus esse. Eadem inquam notione, qua dicitur, *leges dicere*, *leges imponere.* nam, *ferre conditiones*, & *referre*, tritum. sed nihil affirmo. *Ferrar.* *Inter se leges conditionesque tulerunt.*] Secutus sum Ferrarii conjecturam, ita, meo judicio, certam, ut ne librorum quidem auctoritas eam infirmare possit, qui sic habent, *legis inter se conditiones contulerunt.* Lambinus. *Leges inter se, conditiones, contulerunt.*] Ita mss. Suffridi. neque aliter Ferrarius, qui adhuc encliticam adjiciebat, recepitque in contextum Lambinus. vulgata, *legis inter se conditiones contulerunt.* Grut. MSS. nostri quoque *legis inter se conditiones contulerunt.* Sed *legis conditiones* Latinis nihil est, qui dicunt *legis capita.* *Legis conditiones* perinde est ac si dixisses *legis leges.* Nam *conditiones* in hujus generis locutionibus idem est quod *leges*, ut *pacis leges* sunt pacis conditiones. Itaque valde verosimilis est Ferrarii emendatio, aut *conditiones* est delendum, tanquam interpretatio vocis *leges*, quæ ex margine irrepsit. *Gravius.*

34. Sed

credunt suis. Sunt autem fortes illi quidem, [34] sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi Romani libertate & salute reipublicæ, nimis feroces & ad suam vim omnia nostra consilia revocantes.

30 Horum ego [f] cogitationem non vereor: impetum pertimesco. Hæc quoque pericula tanta si effugero, satisne tutum reditum putatis fore? Cùm enim & vestra auctoritate, & meo me more defendero, & meam fidem reipublicæ constantiamque præstitero, tum erunt mihi non hi solùm, qui me oderunt, sed illi etiam, qui invident, extimescendi. Custodiatur igitur mea vita reipublicæ, eaque, quoad vel dignitas, vel natura patietur, patriæ reservetur: mors autem necessitatem habeat fati, aut, si antè oppetenda est, oppetatur cum gloria. Hæc cùm ita sint, etsi hanc legationem respublica, ut levissimè dicam, non desiderat; tamen, si tutò licebit ire, proficiscar. omnino, [g] patres conscripti, totum hujusce rei consilium non periculo meo, sed utilitate reipublicæ metiar. [35] de qua mihi quoniam liberum est spatium, multùm etiam atque etiam considerandum puto, idque potissimum faciendum, quod maximè interesse reipublicæ judicavero.

f cogitationes *Muret. & alii.*

g *alii distinguunt ante* patres.

34. *Sed propter memoriam rerum, quas gesserunt, pro populi libertate & dignitate: reipubl. nimis feroces.*] Sic Lang. *Sed propter memoriam rerum, quas gesserunt, proque libertate & salute R. P. nimis feroces.* plerique, in quibus sc. sic, *Propter memoriam rerum, quas gesserunt pro P. R. libertate & salute reip. nimis feroces.* quos sequor: hoc enim mihi sentire Cicero videtur, Veteranos illos quidem esse fortes, sed propter memoriam rerum gestarum ferociores esse quàm & P. R. libertas, & reip. salus postulet: ut, *pro*, hic idem ostendat, quod eo loco apud hunc ipsum pro Cluentio, *Quibus de rebus pro Cluentii voluntate nimium, pro reip. dignitate parum, pro vestra prudentia satis dixisse videor.* Sic igitur interpunctiones apponendæ, *Sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi Romani libertate & salute reipublica nimis feroces.* Ferrarius.

35. *De qua mihi, quoniam liberum est spatium.*] Vetus liber, *Dumque mihi liberum est, multo etiam &c.* Ursin. Omnes mei libri stant a vulgata. *Gravius.*

V, ccxlvi.

M. TULLII CICERONIS IN M. ANTONIUM

PHILIPPICA TERTIADECIMA.

ORATIO OCTAVA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

SEntentiâ de mittendis iterum legatis jam abjectâ pacem laudat, sed eam cum Antonio negat ullam esse posse. Recitat & interpretatur Antonii litteras ad Hirtium Cæsaremque missas. Servilii sententiam probat de mandatis litterisque M. Lepidi, ad pacem cohortantis. Sext. Pompejum, quod suam eorumque, quos secum haberet, operam senatui populoque Romano pollicitus esset, vel eo S. C. quod in Servilii sententiam de Lepidi litteris fieret, vel proprio laudandum esse censet. Et hæc absente Pansa consule, qui ad collegam Hirtium & Cæsarem cum iis copiis, quas ipse ex delectu comparârat, profectus erat. P. Manutius.

I. [1] A PRINCIPIO hujus belli, patres conscripti, quod cum impiis civibus sceleratisque suscepimus, timui, ne conditio insidiosa pacis libertatis recuperandæ studia restingueret. Dulce enim [a] etiam nomen est pacis: res verò ipsa cùm jucunda, tum salutaris. nam nec privatos focos, nec publicas [b] leges, nec libertatis jura, cara habere [c] potest, quem discordiæ, quem cædes civium, quem bellum civile delectat: eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Itaque sive Sulla, sive Marius, sive

a etiam *Grut. non habet.*
b leges videtur *Manut. Lamb.*
c potest *Iid. delent.*

1. *A Principio hujus belli.*] Sic nostri mss. omnes, præter unum, cui deerat littera princeps. scias relictam à scriba, ut minio depingeretur. illudque ipsum decepit acutissimum Ferrarii judicium, qui jussit fide mss. suorum *In* vulgatum expungeremus. *Gruter.*

2. *Sive*

ſive uterque, ſive Octavius, ſive Cinna, ſive iterum Sulla, ſive alter Marius & Carbo, ſive quis alius civile bellum optavit, eum deteſtabilem civem reipublicæ natum judico.

Nam quid ego de proximo dicam, cujus acta defen- 2
dimus, cùm ipſum jure cæſum fateamur? Nihil igitur hoc cive, nihil hoc homine tætrius: ſi aut civis, aut homo habendus eſt, qui civile bellum concupiſcit. Sed hoc primùm videndum eſt, patres conſcripti, cum omnibusne pax eſſe poſſit, an ſit aliquod bellum [d] inexpiabile, in quo pactio pacis [e] lex ſit ſervitutis. Pacem cum Scipione Sulla [2] ſive faciebat, ſive ſimulabat; [3] non erat deſperandum, ſi conveniſſent, fore aliquem tolerabilem ſtatum civitatis. Cinna ſi concordiam cum Octavio confirmare voluiſſet, [4] hominum in republica ſanitas remanere potuiſſet. Proximo bello ſi aliquid de ſumma gravitate Pompejus, multum de cupiditate Cæſar [f] remiſiſſet, & pacem ſtabilem & aliquam rempublicam nobis habere licuiſſet.

d expiabile *edd. vett*

e aër ſit *MS.*

f *alii* dimiſiſſet. P. B.

II. Hoc verò quid eſt? cum Antoniis pax poteſt eſſe? cum Cenſorino, Ventidio, Trebellio, Beſtia, Nucula, [g] Munatio, Lentone, Saxa? exempli cauſâ, paucos nominavi: genus infinitum [5] immanitatemque ipſi cer-

g Numeratio *alii.*

2. *Sive faciebat, ſive ſimulabat.*] Ita Manut. & Lamb. ex Faërni, opinor, libris, alluditque Pal. ſec. qui, *ſive faciebat*; ut appareat, ſcribam aliquem initio tranſiliiſſe illud, *ſive ſimulabat*, ob ſimilitudinem ſyllabæ finalis cum voce præcedente, alios verò poſt præterea ſuſtuliſſe illud, *ſive*. Grut.

3. *Non erat deſperandum, ſi conveniſſent.*] *Conveniſſet* o. l. v. quod probo. Idem mendum apud Cæſ. lib. 1. Bell. Gall. *Si in eo manerent, quod conveniſſent. Conveniſſet* enim corrigendum eſt. *Ferrarius. Si conveniſſent.*] Quum palam notet Ferrarius in omnibus libris veteribus legi *conveniſſet*, longe abſum ab mente Lambini, Gothofiedi, Gruteri, qui in tanta varietatum farragine id ne quidem tangendum putarunt, ut penitus perſuadear omnino ſic Ciceronem ſcripſiſſe, *ſi conveniſſet*, ſcil. pax; nota elegantia, qua id malebant ad rem referri quàm homines. *Gronov. Conveniſſet* utique legendum, & id jam expreſſerunt in ſuis editionibus Faërnus, Muretus, Manutius, quos ſequor. *Grav.*

4. *Hominum in republica ſanitas remanere potuiſſet.*] Hæc verba cum deeſſent in antiq. lib. poſtea extra contextum addita ſunt, alia quidem manu, ſed tamen antiqua, ubi pro *hominum* ſcriptum eſt *homnum*. pro quo nos *omnino* legendum conjicimus. non enim de hominum, ſed de reip. ſanitate & ſalute tractatur, ut & præcedentia & ſequentia oſtendunt. *Faërnus.*

5. *Immanitatemque ipſi cernitis reliquorum. Addite &c.*] Falſa

3 cernitis reliquorum. Addite illa naufragia Cæsaris amicorum, Barbas Cassios, [6] Barbatios, Polliones: addite Antonii collusores & sodales, Eutrapelum, Melam, Cœlium, Pontium, Crassicium, Tironem, [7] Mustelam, Petissium: comitatum relinquo: duces nomino. huc accedunt Alaudæ ceterique veterani, seminarium judicum tertiæ decuriæ, qui, suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris devoratis, fortunas nostras [h] concupiverunt.

h *alii* concupierunt.

4 O fidam dexteram Antonii, quâ ille plurimos cives trucidavit! ô ratum religiosumque fœdus, quod cum [i] Antoniis fecerimus! hoc si [k] Marcus violare conabitur, Lucii eum sanctitas à scelere revocabit. illis locus si in hac urbe fuerit, urbi ipsi locus non erit. Ora vobis eorum ponite [l] ante oculos, & maximè Antoniorum: incessum, adspectum, vultum, spiritum, latera tegentes alios, sequentes alios, alios [m] prægredientes amicos. [8] quem vini anhelitum? quas contumelias fore censetis mi-

i Antonio *aut* his fec. *alii.*
k M. Antonius *alii.*
l *alii* P. C. ante oculos.
m progred. *alii.*

lectio, delegitque Pal. pr. ac sec. in quibus *cernitis belli. quorum numero addite illa &c.* & ita initio fuisse videtur in Hittorpiano; certè retinet illud *numero*, exclusum hodie vulgo. & vix est, uti ei cedere non debeat publicata. *Gruter.*

6. *Barbatios.*] Opinor legendum esse *Barbatos:* fuit enim *Barbatus* Antonii quæstor, ut ex inscriptione antiqui denarii colligitur, & Appiano in libris Bellorum Civilium. *Ursin.*

7. *Mustellam, Petissium.*] Ultimi hujus mentio fit auctori nostro oratione præcedenti, capite 8. & tamen Pall. nostri fere, ut etiam Ferrariani, *Mustellam, peditum*; aut *peditem*, vel *peditium.* Gruter. Optimæ editiones Mureti & Faërni scribunt *Mustelam.*

8. *Quam vim anhelitus?*] *Quem vini anhelitum* nonnulli v. l. in queis Gad. ita locutus est post Red. ad Sen. *Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus.* Jam M. Antonio vinolentiam sæpe objicit: & paulo ante *spiritum* dixit: ut nihil opus fuerit, hic *vim anhelitus* inculcare: ut mihi dubium non sit, quin hoc probandum, illud alterum rejiciendum sit. Hoc enim meo quidem judicio significat, Antonios nullum genus contumeliæ præterituros esse, ut ne ab eo quidem temperaturi sint, quin in omnium ora irructent. *Ferrar. Quam vim anhelitus.*] Robuste! enervat tamen Ferrarius, dum conjicit *vini:* refelliturque ab P. Victorio libro XXIX. Var. Lect. c. 16. *Gruterus.* Colon. & Amsterod. vulgatam præ se ferunt, ita ut *anhelitus* sit a recentiore manu in Colon. additum. Sed Græv. *quem ne anhelitum.* Francii autem clare *quem vini hanelitum*, pro *anhelitum.* Tuetur quidem Victorius in Variis lectionibus vulgatam. sed cum scribit in Vaticano hanc orationem desiderari, fallitur. Pars tantum ejus in illo codice non exstabat, sed hæc utique ibi legebantur, Muretus testatur, si

minasque verborum? nisi fortè eos pax ipsa leniet, maximéque cùm in hunc ordinem venerint: salutabunt benignè, comiter appellabunt unumquemque [n] nostrûm.

III. NON RECORDAMINI, per deos immortales! [5] quas in eos sententias dixeritis? acta [o] Antonii rescidistis: leges refixistis: per vim & contra auspicia latas decrevistis: totius Italiæ [p] delectus excitastis: collegam & socium scelerum omnium hostem judicavistis, cum hoc quæ pax potest esse? Hostis si esset externus, [q] tamen id ipsum vix, talibus factis, posset aliquo modo. [r] maria, montes, regionum magnitudines interessent, [s] odissetis eum, quem non [t] videretis. hi in oculis hærebunt, &, cùm licebit, in faucibus; quibus enim septis tam immanes belluas [v] continebimus? At incertus exitus belli est. Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, [9] virtutem præstare: tantum enim possunt: fortunæ culpam non extimescere.

Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solùm, verùm etiam sapientia postulatur: [x] quamquam vix videntur [y] hæc posse sejungi, sejungamus tamen. fortitudo dimicare jubet, justum odium [z] incendit, ad confligendum impellit, vocat ad periculum. Quid sapientia? cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione [a] protectior. quid igitur censet? Parendum est enim: atque id optimum judicandum, quod sit sapientissimè constitutum. Si hoc præcipit, ne quid vitâ existimem antiquius, ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimen, quæram ex ea, etiamne, [b] si erit, cùm id fecero, serviendum. si annuerit: [10] næ ego sapientiam istam,

[n] vestrûm *alii.*
[6]
[o] M. Antonii *alii.*
[p] dilectus *Grav. & alii.*
[q] tamen *delet Lamb.*
[r] sed si maria *edd. vett.* P. CCXLVII.
[s] odisses *alii.*
[t] videres *iid.*
[v] continebitis *alii.*
[6]
[x] quamq. vid. *alii.*
[y] hæc non posse *iid.*
[z] intendit *MSS. Gul.*
[a] tectior *Lamb. & alii.*
[b] fuerit *Grut.*

si quicquid hic immutarit, auctoritate veteris illius codicis mutasse. Is vero cum Faërno edidit, *quem vini anhelitum*, quod & Manutius & Lambinus recepit. anhelitus est currentium & cursu fessorum, non eorum, qui præcedunt, aut comitantur, aut sequuntur aliquem. *Vini anhelitus* vero optime convenit illis vinosis comitibus & sociis Antonii, quibus toties in his orationibus bibacitatem & ebrietatem exprobrat Tullius. *Græv.*

9. *Virtute præstare: tantum ut possint: fortuna culpam non extimescere.*] Aliter ac Faërnus edidit locus hic legitur in codice Vaticano: ita enim habet: *Virtutem præstare (tantum enim possunt) fortunæ &c.* F. Ursin. Sic etiam restitui cum Lambino, quamvis Faërni editio vulgatis adstipuletur, ut & Manutii. In Græv. codice est sane, *tantum enim possunt.* Sic & videtur fuisse in Colon. sed interpolavit illa recentior manus, qua *ut* additum est, & *possunt* mutatum in *possint*. Græv.

10. *Næ ego istam sapientiam.*] Sic o. I. v. *Ne ego sapientiam istam,* quam-

istam, quamvis sit erudita, non audiam. sin responderit; Tu verò ita vitam corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut posteriora libertate ducas, c itaque his uti velis, si d liberâ republicâ possis: nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc projicias, tamquam pignora injuriæ: tum sapientiæ vocem audire videar, eique,
7 uti deo, paream. Itaque si, receptis illis, possumus esse liberi, vincamus odium e pacemque patiamur: sin f otium incolumibus his nullum esse potest: lætemur decertandi oblatam esse fortunam. aut enim, g victis his, fruemur victrice republica, aut h oppressi, (quod omen avertat Jupiter!) si non spiritu, at virtutis laude vivemus.

c atque *edd. vett.*
d liberare remp. *Grut. & alii.*
e paceque potiamur *alii.* pacemque potiamur *edd. vett.*
f jus *Grut.* liber vivis incolumibusq. *edd. vett.*

IV. At enim nos [11] M. Lepidus, imperator iterum, pontifex maximus, optimè proximo civili bello de republica meritus, ad pacem adhortatur. Nullius apud me, patres conscripti, auctoritas major est quàm M. Lepidi, vel propter ipsius virtutem, vel propter familiæ dignitatem. accedunt eodem multa privata: magnà ejus in me merita, [12] mea quædam officia in illum. maximum verò ejus beneficium numero, quòd hoc animo in rempublicam est, quæ mihi vitâ meâ semper fuit carior.
8 Nam cùm Magnum Pompejum, clarissimum adolescentem, præstantissimi viri filium, auctoritate adduxit ad i pacem, remque publicam sine armis maximo civilis belli periculo liberavit: tum me ejus beneficio plus quàm pro

P. B.
g illis interfectis *Muret. & alii.*
h oppressa *edd. vett.*
i urbem *MSS.*

quamvis sit erudita, audiam. qui, quod ad collationem attinet, placent: quod ad *non*, deesse non abesse mihi videtur. Cicero III. Tuscul. *Ne ista gloriosa sapientia non magno æstimanda est.* & lib. III. de Fin. *Ne ego istam gloriosam memorabilemque virtutem non magno æstimandam putem.* Ferrar.

11. *M. Lepidus Imp. iterum Pont. Max.*] In manuscripto non est vox *iterum*, & recte, ut opinor: nam M. Lepidus in veteribus & lapidum & numismatum inscriptionibus nunquam (quod sciam) *Imp. iterum* inscribitur. *Ursin. Imperator iterum.*] Sic ipse duas epistolas inscripsit lib. x. Fam. quamquam Phil. V. *imperator* simpliciter vocatur. *P. Manut.*

12. *Ac mea quædam officia in illum.*] *Ac mea quædam in illum, &c.* o. l. v. quod probo. *Ferrarius. Ac mea quædam in illum.*] Unâ dictione detractâ & aliâ additâ legendum, *mea quædam officia in illum.* & post aliqua, ubi est, *resp. obligatum*, lege *inligatum.* & infra, ubi, *non erat tamen ei tribuendum*, dele dictionem *tamen.* Faërnus. *Ac mea quædam officia in illum.*] Vocem, *officia*, temere sustulerat Ferrarius. *Muretus.*

pro virili parte obligatum puto. Itaque ei & honores decrevi, [k] quos potui amplissimos, in quibus vos mihi estis assensi: nec umquam de illo & sperare optimè & loqui destiti. magnis & multis [l] pignoribus M. Lepidum respublica [m] illigatum tenet. summa nobilitas est [n] hominis, summi honores, amplissimum sacerdotium, plurima urbis ornamenta, ipsius, [13] fratris majorumque monumenta: probatissima uxor, optatissimi liberi, res familiaris cùm ampla, tum casta à cruore civili. nemo ab eo civis violatus, multi beneficio & misericordiâ liberati. Talis igitur vir & civis opinione labi potest, voluntate à republica diffidere nullo pacto potest.

k *Grut. & alii* quàm.
l pigneribus *MSS.*
m obligatum *edd. vett.*
n omnes honores *Faërn. Lamb. & alii.*

9 Pacem vult M. Lepidus. Præclarè: si talem potest efficere, qualem nuper effecit: qua pace Cn. Pompeji filium respublica adspiciet, suoque sinu complexuque recipiet: neque solùm illum, sed cum illo seipsam sibi restitutam putabit. Hæc causa fuit, cur decerneretis [o] statuam in Rostris cum inscriptione præclara, cur absenti triumphum. quamquam enim magnas res bellicas gesserat & triumpho dignas, non erat [p] tamen ei tribuendum, quod nec L. Æmilio, nec Æmiliano Scipioni, nec superiori Africano, nec Mario, nec Pompejo, qui majora bella gesserunt: sed, quòd silentio civile bellum confecerat, [14] primùm ut licuit, honores in eum maximos contulistis.

o ei stat. *Lamb.*
p tamen *non est in MS.*
P. CCXLVIII.

10 V. EXISTIMASNE igitur, M. Lepide, qualem Pompejum respublica habitura sit civem, tales futuros [q] in republica Antonios? in altero pudor, gravitas, moderatio, integritas: in illis, & cùm hos compello, [15] prætereo ani-

q in rep. *deest in Grut. & aliis.*

13. *Fratris.*] L. Æmilii Paulli, qui novam basilicam in foro exstruxerat, veterem majorum suorum instauraverat. epist. 17. lib. IV. ad Attic. Plutarchus. *P. Manut.*

14. *Primùm ut licuit.*] L. Lang. sc. ceteri fere l. v. *primùm licuit.* nonnulli, *quàm primum ut licuit.* ut fortasse corrigendum sit, *cum primum licuit.* hoc certe probat Latina consuetudo, illud alterum rejicit. *Ferrar.* MSS. Colon. & Græv. *primùm licuit, honores.* Sed Franc. vulgatam tuetur. Recepi cum Faërno, Mureto, Lambino, Manutio, *cum primùm licuit.* Græv.

15. *Prætereo omnino ex grege latrocinii neminem.*] Illud *omnino* hæret in nuper editis omnibus, sed est tamen à conjectura Ferrarii. prius cusi, *pr. illius ex grege &c.* quomodo item aliquot Pall. sed sec. habet *prætereo anno ex grege latrocinio neminem*; virgulaque incumbit illi *anno.* Gruter. In meo codice liquido scribitur: *Prætereo animo ex grege latrocinii neminem*, ut ex Vaticano docti quoque restituerunt, *Græv.*

animo ex grege latrocinii neminem, libidines, scelera, ad omne facinus immanis audacia. Deinde obsecro vos, patres conscripti, quis hoc vestrûm non videt, quod Fortuna ipsa, quæ dicitur cæca, vidit? salvis enim actis Cæsaris, quæ concordiæ causâ defendimus, Pompejo sua domus patebit: eamque, non minoris quàm emit Antonius, redimet: redimet, inquam, Cn. Pompeji domum filius. O rem acerbam! Sed hæc satis diu multúmque defleta sunt. Decrevistis tantam pecuniam Pompejo, quantam ex bonis patriis [16] in prædæ dissipatione inimicus victor redegisset.

11 Sed hanc mihi dispensationem pro paterna necessitudine & conjunctione deposco. redimet hortos, ædes, urbana quædam, quæ possidet Antonius. nam argentum, vestem, supellectilem, [r] vinum amittet æquo animo, quæ ille helluo dissipavit. Albanum, [s] Firmanum à Dolabella [t] recuperabit: etiam ab Antonio Tusculanum. hique, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno Anseres [v] depellantur. Sunt alii plures fortasse, sed meâ memoriâ dilabuntur. Ego etiam eos dico, qui hostium numero non sunt; Pompejanas possessiones, quanti emerint, filio reddituros.

r universam *Muret. & edd. vett.* unà *MSS.*
s Formianum *alii.*
t recuperabit *alii.*
v depellentur *alii.*

12 Satis inconsiderati fuit, ne dicam audacis, rem ullam ex illis attingere. retinere verò quis poterit, clarissimo domino restituto? An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco, Pompeji servus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupavit? Atque illud septies millies, quod adolescenti, patres conscripti, [17] spopondistis, ita [x] describite, ut videatur à vobis Cn. Pompeji filius in patrimonio suo collocatus. Hæc senatus. reliqua populus Romanus in ea familia, quam vidit amplissimam, [y] persequetur: in primis paternum auguratûs locum, in [z] quem ego eum, ut, quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Utrùm igitur augurem Jovis optimi [a] maximi, cujus interpretes internuntiique constituti sumus, utrum populus Romanus libentiùs sanciet, Pompejum, an Antonium?

P. B.
x describetur *MSS.*
y proseq. *edd. vett.*
z quo *alii.*
a maximi *non est in multis MSS.*

16. *In præda dissipatione.*] Vetus liber, *dispensatione.* Ursin. Et ita statim post *dissipationem*, pro *dispensationem*, quidam exhibent.

17. *Spopondistis.*] Non, spopondistis illud septies millies adolescenti: sed, quod vos esse facturos adolescenti spopondistis. refertur enim ad illud, *ita describite.* P. Manut.

18. *Hæc*

nium? Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse, ut actis Cæsaris firmis ac ratis Cn. Pompeji filius posset & dignitatem & fortunas patrias recuperare.

VI. AC NE illud quidem silentio, patres conscripti, 13
b prætereundum puto, quòd clarissimi viri legati, L. Paullus, Q. Thermus, C. Fannius, quorum habetis cognitam voluntatem in rempublicam, eamque perpetuam atque constantem, nuntiant, se Pompeji conveniendi causâ c divertisse Massiliam, eumque cognovisse paratissimo animo, ut cum suis copiis iret ad Mutinam, ni vereretur veteranorum animos offendere. Est verò ejus patris filius, qui sapienter faciebat non minùs multa quàm fortiter. Itaque intelligitis & animum ei præstò fuisse, nec consilium defuisse. Atque etiam hoc M. Lepido providendum est, ne quid arrogantiùs quàm ejus mores ferunt, facere videatur.

b prætermittendum alii.

c devertisse Lamb. & alii.

Si enim nos exercitu terret, non meminit, illum exercitum senatûs populique Romani atque universæ reipublicæ esse, non suum. At uti potest pro suo. Quid tum? omniane viris bonis, quæ facere possunt, facienda sunt? d etiamne si turpia, si perniciosa erunt? si facere omnino non licebit? quid autem turpius, aut fœdius, aut quod minùs deceat quàm contra senatum, contra cives, contra patriam exercitum ducere? quid verò magis vituperandum quàm id facere, quod non liceat? Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum: si quidem licere dicimus, quod legibus, quod more majorum institutisque conceditur. Neque enim, quod quisque potest, id ei licet: e nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur. tibi enim exercitum, Lepide, tamquam majoribus tuis, patria pro se dedit. hoc tu arcebis hostem: fines imperii propagabis; senatui populoque Romano parebis, siquam ad aliam rem te fortè traduxerit. 14

d etiam si edd. vett.

P. CCXLIX.

e neque Manut.

VII. [18] HAEC SI cogitas, es, M. Lepide, pontifex maximus, M. Lepidi, pontificis maximi, pronepos. sin homini- 15

18. *Hæc si cogitas, es M. Lepidus Pontifex Maximus, M. Lepidi Pont. Max. pronepos.*] In manuscripto codice multo hæc melius leguntur quàm Faërnus edidit: *Hoc si cogitas, M. Lepide, M. Lepidi Pont. Max. fueris pronepos.* paullo supra, pro *forte traduxerit*, legit Ant. Augustinus *Fortuna duxerit.* Ursin.

19. Ar-

nibus tantum licere judicas, quantum possunt: vide, ne alienis exemplis, iisque recentibus, uti, quàm f & antiquis & domesticis malle videare. Quòd si auctoritatem interponis sine armis, magis equidem laudo: sed vide ne hoc ipsum non sit necesse. Quamquam enim est tanta in te auctoritas, quanta debet in homine nobilissimo: tamen senatus se ipse non contemnit: nec verò fuit umquam gravior, constantior, fortior. Incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandam: non potest ullius auctoritate tantus senatus populique Romani [19] ardor exstingui: odimus: irati pugnamus: extorqueri de manibus arma non possunt: receptui signum aut revocationem à bello audire non possumus: speramus optima: pati

16 vel difficillima malumus quàm servire. Cæsar confecit invictum exercitum: duo fortissimi consules adsunt cum copiis: L. Planci consulis designati varia & magna auxilia non desunt: de g D. Bruti salute certatur. unus furiosus gladiator cum tæterrimorum latronum manu contra patriam, contra deos penates, contra aras & focos, contra quattuor consules gerit bellum. Huic cedamus? hujus conditiones audiamus? cum hoc pacem fieri posse credamus?

f & deest in aliis.

g Decimi alii.

P. B.

VIII. AT PERICULUM est, ne ab hoc opprimamur. Non metuo, ne is, qui suis amplissimis fortunis, nisi h bonis salvis, frui non potest, prodat salutem suam. Bonos cives primùm natura efficit, adjuvat deinde fortuna. omnibus enim bonis expedit, salvam esse rempublicam. sed in iis, qui fortunati sunt, magis id apparet.

17 Quis fortunatior Lepido, ut antè dixi? quis eodem sanior? vidit ejus mæstitiam atque lacrymas populus Romanus Lupercalibus: vidit, i quàm abjectus, quàm confectus esset, cùm Cæsari diadema imponens Antonius, servum se illius quàm collegam esse malebat. qui si reliquis flagitiis & sceleribus k se abstinere potuisset, tamen unum ob hoc factum dignum illum omni pœna putarem. nam, si ipse servire poterat, nobis dominum cur imponebat? &, si ejus pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eum tyranni, etiamne in nostros liberos dominum & tyrannum comparabat? Itaque illo interfecto, qualem eum in nos esse voluit, talis ipse in ceteros exstitit.

h nobis MSS.

i quam abject. non est in edd. vett.

k alii non habent se.

Qua

19. *Ardor exstingui.*] Placet ut legatur, *restingui*. Ursin.

20. *Ci-*

Qua enim in Barbaria quisquam tam tæter, tam crudelis tyrannus quàm in hac urbe armis barbarorum stipatus Antonius? Cæsare dominante veniebamus in senatum, si non liberè, attamen tutò. hoc archipirata, (quid enim dicam tyranno?) hæc subsellia ab Ityreis occupabantur. Prorupit subitò Brundisium, ut inde, agmine quadrato ad urbem accederet: lautissimum oppidum, nunc municipium, honestissimorum quondam colonorum, Suessam, fortissimorum militum sanguine implevit: Brundisii in sinu, non modò avarissimæ, sed etiam crudelissimæ uxoris, delectos Martiæ legionis centuriones trucidavit. inde se quo furore, quo ardore, ad urbem, id est, ad cædem optimi cujusque rapiebat? Quo tempore dii immortales ipsi præsidium improvisum nec opinantibus nobis obtulerunt. 18

P. CCL.

IX. CÆSARIS enim incredibilis ac divina virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit: quem [l] tum ille demens lædere se putabat edictis, ignorans, quæcumque [m] falsò is diceret in sanctissimum adolescentem, ea verè recidere in memoriam pueritiæ suæ. Ingressus urbem est, quo comitatu, vel potiùs agmine? cùm dextrâ, sinistrâ, gemente populo Romano, minaretur dominis, notaret domos, divisurum se urbem palam suis polliceretur. Rediit ad milites, ibi pestifera illa [n] Tiburi concio. inde ad urbem cursus: senatus in Capitolium: parata de circumscribendo adolescente sententia consularis: cùm repentè (nam Martiam legionem Albæ consedisse sciebat) affertur ei de quarta nuntius. quo perculsus, abjecit consilium referendi ad senatum de Cæsare. egressus est non viis, sed tramitibus, paludatus: [o] eoque die ipso innumerabilia senatusconsulta fecit: quæ quidem omnia [20] citiùs lecta quàm scripta sunt. 19

l tamen *alii.*
m falso in iis dic. *Faërn.* falso diceret *Grav.*
n Tibure *alii.*
o eodemque *alii.*

Ex

20. *Citius lecta quàm scripta sunt.*] Libb. vett. partim *perlata*, pro *lecta:* partim *deleta*. Lang. *delata:* quod verum esse judico. Siquidem S. C. deferri dicebantur, cum facta ac scripta ad ærarium deferebantur. sic in superiori oratione, *S. C. falsa delata ab eo judicavimus*. Et in ep. ad Cornif. *Omnia tum falsa S. C. deferebantur.* Quod autem ad ærarium deferrentur apparet in v. Philipp. *S. C. tanquam facta ad ærarium deferebantur.* Hoc etiam Corn. Tacitus lib. III. declarat *Factum*, inquit, *S. C. ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur.* & Liv. lib. XXXIX. *Qui per infrequentiam furtim S. C. factum ad ærarium detulerit,* Idem tamen lib. III. scribit, institutum fuisse a L. Valerio,

20 Ex eo non iter, sed cursus & fuga in Cæ-
sarem sequi arbitrabatur cum legione Marti-
ta, cum veteranis: quorum ille nomen pr
non poterat: eique in Galliam penetrati
objecit: qui se totius belli fluctibus circu
lum aut regredi, aut progredi maluit, M
exsultanti tamquam frenos furoris injecit,
operibus munitionibusque sepsisset, nec e
mæ coloniæ dignitas, neque consulis desig
à parricidio deterreret, tum, me (testor &
pulum Romanum, & omnes deos, qui huic
dent) invito & repugnante, legati missi tre
ad latronem M. Antonium, gladiatorum duc

21 Quis tam barbarus umquam? tam imma
rus? non audivit: non respondit: neque eos
sentes, sed multò magis nos, à quibus illi e
sprevit & pro nihilo putavit. Postea, quod sce
facinus parricida non edidit? circumsedit colon
exercitum populi Romani, imperatorem, co
signatum: agros divexat civium optimorum:
terrimus omnibus bonis cruces ac tormenta mi

X. Cum hoc, M. Lepide, pax esse quæ
jus ne supplicio quidem ullo satiari videtur po
22 Romanus. Quòd si quis adhuc dubitare potuit
la societas huic ordini populoque Romano cu
portunissima bellua possit esse, desinat profecto
his cognitis litteris, quas mihi missas ab Hirt

egredi i, vett.

P. B.

rio, M. Horatio Coss. ut S. C. in ædem Cereris a
deferrentur: quæ ante arbitrio Coss. supprimeba
banturque. Ut hoc antiquis illis temporibus, illud
factum esse videatur. Quanquam Pomponius Juris
moriæ prodat, non S. C. sed plebiscita ad illos
solita fuisse. Sic autem loqui solet Cicero, cum qu
factum vult ostendere, ut in v. *Quid nonne ante lata
est?* quod de lege loquitur: si de S. C. *delata* dixiss
dem verbum me admonuit, ut ex eo loco pro Do
dum tollerem, *quæ & illud nativum, & hoc delectum*
posset. Ego *delatum* corrigo: ut contrarium contrari
ut illud in VII. lib. Accusat. *Quæ non jam recepta,*
que delata ad me, sed in anima sensuque meo penitus af
ta est. Ferrar. *Citius delata quàm scripta.*] *Relata* m
Ursinus. *Delata* restituerunt ex libris antiquis Ferra
Muretus, Lambinus, Manutius, ut & Ferrarius r
In Grev. MS. est, *citius perfecta, perlata quàm scrip*

modò accepi. Eas dum recito, dumque de singulis sententiis breviter disputo, [21] velim, patres conscripti, ut adhuc fecistis, me attentè audiatis. *Antonius Hirtio & Cæsari.* Neque se imperatorem, neque Hirtium consulem, nec proprætore Cæsarem. satis [q] hoc quidem scitè. (q hæc *alii.*) deponere alienum nomen ipse maluit quàm illis suum reddere. *Cognita morte C. Trebonii, non plus gavisus sum quàm dolui.* Videte quid se gavisum, quid doluisse [r] dicat: faciliùs de pace deliberabitis. (r se dicat *alii.*) *dedisse pœnas sceleratum cineri atque ossibus clarissimi viri, & apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis, aut jam soluto supplicio [s] parricidæ, aut impendente, lætandum est.* (s *parricidii* multi alii.) O Spartace! quem enim te potiùs appellem? cujus propter [t] nefaria (P. CCLI.) scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina: lætandum esse ausus es scribere, Trebonium dedisse pœnas? sceleratum Trebonium? quo scelere, nisi quòd te idibus Martiis à debita tibi peste seduxit? (t nefanda *edd. vett.*)

Agè, hoc lætaris: videamus, quid molestè feras. *Hostem judicatum hoc tempore Dolabellam, eo, quòd sicarium occiderit, & videri cariorem [v] populo Romano filium scurræ quàm C. Cæsarem, patriæ parentem, ingemiscendum est.* 23 (v *reip.* MSS.) Quid ingemiscis hostem Dolabellam judicatum? quid? te non intelligis delectu totâ Italiâ habito, consulibus missis, Cæsare ornato, sagis denique sumptis, hostem judicatum? quid est autem, scelerate, quòd gemas, hostem Dolabellam judicatum à senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas. sed eam tibi causam belli gerendi proponis, ut senatum funditus deleas: reliqui boni & locupletes omnes summum ordinem subsequantur. At scurræ filium appellat. Quasi verò ignotus nobis fuerit splendidus eques Romanus Trebonii pater. Is autem humilitatem despicere audet cujusquam, [22] qui ex Fadia sustulerit liberos?

XI. A-

21. *Velim, P. C. ut adhuc fecistis.*] Sic edidit Faërnus: quem hic secuti sumus: quamquam non significet nobis, unde sumserit verbum, *velim.* nam in libris antiquis non reperitur. Ego putabam omissum esse a scriptore librario verbum, *peto*, propter syllabarum, quæ sunt in voce antecedente, *disputo*, similitudinem. quod cum dixissem Mureto, eo ipso tempore, quo hic Lutetiæ Philipp, edendas curabat, approbavit. *Lamb.*

22. *Qui ex eadem sustulerit liberos.*] Sic Lang. sic omnes fere l. s. *qui ex ea die.* Qui quidem tot librorum consensus ac pene conspiratio hanc in opinionem me adduxit, ut putarem pro *ea die Fadia* reponendum: ut Antonio ignobilitatem uxoris objiciat: ut

24 XI. ACERBISSIMUM *vero est, te, A. Hirti, ornatum* x *esse beneficiis Cæsaris, & talem ab eo relictum, qualem ipse miraris.* Equidem negare non possum, à Cæsare Hirtium ornatum: sed illa y ornamenta in virtute & industria posita lucent. Tu verò, qui te ab eodem Cæsare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquò te tua virtus provexisset? [23] ecquò genus? in lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumpsisses, ut faciebas, cùm in gremiis mimarum mentum mentemque deponeres. *Et te, ô puer,* [24] puerum appellat, quem non modò virum, sed etiam fortissimum virum z sensit & sentiet. Est a istuc quidem nomen ætatis, sed ab eo minimè usurpandum, qui suam amentiam b puero huic præbet ad gloriam.

x & quæd. edd.

y omnia orn. *Muret.*

P. B.

z sentit *alii.*

a *alii* istud.

b puero *deest aliis.*

25 *Qui omnia ejus nomini debes,* debet verò solvitque præclarè. si enim ille patriæ c parens est, ut tu appellas (ego, quid sentiam, videro) cur non hic parens verior, à quo certè vitam habemus, è tuis d facinorosissimis manibus ere-

c pater *alii.*

d facinorosiss. *MS.*

nt in III. *Eum dicere aliquid de uxorum ignobilitate, cujus pater Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam, habuerit uxorem, ipse ex libertini filia susceperit liberos.* & II. *Cum te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos nepotes Q. Fadii libertini hominis fuisse.* Mulieribus autem non fuisse prænomina docet Plutarchus. Appellabantur autem vel gentis nomine, ut Licinia, Cornelia: vel cognomine, ut Metella, Lepida. Hoc autem idcirco dixi, ut cum de nomine patris inter omnes constaret: ex eo nata cur appellata sit Fadia, nemo requireret. Jam supra de E. & F. similitudine, earumque litterarum crebra inter se loci commutatione, quæ multos crearit errores, satis superque diximus: ut in dubium venire non debeat, quin ita corrigendum sit: nam *ex eadem* quidem aperte falsum est. Quis enim dixit unquam, *Susceperit liberos ex eadem humilitate.* Deinde Cicero videretur quadam prævaricatione concedere, quod adversarius intendit: vel, ut verius dicam, non sibi ipsi constare: quem enim dudum splendidi equitis Rom. filium fuisse confirmarat, hunc paulo post ex homine libertino natum esse confiteretur. *Ferrar.* Hanc Ferrarii verissimam emendationem jure receperunt omnes, cum in MSS. corrupte legatur *ex eadem*, vel, ut in meo est, *ex ea die.* Græv.

23. *Ecquod genus.*] *Ingenium* mallem pro *genus.* & paullo post, *mentem mentumque*, pro eo quod est in vulgatis, *mentum mentemque.* Ursin.

24. *Puerum appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sensit & sentiet.*] Modus amplificandi, ut pro Domo: *Quem ejectum esse universus senatus non modo civem, sed egregium civem semper judicavit.* Orat. II. in Rullum: *Totus ager Campanus colitur & possidetur a plebe & a plebe optima & modestissima.* P. Manut.

25. *Et*

ereptam? *id agere, ut jure damnatus sit Dolabella?* Turpem verò actionem, quâ defenditur amplissimi auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam! [25] *&* *ut venefica hac liberetur obsidione?* [e] veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? quem ita obsides, nove Hannibal, aut si quis acutior imperator fuit, ut te ipse obsideas, [f] neque te istinc, si cupias, possis explicare. recesseris: undique omnes insequentur. manseris: hærebis. nimirum rectè [g] veneficam appellas, à quo tibi præsentem pestem vides comparatam. [h] *Ut quàm potentissimus sit Cassius atque Brutus?* 26 Putes Censorinum dicere, aut Ventidium, aut etiam ipsos Antonios. cur autem [i] nolint potentes esse non modò optimos & nobilissimos viros, sed secum etiam in reipublicæ defensione conjunctos? *nimirum eodem modo hæc adspicitis, ut priora.* [k] quæ tandem? *castra Pompeji senatum appellatis.* P. CCLII.

e venefi- cum *edd. vett.*
f neque istinc *edd. vett.*
g venefi- cum *ead. edd.*
h *Et ut alii.*
i nolim *alii.*
k quo *alii.*

XII. AN VERÒ tua castra potiùs senatum appellaremus? in quibus tu videlicet consularis, cujus totus consulatus est ex omni monumentorum memoria [l] revulsus: duo prætores sine causa [m] diffisi se aliquid habituros: nos enim Cæsaris beneficia defendimus: prætorii, [26] Philadelphus Annius [n] & [27] innocens Gallius: ædilicii, [28] * Coricus laterum & vocis meæ Bestia [o] & fidei patronus: frau-

l evulsus *MS.* avulsus *alius MS.*
m diffusi *MS.*
n & *alii delent.*
o etiam *Lamb.*

25. *Et ut veneficus hac liberetur obsidione.*] *Et ut venefica hæc* o. l. v. & paulo post duobus locis semper *veneficam*, non *veneficum*; per contemptionem scilicet: ut illud ad Att. *Duce filiola Curionis.* Et illud de Orat. *Quid tu Egilia mea, quando venis ad me cum tua colu & lana?* Ferrar. *Et ut venefica hac liberetur obsidione.*] *Veneficus hac* habet liber antiquus manuscriptus. *Ursin.*

26. *Philadelphus Annius.*] Libenter distinguerem: ut duo sint. infra, *Exitii frater Philadelphus* appellatur. qui si frater germanus aut patruelis fuit, non Anniæ gentis sed Exitiæ fuerit necesse est. Annius autem, qui cum Antonio fuit, non Philadelphi, sed Cimbri cognomine usus est. Vide Phil. II. *P. Manut.*

27. *Innocens Gallius.*] In vetere libro additum est prænomen *M.* quod exstat apud Appianum etiam in lib. III. & Suetonium in Tiberio. *Ursin.*

28. * *Coricus laterum & vocis meà Bestia.*] Extra Lang. qui pro *Coricus*, *Eoricus* habet, ceteri l. f. ab impressis non discrepant. qui *testis* reposuerunt, id credo pro suo jure fecerunt, non de auctoritate librorum. *Ferrar.* *Ædilicii Coricus.*] Non displicet lectio vulgata *C. Oricus.* totumque locum, quamvis continentem historiam mihi obscuram, ita interpungo: *C. Oricus, laterum & vocis meæ; Bestia, & fidei patronus.* ut C. Oricum forte, ab eo de-

 fen-

fraudator creditorum Trebellius & homo diruptus dirutusque, Q. Cœlius, columenque amicorum Antonii, p Cotyla Varius, 29 quos Antonius deliciarum causâ loris in convivio cædi jubebat à q servis publicis: Septemvirales, Lento, Nucula: tum deliciæ atque amores populi Romani L. Antonius: r tribuni primùm duo designati, Tullus Hostilius, qui suo jure in porta nomen inscripsit: qui cùm prodere imperatorem suum non posset, reliquit. alter est designatus, 30 Visejus nescio qui, fortis (ut ajunt) latro; 31 quem tamen temperantem fuisse ferunt

p Cotula *alii.*
q suis *alii & MSS.*
r tribunitii *edd. vett.*

sensum, appellet patronum laterum & vocis suæ: id est ipsius Ciceronis. Bestiam vero etiam fidei suæ patronum. Antonius Augustinus existimat quidem nobiscum hos duos fuisse a Cicerone defensos, sed alterum absolutum. *Faërnus. Laterum & vocis meæ.*] Quis non videt, hæc ad Bestiam, non ad Coricum, esse referenda? accusatus est enim Bestia de ambitu, defensusque a Cicerone: ut in III. Ep. ad Q. Frat. Damnatum existimo ex iis verbis Phil. II. *Quam absurdum, qui prætor fieri non potuerit, eum petere consulatum? nisi forte damnationem pro prætura putat.* Omnino verbum aliquod, & fortasse *testis*, desiderari crediderim: ut sit: *Laterum & vocis meæ testis Bestia.* P. Manut.

29. *Quos Antonius deliciarum causâ loris in convivio cædi jubebat a suis publice.*] Eodem modo l. s. ut impressi. Ego sic, *Quem Antonius deliciarum causa loris in convivio cædi jubebat a servis publicis:* ut Cotylam tantummodo notet: atque idem hic objiciat, quod in VIII. Phil. *Cum ad nos Cotylam mitteret ornamentum atque arcem amicorum suorum, hominem Ædilitium: si vero tum fuit Ædilitius, cum eum jussu Antonii in convivio servi publici loris ceciderunt.* Ferrarius. *A servis publicis.*] Sic edidit Faërnus, sic Ferrarius, quam scripturam puto esse rectam, quamvis olim aliter senserim. Nam idem hic dicitur, quod Philipp. VIII. *Cum ad nos Cotulam mitteret, ornamentum atque arcem amicorum suorum, hominem ædilitium, si vero tum fuit ædilitius, cùm eum jussu Antonii servi publici loris ceciderunt.* Non placet autem mihi nunc Turnebi opinio, qui legendum putat, *a suis publicis:* per publicos autem vult intelligi carnifices & lictores: Græci δημίους appellant. Sed Latini non solent ita loqui, aut si alii, certe non Cicero. *Lambinus. A servis publicis.*] Est ab emendatione Ferrarii, licet occupet omnium neotericorum libros. olim editi & scripti, *a suis publice.* Grut.

30. *Visejus nescio quis.*] *Visellius* est nomen familiae Romanæ temporibus Augusti in antiquis monumentis. *Ursin. Visejus.*] Pal. sec. *nisi ejus.* Maurit. *in senis.* unde fingebat Gulielmius, *M. Senius.* malim ego *Insteius.* Ferrarii enim vett. *Inseius*, quomodo & Pal. pr. tert. quart. nisi quod & esse poterat *Niseius.* Gruter. Græv. MS. *nescio qui, fortis, ut ajunt latro*, sine *Visejus.* Græv.

31. *Quem tamen temperantem fuisse ferunt Isauri balneatorem.*] Jocus est in voce *temperantem*, cum enim dicere videatur σώφρονα, ad-

runt Pisauri balneatorem. Sequuntur alii, tribunicii, T. Plancus in primis: qui si senatum dilexisset, numquam curiam incendisset. quo scelere damnatus in eam urbem rediit armis, f è qua t excesserat legibus. sed hoc ei [32] commune cum plurimis dissimillimis. illud tamen verum, quod in hoc Planco proverbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi v ei crura fracta essent. fracta sunt, & vivit. hoc tamen, ut alia multa, Aquilæ fertur acceptum. 27

XIII. [33] EST ETIAM ibi Decius, ab illis, ut opinor, x Muribus Deciis. [34] itaque Cæsaris munere, Deciorum y quidem multo intervallo, per hunc præclarum virum memoria renovata est. Saxam verò Decidium præterire quî possum, hominem deductum ex ultimis gentibus, ut eum tribunum plebis videremus, quem civem numquam videramus?

Est quidem [35] alter Saserna: z sed omnes tamen tan- 28
tam

f à qua *Faërn.* ex qua *alii.*
t discesserat *MSS.*
v ei & crura *MSS.*
x majoribus *alii.*
y multo quidem *Lamb.* P. B.
z sed *non est in edd. vett*

ad balneatorum munus respicit, quorum est aquam temperare. Horatius:

Quo Chium pretio cadum
Mercemur; quis aquam temperet ignibus.

Muretus. *Temperantem.*] Aquam temperant balneatores. balneator autem fuerat Visejus. quem cum latronem Cicero appellasset: quasi probrum emendare cupiens, subjunxit: *Quem tamen temperantem.* ut laudem temperantiæ conferre in eum videatur: cum ignobilitatem vitæque sordes objiciat. *P. Manut.*

32. *Commune cum plurimis dissimillimis.*] Pighius in Fastis ad annum V. C. DCCII. conjicit, *plurimis sibi simillimis.* Gruter.

33. *Est etiam ibi Decius ab illis, ut opinor, majoribus Deciis.*] O. l. v. *Muribus*, non *majoribus:* & præclare: siquidem Deciis hoc erat cognomen: quod ex Livio intelligi potest, qui lib. VIII. *Creavere*, inquit, *Coss. T. Manlium Torquatum* III. *Et P. Decium Murem.* & lib. X. *Coss. novi Q. Fabius Maximus* III. *P. Decius Mus.* hoc etiam in veterum monumentis e marmore apparet. Librarii hoc ignorantes *majoribus* pro *muribus* reposuerunt. Idem prope evenit in locum Frontini de aquæductibus, *Appia M. Valerio Max. P. Decio Murena Coss. anno* XX. *post initium Samnitii belli inducta est Appio Claudio.* est enim scribendum, *P. Decio Mure*, non *Murena.* Ferrarius.

34. *Itaque Cæsaris munere &c.*] Maur. *Cæsaris numero se sit.* Unde fecit conjecturâ Gulielmius, *hæsit.* ob majores suos hæsit in numero familiarium Cæsaris. videatur libro II. Verisimilium cap. II. *Gruter.*

35. *Alter Soseranus.*] Lang. *Saserana.* nonnulli, *Saxerna:* ut fortasse corrigendum sit, *Saserna.* de quodam Saserna hic idem in epist. ad Attic. de duobus fratribus Sasernis, quorum alteri

 præ-

tam habent similitudinem inter se, ut in eorum prænominibus errem. Nec verò Exitius, Philadelphi frater, quæstor, prætermittendus est, ne, si de clarissimo adolescente siluero, invidisse videar Antonio. Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse à se. apertam curiam vidit post Cæsaris mortem: [36] mutavit calceos: pater conscriptus repentè factus est. Non novi Sext. Albedium: sed tamen [37] neminem tam maledicum offendi, qui illum negaret dignum Antonii senatu. Arbitror me aliquos præteriisse: de iis tamen, qui occurrebant, tacere non potui. Hoc igitur fretus senatu, Pompejanum senatum despicit; in quo decem fuimus consulares: qui si omnes viverent, bellum omnino hoc non
29 fuisset: auctoritati cessisset audacia. Sed quantum præsidii fuerit in ceteris, hinc intelligi potest, quòd ego unus, relictus è multis, contudi & fregi, adjuvantibus vobis, exsultantis prædonis audaciam.

XIV. Quòd si fortuna nobis modò non eripuisset Ser. Sulpicium ejusque collegam [a] antè Marcellum: quos cives? quos viros? si duos consules, amicissimos patriæ, simul ex Italia ejectos: si L. Afranium, summum ducem: si P. Lentulum, civem cùm in ceteris rebus, tum in salute mea singularem: si Bibulum, cujus est in rempublicam meritò semper laudata constantia: si L. Domitium, præstantissimum civem: si Appium Claudium, pari nobilitate & voluntate præditum: si P. Scipionem, cla-

[a] *alii* A. Marcell. *aut* M. Marcell.

prænomen C. alteri P. fuerit, belli Africi scriptor: ut fortasse ob eam causam *alter Saserna*, seque in eorum prænominibus errare dixerit. *Ferrar.*

36. *Mutavit calceos.*] Senatorum calcei erant cavi, qui habebant corrigias ex nigra aluta, unde Horatius:

Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus
Pellibus.

Ceterorum calcei etiam erant cavi, sed qui nullas habebant corrigias, quæ inter se implexæ usque ad suras adscendebant, ut senatorum & patriciorum, sed qui solum pedem tegebant. vid. Albert. Rubenium de Re Vest. lib. II. c. 3. *Grev.*

37. *Neminem tam maledicum offendi.*] Quem laudare videtur, vituperat, joci & argutiæ caussam quærens ex Antonii senatu. Maledici homines detrahunt: sed Aledius is vir est, ut neminem tam maledicum invenerim, qui negaret Antonii senatu dignum esse. qualis autem Antonii senatus esset mentio eorum, qui cum eo erant in iisdem castris, perspicuè demonstravit. *P. Manut.*

clarissimum virum majorumque suorum simillimum, respublica tenere potuisset: certè his consularibus non esset Pompejanus despiciendus senatus. Utrum igitur æquius, utrum melius reipublicæ fuit, Cn. Pompejum, 30 an sectorem Cn. Pompeji vivere Antonium? [38] Qui verò P. CCLIII. prætorii? quorum princeps M. Cato, idemque omnium gentium virtute princeps. Quid reliquos [b] clarissimos viros commemorem? nostis omnes. magis vereor, ne longum me in enumerando quàm ne ingratum in prætereundo putetis. qui ædilicii? qui tribunicii? qui quæstorii? Quid multa? talis senatorum & dignitas & multitudo fuit, ut magna excusatione opus iis sit, qui illa in castra non venerunt.

b præclarissimos alii.

XV. NUNC reliqua attendite. *victum Ciceronem ducem habuistis.* Eo libentiùs ducem audio, quòd certè ille dicit invitus. nam de victo nihil laboro. fatum enim meum est, sine republica nec vinci posse, nec vincere. *Macedoniam munitis exercitibus.* Et quidem fratri tuo, qui à vobis nihil degenerat, extorsimus. *Africam commisistis* [39] *Varo bis capto.* Hic cum C. fratre putat se litigare. *In Syriam Cassium misistis.* Non igitur sentis, huic causæ [40] orbem terræ parere: te, extra munitiones tuas, vestigium ubi imprimas non habere? *Cascam tribunatum* 31 *gerere passi estis.* Quid ergo? [41] ut Marullum, ut Cesetium à

38. *Qui vero Prætorii.*] Placet *quid*, pro *qui*, ut est in manuscripto. *Ursin.*

39. *Varo bis capto.*] Sex. Quinctilio Varo, quem Cæsar semel Corfinii ceperat, iterum, opinor, in Africa, devicto Scipione. nam in Africa fuit cum Accio Varo, quo tempore C. Curio cum exercitu cæsus est: nec fortasse post illam victoriam ex Africa discessit, donec, renovato in ea provincia bello, duce Pompeji socero Scipione, Cæsar, trajectis eò copiis, eâdem fortunâ usus adversarios devicit. *P. Manut.*

40. *Orbem terra parere.*] Nescio quomodo magis placet *patere* pro *parere*, quæ lectio reperitur in antiquo. *Ursin.*

41. *Ut M. Arullum, ut Cæsarem etiam.*] Sic Lang. & ceteri fere, *Ut M. Arillum, & Cæs. etiam.* Ego sic, *Ut Marullum, ut Cesetium, &c.* quid mihi, vel potius Cicero sibi velit, Suetonius indicabit, *Cum sacrificio*, inquit, *Latinarum Cæsare revertente inter immodicas ac novas populi acclamationes quidam e turba statuæ ejus coronam lauream candidâ fasciâ præligatam imposuisset: & Trib. pleb. Æpidius Marullus Cæsetiusque Flavius coronæ fasciam detrahi, hominemque duci in vincula jussissent: dolens seu parum prospere motam regni mentionem, sive, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, Tribb. graviter increpatos potestate privavit.* Hoc idem Dion, Plutarchus, Appianus. *Ferrar.*

à republica removeremus, eum, per quem, ut neque idem hoc posthac, neque multa hujusmodi accidere possent, consecuti sumus? [42] *vectigalia* [c] *Juliana Lupercis ademistis*. Lupercorum mentionem facere audet? neque illius diei memoriam perhorrescit, quo ausus est, obrutus vino, unguentis oblitus, nudus, gementem populum Romanum ad servitutem cohortari? [43] *veteranorum colonias, deductas lege* [d] *& senatusconsulto, sustulistis*. Nos sustulimus, an contra [e] lege comitiis centuriatis [f] lata sanximus? vide ne tu veteranos, tamen eos, qui erant perditi, perdideris: [44] in eumque locum deduxeris, ex quo ipsi jam
32 sentiunt se numquam exituros. *Massiliensibus* [g] *jure belli adempta reddituros vos pollicemini*. Nihil disputo de jure belli. magis facilis disputatio est quàm necessaria. illud tamen [h] animadvertite, patres conscripti, quàm sit huic reipublicæ natus hostis Antonius, qui tantopere eam civitatem oderit, quam scit huic reipublicæ semper fuisse amicissimam.

XVI. [45] NEMINEM *Pompejanum, qui vivat, tenere lege Hirtia dignitates?* [46] Qui, quæso, jam legis Hirtiæ mentionem facit? cujus non minus arbitror latorem ipsum

c *Juliis* aut *Julianis* alii.

P. B. d *ex* MSS.

e legem *aut* leges *alii*.

f latam *aut* latas *alii*.

g *jura* MSS. & edd. vett.

h *Grut. & alii* advertite.

42. *Vectigalia Juliana Lupercis ademistis.*] Lupercis vectigal Cæsar dederat, eo mortuo senatus ademit. utrum autem vectigal illud omnibus Lupercis, an iis tantum, quos ad ejus honorem decretos esse Suetonius & Dio narrant, Cæsar constituerit, exploratum non habeo. tantum illud constat, Juliana vectigalia recte dici, quia sint a Julio Cæsare data. recitat enim Nonius hæc verba Ciceronis ex epistola ad Cæsarem juniorem: *Cum constet, Cæsarem Lupercis id vectigal dedisse*. P. Manut.

43. *Veteranorum colonias, deductas lege S. C. sustulistis.*] Ita est in antiquo codice sine copula *&*: & paullo post, pro *jure belli*, habet vetus liber, *jura belli*. Ursin.

44. *In eumque locum deduxeris.*] Non, quod ad Mutinam deducti essent; sed in eum locum, id est in eum errorem. quo modo dixit Cœlius in ep. ad Cic. *Mi Cicero, cogita, ne te sciens prudensque eò demittas, unde exitum vides nullum esse*. P. Manut.

45. *An nescitis neminem Pompejanum.*] Ita est in vetere codice, cum in vulgatis desint illa, *an nescitis*. infra etiam *remisero* scriptum est, pro *emisero*. Ursin.

46. *Qui, quæso, jam legis Hirtiæ.*] Vetus liber, *quis quæso &c.* quod placet. *Idem*. Sed in omnibus MSS. & Ferrarius, & Gruterus, & ego legimus, *qui quasi*, & sic editi ante Faërnum. Is enim primus recepit verissimam conjecturam Ferrarii, *qui quæso*. Posteriores editores: *Quisquam jam legis*. Sed *quæso* firmat etiam Ursini vetus liber. *Grav.*

47. Pe-

ipsum quàm eos, de quibus lata est, pœnitere? Omnino, meà quidem sententiâ, legem illam appellare fas non est: &, ut sit lex, non debemus illam Hirtii legem putare. *Apulejanâ pecuni Brutumâ* [i] *subornastis.* Quid, si omnibus suis copiis excellentem virum respublica armasset? quem tandem bonum pœniteret? nec enim sine pecunia exercitum alere, nec sine exercitu fratrem tuum capere potuisset.

i *subornatis* alii.

Securi percussos [47] *Patum & Menedemum, civitate donatos, & hospites Cæsaris, laudastis.* Non laudamus, quod ne audivimus quidem. valde enim nobis in tanta perturbatione reipublicæ de duobus nequissimis Græculis cogitandum fuit. *Theopompum, nudum, expulsum à Trebonio,* [48] *confugere Alexandriam neglexistis.* Magnum crimen senatûs. de Theopompo, summo homine, neglegimus: qui ubi terrarum sit, quid agat, vivat denique, an mortuus sit, quis aut scit aut curat? *Ser. Galbam eodem pugione succinctum in castris videtis.* Nihil tibi de Galba [k] respondeo, fortissimo & constantissimo cive: coram aderit? præsens [l] tibi & ipse, & ille, quem insimulas, pugio respondebit. *milites aut meos, aut veteranos contraxistis, tamquam ad exitium eorum, qui Cæsarem occiderant. & eosdem necopinantes ad quæstoris sui, aut imperatoris, aut commilitonum suorum pericula impulistis.* Scilicet verba dedimus, decepimus: ignorabat legio Martia, quarta: [m] ignorabant veterani quid ageretur. non illi senatûs auctoritatem, [n] non libertatem populi Romani sequebantur: Cæsaris mortem ulcisci volebant, quam omnes fatalem fuisse arbitrabantur: te videlicet salvum, beatum, florentem esse cupiebant.

33

P. CCLIV

k respondebo *edd. vett.*

l tibi ipse *alii.*

m *Grut. & alii* nec sciebant.

n *pro* non *alii* an *vel* aut.

XVII. O MISER cùm re, tum hoc ipso, quòd non sen-

47. *Petum & Menedemum.*] *Petrum* o. l. v. *Ferrarius. Petrum & Menedemum.*] Ita omnes libri mss. & nostri & aliorum. olim vulgati *Petum*, typothetæ errore, qui omiserat litteram caninam. quod sequentes mutarunt tamen in *Patum*, contra omnem rationem. *Grut.* Sed quis audivit apud Græcos & Romanos ante Christiana sacra inducta Petri nomen? Itaque merito emendarunt viri docti *Patum.* quod nomen ab illo forte accepit, quicunque tandem est, a quo civitate fuit donatus. *Grav.*

48. *Confugere Alexandriam neglexistis.*] Mauric. *neglegistis*, quod recipi voluit in contextum Gulielmius, quoniam Antonius dicatur Suetonio affectasse antiquitatem. videatur ipse lib. II. Verisf. cap. II. *Grut.*

34 sentis, quàm miser sis! Sed maximum crimen audite. *denique quid non aut probavistis, aut fecistis? quid faciat, si reviviscat?* quis? credo enim, afferet aliquod scelerati hominis exemplum! *Cn. Pompejus ipse?* o O nos turpes, si quidem Cn. Pompejum imitaturi sumus! *aut filius ejus, si domi* p *possit?* poterit, mihi crede. nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit. *postremo negatis pacem posse fieri, nisi aut emisero Brutum, aut frumento juvero.* Alii istuc negant? ego verò, ne si q ista quidem feceris, umquam tecum pacem huic civitati futuram puto. r *quid? hoc placetne veteranis istis?* [49] *quibus adhuc omnia integra sunt.* nihil vidi tam integrum, quàm ut oppugnare imperatorem incipiant, quem tanto studio consensuque s offenderint.

35 *Quoniam vos assentationibus & venenatis muneribus venistis.* Depravati t an corrupti sunt, quibus persuasum v est, fœdissimum hostem x justissimo bello persequi? *at militibus inclusis opem fertis.* [50] *nihil moror eos salvos esse & ire quo jubetis: si* y *tamen patiuntur perire eum, qui meruit.* [51] Quàm benigne! denique usi liberalitate Antonii milites imperatorem reliquerunt, & se ad hostem metu perterriti contulerunt: per quos si non stetisset, non

o Homo turpis *aut* Honos *MSS.*

P. B.

p *esse possit* alii.

q *MSS.* ita.

r alii *quid hoc?*

s defenderint *alii.*

t aut *alii.*

v sit *alii.*

x justo bello *alii.*

y *tantummodo* alii.

Do-

49. *Quibus adhuc omnia integra sunt.*] Nondum enim contra me in aciem descenderunt: licet iis, utram velint partem adhuc sequi. Refellit hoc Cicero & ostendit, iis, qui Antonium tanto studio consensuque reliquerint, integra jam omnia non esse; unum quidem illud vere integrum iis esse, ut ipsum Antonium oppugnare incipiant, quem jam transeuntes ad Cæsarem offenderint. Sic enim lego, non ut alii, *defenderint.* quod ad D. Brutum referri non potest: quem veterani armis defendere nondum cœperant: nondum enim Mutinam pervenerant. infra: *Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitavit.* P. Manut.

50. *Nihil moror eos salvos esse & ire quò jubetis.*] Haud aliter Liliensis. rectè. antiqua enim formula sacramenti erat, *Ibo quò S. P. Q. R. jusserit.* prius edebatur *liber.* sed invito etiam Pal. sec. in quo alterum, præterea que, *esse, &, se ad hostem, & ire &c.* quam clausulam excutiat quæso Camdenus, Contarenus, alii. *Grut.*

51. *Quam benigne denique.*] Eodem modo l. s. ut impressi. Ego sic emendandum arbitror, *Quam benigne. Itaque usi, &c.* aut certe sic interpungendum, *Quam benigne denique. usi, &c.* illud tamen, quod testatus sum, magis placet. *Ferrarius. Itaque* ex Ferrarii conjectura recepit Muretus, invitis musis. *Denique* hic est, ut uno verbo dicam. qua in notione sæpe cùm apud Tullium tum alios occurrere alibi notavimus. *Grav.*

52. Eo-

Dolabella priùs imperatori suo quàm Antonius etiam collegæ parentasset.

Concordiam factam esse mentionem scribitis in senatu, & legatos esse consulares quinque. difficile est credere, [52] *eos,* 36
qui me præcipitem egerint, æquissimas conditiones ferentem, P. CCLV.
& tamen ex his aliquid remittere cogitantem; putare aliquid moderatè aut humanè esse facturos. vix etiam verisimile est, qui judicaverint hostem Dolabellam ob rectissimum facinus, eosdem nobis parcere posse, idem sentientibus. Parumne [z] videtur, omnium facinorum sibi cum Dolabella z apertè
societatem initam confiteri? nonne cernitis, ex uno fon- videtur
te omnia scelera manare? Ipse denique fatetur, hoc qui- *multa edd.*
dem satis acutè, non posse eos, qui hostem Dolabellam judicaverint ob rectissimum facinus; (ita enim videtur Antonio) sibi parcere, idem sentienti.

XVIII. QUID HUIC facias, qui hæc litteris me- 37
moriæque mandarit, ita sibi convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium, &, si posset, etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret, [53] eademque inhiberet supplicia nobis? conservandus civis cum tam pio justoque fœdere. Is etiam queritur conditiones suas repudiatas, æquas quidem & verecundas, ut haberet Galliam ultimam, aptissimam ad bellum renovandum instruendumque provinciam: ut Alaudæ in tertia decuria judicarent, id est, ut perfugium scelerum [a] esset cum turpissimis rei- a essent
publicæ sordibus: ut acta sua rata essent, cujus nullum *alii.*
remanet consulatûs vestigium. cavebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri privati & publici decempedator, Nucula & Lentone collega.

Quamobrem vos potius animadvertite, utrum sit elegan- 38
tius & partibus utilius, Trebonii mortem persequi, an Cæ- P. B.
saris: & utrum sit æquius, concurrere nos, quo facilius reviviscat Pompejanorum causa, toties jugulata: an consentire, ne ludibrio simus inimicis. [54] si esset jugulata, numquam ex-

52. *Eos, qui me præcipitem egerint.*] Lil. & Gembl. Cos. sive Coss. & id potius duxerat Gulielmius. habet quidem etiam Pal. sec. *cons. credere, qui me.* sed adhæserim vulgato. *Grut.*

53. *Eademque adhiberet supplicia nobis.*] *Inhiberet* est in antiquo, pro *adhiberet*. Ursin. *Eademque inhiberet supplicia nobis?*] Est ab edd. antiquis & mss. nostris omnibus, item Ferrarii, cujus Emendationes consulantur. vulgata, *adhiberet*. Grut. Et pergit firmare pater ad locum Livii ex libro III. cap. 59. *Gronov.*

54. *Si esset jugulata, numquam exsurgeret.*] *Resurgeret* Lang. quod

exsurgeret: quod tibi tuisque contingat! [55] *Utrum*, inquit, *elegantius*. [b] Atqui hoc bello de elegantia quæritur. *Et partibus utilius.*

b *alii* Atque.

39 Partes, furiose, dicuntur in foro, in curia. bellum contra patriam nefarium suscepisti: oppugnas Mutinam: circumsedes consulem designatum: bellum contra te duo consules gerunt, cumque his pro prætore Cæsar: cuncta contra te Italia armata est. istas tu partes potiùs [56] quàm à populo Romano defectionem vocas? [57] *Potius Trebonii mortem quàm Cæsaris persequamur?* Trebonii satis persecuti sumus, hoste judicato Dolabella: Cæsaris mors facillimè defenditur oblivione & silentio. Sed videte, quid moliatur. cùm mortem Cæsaris ulciscendam putat: mortem proponit non iis solùm, qui illam rem gesserunt, sed iis etiam, [c] qui non molestè tulerunt.

c *alii* si qui.

40 XIX. QUIBUS *utri nostrûm ceciderint lucro futurum est. quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes; qui usque eo felix est, ut* [d] *iisdem ornamentis deceperit vos, quibus deceptum Cæsarem gloriatus est.* Pergit in mea maledicta, quasi verò ei pulcherrimè priora processerint; quem ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. [58] Ego *lanista?* & quidem

d *eisd.* alii.

P. CCLVI.

etsi non probo, idcirco tamen nolui prætermittere, quod & Poëta, *Resurgere Trojæ regna*, *Resurgere amorem*, & Ovidius *Scintillam resurgere* dixit. *Ferrar.*

55. *Utrum, inquit, elegantius.*] Tuetur istud contra Tullium P. Victorius, lib. XXIII. Var. Lect. cap. 8. *Gruter.*

56. *Quam à populo Romano defectionem vocas? potius M. Trebonii mortem quàm Cæsaris persequimur.*] In manuscripto legitur, *quàm à Rep. dissensionem vocas? Trebonii mortem an Cæsaris persequimur?* Ursin.

57. *Potiusne Trebonii mortem quàm Cæsaris persequamur?*] *Potius Trebonii mortem quàm Cæs. persequimur* a. L. v. Ego autem, ut quod sentio libere dicam: non enim tibi, quid in libris reponas, præscribo: sed, quid mihi videatur, expono: sic arbitror Ciceronem scriptum reliquisse, *Trebonii mortem an Cæsaris persequi.* Ut ad singulos Antonii epistolæ articulos accedat, eademque verba repetat: ut proximis locis facit. *Ferrarius.* Procul dubio verum vidit Ferrarius, repetita tantum verba fuisse epistolæ Antonii, *potius* attextum esse a sciolis, & *persequi* mutatum in *persequamur*, qui putabant sententiam sine hoc centone & immutatione non constare; sed invitis libris nihil ausim interpolare. *Grav.*

58. *Ego lanista? equidem non insipiens.*] Pro *equidem* nor

dem non insipiens. deteriores enim jugulari cupio, meliores vincere. *Utri ceciderint*, scribit lucro nobis futurum.

O præclarum lucrum! [59] quo, te victore, (quod dii omen avertant!) beata mors eorum futura sit, qui è vita excesserint sine tormentis. A me deceptos ait eisdem *ornamentis* Hirtium & Cæsarem. Quod, quæso, adhuc à me est tributum Hirtio ornamentum? nam Cæsari [e] plura & majora debentur. Deceptum autem patrem à me Cæsarem dicere audes? Tu, tu, inquam, illum occidisti Lupercalibus: cujus, homo ingratissime, [60] Flaminium cur reliquisti? Sed jam videte magni & clari viri admirabilem gravitatem atque constantiam. 41

Mihi quidem constat, nec meam [f] *contumeliam, nec meorum ferre: nec deserere partes, quas Pompejus odivit, nec veteranos sedibus suis moveri pati, nec singulos ad cruciatum trahi, nec fallere fidem, quam dedi Dolabellæ.* Omitto alia: *fidem Dolabellæ*, sanctissimi viri, deserere homo [g] pius non potest. [61] quam fidem? an optimi cujusque cædis, urbis & 42

e plurima *alii.*

f *quidem cont.* alii.

g probus *alii.*

scripti libri, *etenim*, plerique tamen, *equidem.* ego, *& quidem*, probo: nam & venustatem & vim majorem habet: & ut nihil celem, etiam magis arrideret *jugulari* quàm *jugulare:* siquidem lanistæ non ipsi depugnabant, sed erant gladiatorum magistri. *Ferrarius.*

59. *Quo, te victore.*] Videtur pro *quo* scribendum *quum*, sive, ut Ant. Augustinus mavult, *cum.* Ursin.

60. *Flamina cur reliquisti?*] *Flaminiam* l. Lang. & alii multi. Ut fortasse rectum sit *Flaminium*, non *Flaminia:* siquidem vocabulum hoc singulare non multitudinis est. Livius, C. *Claudius Flamen Dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit.* Fabius Pictor apud Gellium, *Uxorem se amisit, Flaminio decedit.* Valer. Max. *Flaminio abire jussi sunt.* Trogus apud Priscianum, *Propter mortem Flaminea Flaminio abiit.* Ferrar. *Flaminium cur reliquisti?*] Legimus Phil. II. flaminem Cæsaris, quem senatus ei tamquam deo decrevit, M. Antonium fuisse. legimus & Phil. 11. cum L. Valerius Flaccus consul idemque flamen Martialis ad bellum iturus esset, P. Crassum, ejus collegam, qui pontifex max. erat, multam dixisse, si a sacris discessisset, flaminemque pon[illegible] jussu populi paruisse. Cur tum igitur, inquit Cicero, F[illegible] Cæsaris relicto, ad bellum profectus es? *P. Manu*[illegible]

61. *Quam fidem? an optimi cujusque sedes, urbis* [illegible] *nes, sententias dandarum, &c.*] Hoc l. scripti diff[illegible] sis, quod, pro *sedes*, *cædes*, pro *sententias*, partim [illegible] ego scripturâ omni diligenter considerata sic arbi[illegible] dum: *Quam fidem? an optimi cujusque cædis, urbis & [illegible]tienis, suis dandarum diripiendarumque provinciarum?* N[illegible]

h vastandarum *MS.*

& Italiæ partitionis: suis h dandarum diripiendarumque provinciarum? nam quid erat aliud, quod inter Antonium & Dolabellam, impurissimos parricidas, fœdere ac fide sanciretur?

P. B. *Nec Lepidi societatem violare, piissimi hominis.* Tibi cum

43 Lepido societas, aut cum ullo, non dicam bono civi, sicut ille est, sed homine sano? Id agis, ut Lepidum aut impium aut insanum existimari velis. nihil agis. quamquam affirmare de i altero difficile est, de Lepido præsertim, [62] quem ego metuam numquam, bene sperabo, dum licebit. Revocare te à k furore Lepidus voluit, non adjutor esse dementiæ. tu porrò ne pios quidem, sed piissimos quæris: &, quod verbum omninò nullum in lingua Latina est, id, propter tuam divinam pietatem, novum inducis.

i aliquo *alii.*

k fure *MS.*

44 *Nec Plancum prodere, participem consiliorum.* Plancum participem? cujus memorabilis ac divina virtus lucem affert reipublicæ. nisi fortè l eum subsidio tibi venire arbitraris cum fortissimis legionibus, m magno equitatu, n peditatu Gallorum: quique, nisi ante ejus adventum reipublicæ pœnas dederis, ille hujus belli feret principatum. Quamquam enim prima præsidia utiliora reipublicæ o sunt, tamen extrema sunt gratiora.

l eum *deest in edd. vett.*

m maximo *Grav. & alii.*

n peditatuque *alii.*

o sint *alii.*

45 XX. Sed jam se colligit & ad extremum incipit philosophari. *Si me rectis sensibus euntem dii immortales, ut spero, adjuverint: vivam libenter. Sin autem aliud me fatum manet:* [63] *præcipio gaudia suppliciorum vestrorum.*

P Nam-

hoc, *Sententias dandarum diripiendarumque provinciarum*, præterquam quod librorum vett. auctoritate non nititur: præterea verba sunt inania: nec iis est ulla subjecta sententia, quæ quidem ad mentem Ciceronis accedat. At quod ego auctoribus libb. antiquis repono, dicit quod ad rem pertineat; bonam sententiam habet: bene sensa Ciceronis exprimit. deinde illud, *Quam fidem? an optimi cujusque cædes*, inusitatum atque inauditum est. Quis enim sic unquam locutus est, ut diceret, *Do fidem cædem alicujus?* at, *Do fidem cædis illius, vitæ*, & aliorum id genus in consuetudine Latina est. Livius, *Vitæ tantum libertatisque fidem acciperent.* & alibi, *Gens fallax promissi fidem præstitit.* & alio loco, *Quæ & ipsa fidem induciarum ruperat.* Ferrar.

62. *Quam ego metuam numquam.*] Docti quidam suspicantur, hoc totum, de Lepido præsertim, quod hæc verba antecedit, *quem ego metuam numquam, &c.* non esse Ciceronis, sed foris invectum. *Lambinus.*

63. *Præcipias, licet, gaudia.*] Antonii verba ad aliam senten-

ti

p *Namque, si victi Pompejani tam insolentes sunt: victores quales futuri sint vos potius experiemini.* Præcipias licet gaudia: non enim tibi cum Pompejanis, sed cum universa republica bellum est. omnes te dii, homines, summi, medii, infimi; cives, peregrini; viri, mulieres; liberi, servi oderunt. sensimus hoc nuper falso nuntio: vero propediem sentiemus. quæ si tecum ipse recolis: æquiore animo & majore consolatione moriere.

Denique summa judicii mei spectat huc, ut meorum injurias ferre possim, si aut oblivisci velint ipsi fecisse, aut ulcisci parati q *sint unà nobiscum Cæsaris mortem.* Hâc Antonii sententiâ cognitâ r dubitaturosne A. Hirtium, C. Pansam, consules; putatis; quin ad Antonium transeant? Brutum obsideant? Mutinam expugnare cupiant? Quid de Pansa & Hirtio s loquar? Cæsar, singulari pietate adolescens, t poteritne se tenere, quin D. Bruti sanguine pœnas patrias persequatur? Itaque fecerunt, uti his litteris lectis ad munitiones propiùs accederent. Quo major adolescens Cæsar majoreque deorum immortalium beneficio reipublicæ natus est, qui nulla specie paterni nominis, nec pietate, abductus umquam est. Intelligit, maximam pietatem [64] conservatione patriæ contineri. 46

47 Quòd si partium certamen esset, quarum omninò nomen exstinctum est, Antoniusne potius & Ventidius partes Cæsaris defenderent quàm v primùm Cæsar, adolescens summa pietate & memoriâ parentis sui? x Deinde Pansa & Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum, cùm illæ verè partes vocabantur? Hæ verò quæ sunt partes, cùm alteris senatûs auctoritas, populi Romani libertas, reipublicæ salus proposita sit: alteris cædes bonorum, urbis Italiæque partitio? Veniamus aliquando ad clausulam.

p *Nam alii.* P.CCLVII.
q *sunt alii.*
r dubitaturumne *alii.*
s loquor? *Lamb.*
t poterit se *multa edd. & Grav.*
v primùm *non est in edd. vett.*
x Deinde *abest à vett. edd.*

XXI. LE-

tiam Cicero convertit. ille scripserat, *Præcipio gaudia suppliciorum vestrorum.* Hoc Cicero non confirmat: male enim ominaretur Hirtio & Cæsari: sed eum præcipere gaudia vult, quia cum universa rep. non cum Pompejanis, ut ille significaverat, bellum gerat: quo victus, æquiore animo & majore consolatione moriatur. *P. Manut.*

64. *Conservationi patriæ contineri.*] Sic legendum, *conservationi patriæ contineri.* nam quod olim impressum fuit, *consuetudine patria*, culpa fuit operarum, nescio unde nata, nisi ex insigni eorum incuria & negligentia, seu potius stupore & cæcitate. *Lambinus.*

65. San-

XXI. LEGATOS *venire non credo.* Bene me novit *bellum* y *quo veniat.* proposito præsertim exemplo Dolabellæ. [65] sanctiores erunt, credo, jure legati quàm duo consules, contra quos arma fert: quàm Cæsar, cujus patris flamen est: quam consul designatus, quem oppugnat: quàm Mutina, quam obsidet: quàm patria, cui z ignem
48 ferrumque minitatur. *Cum venerint, quæ* a *postulent, cognoscam.* Quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum? Ad te quisquam veniat, nisi Ventidii similis? oriens incendium qui restinguerent summos viros misimus: repudiasti: nunc in tantam flammam tamque inveteratam mittamus, cùm locum tibi b reliquum non modò ad pacem, sed ne ad deditionem quidem feceris? Hanc ego epistolam, patres conscripti, non c quò illum dignum putarem, recitavi, sed ut confessionibus ipsius omnia patefacta ejus parricidia videretis.

P. B.
y *quòd* alii.
z igni ferroque *Grut.*
a *postulant* alii.
b relictum *alii.*
c quod *alii.*

49 Cum hoc pacem M. Lepidus, vir ornatissimus omnibus d & virtutis & fortunæ bonis, si hæc videret denique, aut vellet, aut fieri posse arbitraretur? „ [66] *Priùs undas flammamque*, ut ait poëta nescio quis, priùs denique omnia quàm aut cum Antoniis respublica, aut cum republica Antonii redeant in gratriam. Monstra quædam sunt ista, & portenta, & prodigia reipublicæ. Moveri e sedibus suis huic urbi melius est [67] atque alias, si fieri possit,

d & *deest in aliis.*
e sedibus huic *alii.*

65. *Sanctiores erunt, credo, jure legati.*] Sic omnes editiones & plerique manu exarati codices. Me tamen semper torsit illud *jure.* Sed omnem scrupulum mihi exemit optimus codex Coloniensis, in quo recte scribitur, *Sanctiore erunt, credo, jure legati.* hoc est, num jus legatorum sanctius erit quàm consulum duorum? Nam minus violabit legatos quàm Consules? Jus legatorum, ut in oratione de Haruspicum responsis: *Sic enim sentio, jus legatorum cùm hominum præsidio munitum sit; tum etiam divino jure esse vallatum.* Græv.

66. *Prius undis flamma.*] Hoc ipso proverbio usus est postea Augustus: cum significare vellet se numquam filiam in urbem revocaturum. quod his verbis narrat Dio libro xv. Τῷ δὲ δήμῳ σφόδρα ἐγκειμένῳ τῷ Αὐγούστῳ· ἵνα καταγάγῃ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, θᾶσσον ἔφη πῦρ ὕδατι μιχθήσεσθαι, ἢ ἐκείνην καταχθήσεσθαι. Muret.

67. *Atque alias, si fieri &c.*] Vulgata, *atque in alias &c.* sed ita nullus Palatinorum, aut Mauritianus. *Gruter.* Sic sane & mei codices, excepto Francii, in quo est, *atque alias, si fieri possit, in terras demigrare*, quem sequor. *in* receperunt quoque Faernus, Muret. Manut. & Lambin. Posses forte vulgatam tueri per ellipsin, ut illud Virgilii III. Æn.

Tollite me Teucri, quascunque abducite terras,

pro

possit, terras demigrare, [68] unde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quàm illos Cæsaris virtute ejectos, Bruti retentos, intra hæc mœnia videre. Optatissimum est vincere: secundum est, nullum casum pro dignitate & libertate patriæ non ferendum putare. quod reliquum est, non est tertium, sed postremum omnium, maximam turpitudinem suscipere vitæ cupiditate.

Quæ cùm ita sint, de mandatis litterisque M. Lepi- 50
di, viri clarissimi, Servilio assentior: & hoc ampliùs P. CCLVIII.
censeo, Magnum Pompejum, Cnæi filium, pro patris majorumque suorum animo studioque in rempublicam, suaque pristina virtute, industriâ, voluntate, fecisse, quòd suam eorumque, quos secum haberet, operam senatui populoque Romano pollicitus esset, eamque rem senatui populoque Romano gratam acceptamque esse, eique honori dignitatique eam rem fore. Hoc vel conjungi cum hoc senatusconsulto licet, vel sejungi potest, separatimque perscribi, ut proprio senatusconsulto Pompejus collaudatus esse videatur.

pro in quascunque terras. Sed vix crediderim hanc ellipsin Ciceroni placuisse & illius ætatis scriptoribus, qui oratione soluta sunt usi. *Grav.*

68. *Unde Antoniorum nec facta &c.*] Alludit ad illud ex vetere tragœdia:

—— —— ubi
Nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Muretus.

M. T

P. B.

M. TULLII CICERONIS IN M. ANTONIUM PHILIPPICA QUARTADECIMA.

ORATIO NONA ET QUINQUAGESIMA.

ARGUMENTUM.

Allatis de prælio ad Mutinam commisso Antonioque victo litteris consulum, & Cæsaris M. Cornutus, prætor urbanus, qui consulare munus, absentibus consulibus, more majorum sustinebat, cum senatum vocasset easque litteras recitasset, sententias rogavit. quid alii censuerint, qui ante Ciceronem rogati sunt, obscurum est: unus tamen ex iis, redeundum, sagis depositis, ad togas, idemque fortasse, decernendam consulibus & Cæsari supplicationem, censuit. Sententia vero Ciceronis hæc fuit: non esse mutandum vestitum, nisi D. Bruto, cujus caussâ saga sumpta essent, liberato: Antonium, quique unà essent, hostes judicandos: supplicationem quinquaginta dierum communiter tribus ducibus decernendam: milites eos, qui pro republica pugnantes interierunt, monumento quàm amplissimo cohonestandos, quæque iis præmia senatus promiserat, ea parentibus, liberis, conjugibus, fratribus eorum persolvenda. P. Manutius.

I. Si, ut ex litteris, quæ recitatæ sunt, patres conscripti, [1] sceleratissimorum hostium exercitum cæsum fusumque cognovi; sic id, quod & omnes maximè optamus, [2] & ex ea victoria, quæ parta est, consecutum arbitramur, D. Brutum egressum jam Mutinâ [a] esse cognovissem: propter cujus periculum ad saga issemus, propter

[a] esse *alii non habent.*

1. *Sceleratorum hostium.*] *Sceleratissimorum* o. l. v. Apud Non. Marcellum hoc membrum ita scriptum est, *Sceleratissimorum hostium exercitum fusum cæsumque cognovi.* Ferrarius.

2. *Et ex ea victoria.*] *Et* nullis in libris vett. reperitur: ut ita fortasse corrigendum sit, *& eam victoriam, quæ parta est, consecutum.* Idem.

3. Re-

pter ejusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine ulla dubitatione censerem. Antè verò [b] quàm sit ea res, quam avidissimè civitas exspectat, allata [c] sit, lætitiæ usus, satis est maximæ præclarissimæque pugnæ: reditum ad vestitum confectæ victoriæ reservate. confectio autem hujus belli est D. Bruti salus.

b *alii* quàm ea.
c sit *iid. hic delent.*

Quæ autem est ista sententia, ut in hodiernum diem vestitus mutetur, deinde cras sagati prodeamus? Nos verò cùm semel ad eum, quem cupimus optamusque, vestitum redierimus, id agamus, ut eum in perpetuum retineamus. nam hoc quidem cùm turpe est, tum ne diis quidem immortalibus gratum, ab [d] eorum aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. 2

d eorundem *alii.*

[e] Atque animadverto, patres conscripti, quosdam huic favere sententiæ: quorum ea mens idque consilium est, ut, cùm videant, gloriosissimum illum D. Bruto futurum diem, quo die, propter ejus salutem [3] redierimus ad vestitum, hunc [f] ei fructum eripere cupiant, ne memoriæ posteritatique prodatur, propter unius civis periculum populum Romanum ad saga [g] iisse, propter ejusdem salutem redisse ad togas. tollite hanc, nullam tam pravæ sententiæ causam reperietis. Vos vero, patres conscripti, conservate auctoritatem vestram, manete in sententia, tenete vestrâ memoriâ, quod sæpe ostendistis, hujus totius belli in unius viri fortissimi & maximi vita positum esse discrimen. 3

e Atqui *alii.*
f tantum ei *alii.*
g *alii* isse, *aut* ivisse.
P. CCLIX.

II. AD D. BRUTUM liberandum legati missi, principes civitatis, qui illi hosti ac parricidæ denuntiarent, ut à Mutina discederet: ejusdem D. Bruti conservandi gratiâ [4] consul sortitu ad bellum profectus A. Hirtius; cujus imbecillitatem valitudinis animi virtus & spes victoriæ confirmavit: [5] Cæsar, cùm exercitu per se comparato, 4

3. *Redierimus ad vestitum.*] Pal. sec. non habet illud, *ad vestitum.* Mauritianus ejus loco substituit, *ad togam.* aliud quid videtur latuisse. an? *redierimus ad nos.* Gruter.

4. *Consules sortiti.*] Legendum, *Consul sortitu.* quam lectionem Ferrarius meo quidem judicio sine ratione repudiavit. *Faërnus.* *Consul sortitu ad bellum &c.*] Ita omnes fere Ferrariani, neque aliter Pal. sec. aut Maur. vulgata *Consules sortiti: ad bellum &c.* quæ lectio etiam non mala. *sortito* atque *sortitu*, ut *fortuitu* & *fortuito* promiscue usi veteres. *Grut.* Muretus & Manutius retinent vulgatam: *Consules sortiti: ad bellum.* Sed in meo MS. est *sortitu.* quem sequor. *Grav.*

5. *Cæsar, tum exercitu per se comparato, primis pestibus Remp. libe-*

rato, [6] à primis pestibus rempublicam liberasset, nequid postea sceleris oriretur, profectus est ad eundem Brutum liberandum, vicitque dolorem aliquem domesticum patriæ caritate.

5 Quid C. Pansa egit aliud delectibus habendis, pecuniis comparandis, senatusconsultis faciendis gravissimis in Antonium, nobis cohortandis, populo Romano ad causam libertatis vocando, nisi ut D. [h] Brutus liberaretur? à quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti una voce depoposcit, ut eam non solùm commodis suis, sed etiam necessitati victûs anteferret. quod sperare nos quidem debemus, patres conscripti, [7] aut inibi esse, aut jam esse confectum: sed spei fructum rei convenit, & eventui reservari, ne aut deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse, aut vim fortunæ stultitiâ
6 contempsisse videamur. Sed quoniam significatio vestra satis declarat, quid [i] hac de re sentiatis: ad litteras veniam, quæ sunt à [k] consulibus & à proprætore missæ, si pauca antè, quæ ad ipsas litteras pertineant, dixero.

II. IMBUTI sanguine gladii, patres conscripti, legio-

h Brutum liberaret *alii.*

i de hac *alii.*

k consule *add. vett.*

rasset.] Ita est in antiquo libro manuscripto: in vulgatis autem videtur abundare particula *tum*. Ursin.

6. *Tum primis pestibus remp. liberasset.*] Particula *tum* satis mihi videtur otiosa: & malim reponere, *cum*, consentientibus aliquot antiquis libris: ut ita legatur & distinguatur: *Cæsar cum exercitu per se comparato, cùm primis pestibus rempublicam liberasset, ne quid, &c. Primas pestes* vocat Antonii reditum a Brundisio. *P. Manut.*

7. *Aut inibi esse: aut jam esse confectum. Et spei &c.*] V. l. ö. partim *mihi*, partim *ubi*, plerique *inibi*, ut impressi, quos probamus. *Inibi* autem *esse* dicebatur id, quod nondum quidem perfectum, sed ita parum aberat a perfectione, ut jam jamque perficiendum esset: & ut loquitur M. Tullius, quod non confectum, sed affectum erat. Affranius, *Postquam se vidit inibi esse, gratam parvulam sororibus commendat.* Pacuvius, *Profecto inibi est: jam jam potiuntur frugum.* Cæcilius, *Liberne es? non sum: verum inibi est.* Hæc a Non. Marcello mutuati sumus. Multus autem idcirco fui, quòd in libris quidam, pro *inibi*, *inceptum* reposuerunt: in quo non solum a veterum l. scriptura discedunt, sed ne mentem quidem Ciceronis assequuntur. Sic igitur totum ex antiquorum librorum auctoritate corrigendum est, *Aut inibi esse: aut jam confectum: sed spei, &c.* Ferrar. *Aut inibi esse, aut jam confectum.*] Ex omnibus libris scriptis post *jam* interponendum est verbum *esse*. quod & ante in vulgata erat. & post multa, similiter ex omnibus libris, ante illa verba, *omnium latronum*, interponenda vox *anus*. Faërnus.

8. Vel

gionum exercituumque nostrorum, [8] vel madefacti potiùs [l] duobus consulum, tertio Cæsaris [m] prœlio. Si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas: nefarium scelus, si civium. Quousque igitur is, qui omnes hostes scelere superavit, nomine hostis carebit? nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, [n] & dubitare, utrùm in cive an in hoste figantur. Supplicationem de- 7
cernitis: hostem non appellatis. Gratæ verò nostræ diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ, cùm interfecta sit civium multitudo. *De improbis*, inquit, *&* *audacibus.* nam sic eos appellat clarissimus vir. quæ sunt urbanarum maledicta litium, non [o] inustæ belli internecini notæ. testamenta, credo, subjiciunt; aut ejiciunt vicinos; aut adolescentulos circumscribunt. his enim vitiis affectos & talibus malos & audaces appellare consuetudo solet.

[9] Bellum inexpiabile infert quattuor consulibus unus 8
omnium latronum tæterrimus: gerit idem bellum cum senatu populoque Romano, omnibus ([10] quamquam ruit ipse [p] suis cladibus) pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat: Dolabellæ ferum & immane facinus, [11] quod nulla barbaria posset agnoscere,

l duorum *edd. vett.* P. B.
m præsidio *edd. vett.*
n dubitantes *alii*.
o justæ *Muret.* alii aliter.
p cum suis (cladem *Lamb.* cum suis) gladios *Faërn.*

8. *Vel madefacti potius.*] Minus est, *madefacti*, quàm, *imbuti*. correctione usus est, ut legionum gladios nondum satiatos esse ostenderet hostium sanguine. *P. Manut.*

9. *Bellum inexpiabile infert.*] Liquidò legit Mauric. *inexpiale*. quod animadvertendum putabat Gulielmius. at ego arbitror attendendum magis Palatino pr. ac sec. in quibus *expiabile*, neque aliter legebatur in iis membranis duobus aliis Philipp. XIII. ubi hodie habemus *inexpiabile*. Gruter.

10. *Quamquam ruit ipse suis cladibus.*] Quamquam, quas nobis denunciat clades, iis ipse ruit. Faërnus aliter: non disputo quam recte; tantum dico, non libenter me facere, ut cum antiquis libris congruente sententiâ mutationem quæram. *P. Manut.*

11. *Quod nulla barbaries posset ignoscere.*] Sic o. l. v. *Quod nulla barbaria posset agnoscere.* Quod mihi ita mirabiliter arridet, ut in eo M. Tullium videar agnoscere. Idem autem *agnoscere* hoc loco significat, quod loco illo pro Milone, *Cum tota Italia facti illius gloriam libenter agnosceret.* Pro Plancio, *Sequestremne Plancium respuerent aures, agnosceret nemo.* & pro Cælio, *Facis adulteria, quæ nemo non modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere.* Dicit idem mutatis verbis pro Cluentio, *Quod unquam Habitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur.* Barbari igitur Dolabellæ facinus, ut abhorrens a natura sua, non agnoscerent: ex quo intelligi potest, quàm ferum quámque immane

re, [12] id suo consilio factum esse testatur: quæque esset facturus in hac urbe, nisi eum hinc ipse Jupiter q ab hoc templo atque mœnibus repulisset, declaravit in Parmensium calamitate, quos, optimos viros honestissimosque homines, maximè cum auctoritate hujus ordinis populique Romani dignitate conjunctos, [13] r crudelissimis exemplis interemit [14] propudium illud & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominum, s vel, si
9 etiam dii oderint quos oportet, omnium deorum. Refugit animus, patres conscripti, eaque dicere t reformidat; quæ L. Antonius in Parmensium liberis & conjugibus effecerit. quas enim turpitudines Antonii libenter v subierunt, easdem per vim lætantur aliis se intulisse. sed vis calamitosa est, quam x illis intulerunt: libido flagitiosa, quâ Antoniorum oblita est vita.

IV. Est igitur quisquam, qui hostes appellare non audeat, quorum scelere crudelitatem y Karthaginiensium victam esse z fateatur? qua enim in urbe tam immanis Hannibal capta quàm in Parma surrepta Antonius? nisi fortè hujus coloniæ & ceterarum, in quas eodem est animo, non est a hostis Antonius putandus. Si

q ab his mœnibus *edd. vett.*
r crudelissime interemit *edd. vett.*
s vel deorum *alii.*
t formidat *alii.*
v cum dedecore subi. *Manut. & alii.*
P. CCLX.
x illi tulerunt *Faërn.* illi intul. *Lamb.*
y constat Kart. *alii.*
z *iid. delent* fateatur.
a hostis put. *edd. vett.*

ne fuerit, quod homines etiam ad crudelitatem nati respuerent. *Ferrar.*

12. *Id duorum consilio factum.*] *Id suo consilio* o. l. v. quod probo: quod M. Antonius in sua epistola dixerat, eosdem nobis parcere idem sentientibus: id M. Tullius ita interpretatus fuerat, Ita Antonio convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium, &, si posset, etiam Brutum, Cassium discruciatos necaret. Propterea nunc dicit, *Suo consilio factum esse testatur.* Ferrar.

13. *Crudelissimis exemplis interemit.*] Iis tormentis excruciatos, quæ exemplo esse possent. Terentius Eunuch. *Uterque in te exempla edent.* Cæsar Bell. Gal. lib. I. *In eos omnia exempla cruciatusque edere.* P. Manut.

14. *Proludium illud & portentum.*] *Prodigium* pro *Proludium* vidi in quodam libro notatum. *Ursin.* Ita omnes libri mss. vel adeo *præludium.* Ferrarius tamen *propudium* magis convenire indicat; recipitque Lambinus. veniebat mihi sub calamum *proluvium*, propius ad characteres alterius vocis. *Gruter.* Si *prodigium* exstaret in ullo librorum, quos alii viderunt, præter illum, quem inspexit Ursinus, facile ceteris præferrem. Sed quia omnes libri *proludium* præferunt, recipio cum Mureto & Lambino conjecturam Ferrarii, ut in tot aliis locis harum orationum receperunt dudum viri docti, quod videre licet in libello meo Variarum Lectionum. Gruterum eam repudiasse hoc tantum nomine credo, quòd placuerit Lambino. nam illius *proluvium* est mera illuvies. *Grav.*

Si verò coloniarum & municipiorum fine ulla dubitatione hostis est, quid tandem hujus censetis urbis, [15] quam ille ad explendas egestates latrocinii sui concupivit? quam jam [b] peritus metator & callidus decempedâ suâ Saxa diviserat? Recordamini, per deos immortales! patres conscripti, quid hoc biduo timuerimus [16] à domesticis hostibus, rumoribus improbissimis dissipatis. Quis liberos, quis

b pridem met. *Lamb.* *Gothof.*

15. *Quam ille ad expiandas egestates latrocinii sui concupivit?*] Tale quid supra etiam habuimus in orationibus. at Pal. prim. *explicandas.* sec. quart. *explendas*, quomodo edidere Manutius ac Lambinus. nescio quàm bene. *Grut.* Optime sane. Latinè loquentes non intelligunt quid sit *expiare egestates latrocinii.* expiare cladem, injuriam, scelus apud idoneos scriptores quid notet nemo ignorat. Sed *expiare egestatem* pro abolere ne Appulejus quidem dixerit. Vere hunc locum emendarunt, qui legunt, *ad explendas egestates*, ut jam reposuerunt Faërnus, Muretus, Manutius & Lambinus. Sed quid *egestas latrocinii?* Quamvis sic in omnibus libris scribatur, legendum tamen *latrociniis suis.* ultimam litteram in *latrociniis* absorpsit eadem littera prima sequentis vocis *sui*: Dein *suis* fuit accommodandum ad *latrocinii*, ne in canonem Grammaticum impingatur, inde natum *suis.* Urbem concupivit ad egestates suis latrociniis explendas, urbem diripere constituens. *Egestates*, dixit, ut alibi, *nobilitates* in 1. de Offic. *honestates* Orat. pro Sext. *in qua omnes honestates civitatis, omnes ætates, omnes ordines consentiunt.* Græv.

16. *A domesticis hostibus, id est, qui intra mœnia hostes sunt.*] Dii malefaciant isti imperitorum generi, qui sub omnibus rebus glossemata subscribunt: quæ causa libros mendis refersit: sed quædam tamen ita perspicua, ut fugere neminem possint, nisi eum, qui plane cæcus ignorantiâ sit, aut certe omnibus in rebus conniveat. Ut illud in Catil. oratione IV. *Ut sui oblitus, alii memoretur.* & illud pro Rosc. Amerino, *Insutus in culeum: supplicium parricidarum.* Et apud Varronem lib. VI. *Non solum quod dicitur, malum consilium consultori esse pessimum: sed etiam bonum consilium, qui consulit, & qui consulitur, bonum habendum.* Quædam vero ita figuram veri fallaciter imitantur, ut difficile sit internoscere: cujusmodi illud pro Milone, *Quid, quod caput audaciæ est?* nam *audacia* meo quidem judicio subditicium est: oculis tamen non intentis, neque acriter intuenti verum esse videbitur. Quorsum hæc oratio? inquies. ego verba hæc, *Id est qui intra mœnia hostes sunt*, etsi omnes libri contra faciunt, non dubito tamen quin glossema sit, atque ex eo genere quidem, quod nemini nisi plane hebeti objicere possit errorem: etenim quid erat, quod se ipsum perinde M. Tullius interpretaretur, quasi quicquam novum aut insolitum extulisset? nonne *Domesticas insidias, domesticum bellum, hostes* etiam *domesticos* pro intestinis semel & sæpius usurpavit? quocirca ex libris hæc potes meo periculo tollere. *Ferrar.*

quis conjugem adſpicere poterat ſine fletu? quis domum? quis tecta? quis larem familiarem? [c] Aut fœdiſſimam mortem omnes aut miſerabilem fugam cogitabant. Hæc à quibus timebantur, eos hoſtes appellare dubitamus? gravius ſi quis attulerit nomen, libenter aſſentiar: hoc vulgari contentus vix ſum, leviore non utar.

c Jam aut *Grut.*

11 Itaque cùm ſupplicationes juſtiſſimas ex iis litteris, quæ recitatæ ſunt, decernere debeamus, Serviliusque decreverit: augebo omnino numerum dierum, præſertim cùm non uni, ſed tribus ducibus ſint decernendæ. Sed hoc primùm faciam, ut imperatores appellem eos, quorum virtute, [d] conſilio, felicitate, maximis periculis ſervitutis atque interitûs liberati ſumus. Etenim cui viginti his annis ſupplicatio decreta eſt, ut non imperator appellaretur, aut minimis rebus geſtis, aut plerumque nullis? Quamobrem aut ſupplicatio ab eo, qui antè dixit, decernenda non fuit: aut uſitatus honos pervulgatusque tribuendus iis, quibus etiam novi [e] & ſingulares debentur.

d & conſ. *add. vett.*

P. B.

e ſingulareſque *alii.*

12 V. [f] AT SI QUIS Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidiſſet, [g] non eum hac conſuetudine, quæ [h] increbruit, imperatorem appellaret ſenatus? tot legionibus cæſis, [17] tanta multitudine interfecta, hoſtium dico; ita, inquam, hoſtium, quamvis hoc iſti hoſtes domeſtici nolint, clariſſimis ducibus [i] ſupplicationum honorem tribuemus, imperatorum nomen adimemus? Quanto enim honore, lætitiâ, gratulatione in hoc templum ingredi debent illi ipſi hujus urbis liberatores, cùm heſterno die propter eorum res geſtas me ovantem & prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit?

f An ſi *Mur. vet. Lamb.*

g non *Iidem delent.*

h increbuit *alii.*

i ſupplicationis *add. vett.*

k Is

17. *Tantâ multitudine hoſtium interfectâ, dico, inquam, hoſtium.*] Sic Lang. *Tanta multitudine interfecta hoſtium dico ita inquam hoſtium.* quem ſequor. eſt autem ſic interpungendum, *Tanta multitudine interfecta, hoſtium dico: ita, inquam, hoſtium.* Ex ſe jam intelligitur. nam impreſſi libri ſunt plane barbari. *Ferrar.* *Tanta multitudine hoſtium interfecta: hoſtium dico? ita, inquam, hoſtium: quamvis hoc iſti hoſtes domeſtici nolint.*] Ita legitur hic locus in duobus manuſcriptis codicibus, qui ſunt apud me, pervetuſti. *Urſin.* Muretus edidit: *Tanta multitudine interfecta, hoſtium dico? ita, inquam, hoſtium.* Librorum Urſini ſcriptura eſt optima, quam ſi approbarent mei aliorumque codices, non eam negligerem. *Grav.*

18. *Et*

k Is enim demum est, meâ quidem sententiâ, justus 13
triumphus ac verus: cùm bene de republica meritis testimonium à consensu civitatis datur. nam sive in communi gaudio populi Romani uni gratulabantur, magnum judicium: l sive gratias agebant, eo majus: sive utrumque, nihil magnificentius excogitari potest. Tu igitur m ipse de te? dixerit quispiam. Et quidem invitus: sed injuriæ n dolor fecit me, præter consuetudinem, gloriosum. nonne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus non o referri? [18] etiam in eos, qui omnes suas curas in reipublicæ salute defigunt, crimen invidiaque quæretur?

k Is demum *alii.* l sive uni gratias *Grut.* m ipse *quad. edd. non habent.* n dolore ajo me *edd. vett.* o referre *alii.*

Scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem, 14
[19] me per idus Quintiles, qui dies hodie est, cum fascibus

18. *Etiam in eos, qui &c. defigunt, in pejus, crimen invidiaque quæretur?*] Ita hunc locum fractum luxatumque redintegravi, auctoritate Pal. sec. qui tamen habebat pro illo *in pejus* verbum *impetus*, aberatque enclitica *que*. Gruterus. Muret. ed. *N. s. e. a. h. v. i. g. b. m. non referri, nisi etiam in eos, qui omnes suas curas in reip. salute defigunt, crimen invidiaque quæratur?* Istud *in pejus*, quod in nonnullis MSS. est, & ex iis hic repositum a Grutero, quomodo ad hunc locum pertineat nullus video, & jam olim animadvertit Faërnus. Expunxi itaque has voces, quas malè hic inculcarunt. *Grævius.*

19. *Me per idus Quinct.*] Hic dies, quo senatus propter consulum Cæsarisque litteras habitus est, fuit XI. Kal. Maji, ut ex epist. ad M. Brutum liquet: scripsit enim ad eum Cicero, nuntium victoriæ. XII. Kal. Maji allatum esse. postridie autem senatus fuit. quî potest igitur locum habere mentio Quinctilis mensis? hoc Ferrarius cum vidisset, opem a conjectura quæsivit, & pro *Per idus Quinct.* legendum putavit, *Pridie Vinalia:* nam Vinalia fuere X. Kal. Maji. Acute Ferrarius: nec ego dissentio, quamquam non omnis ejusmodi conjectura est, ut scopum veritatis attingat. *P. Manut. Me per Idus Quinctiles, qui dies hodie est.*] Ita est in vulgatis Victorii & Manutii codicibus, & male. Ant. Augustinus legit, *Me pridie Quinquatrus*, nihilo melius, sed contrario quàm illi errore: pugna enim Mutinensis circiter Idus Apriles facta est: Quinquatrus autem post Idus Martias celebrabantur. Totum autem hunc locum ita legebat Pantagathus, minore, ut ipse dicebat, strepitu & commodiore fortasse sensu: *Nonne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam benemerentibus non referri? etiam ne iis, qui omnes suas curas in Reip. salute defigunt? Scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me per Idus Apriles, qui hodie est, cum fascibus descensurum: at quem in Imperatorem crimen invidia quæritur? credo hoc in gladiatorem, aut latronem, aut Catilinam esse consultum, non in eum &c.* Ursin. *Sermonem, me per Idus &c. descensurum. In aliquem credo hoc gladiatorem &c.*] Pal.

bus descensurum. In [20] aliquem credo hoc gladiatorem; aut latronem, aut Catilinam esse consultum, non in eum, qui, ne quid tale in republica fieri p posset, effecerit. an ut ego, qui Catilinam hæc molientem sustulerim, everterim, afflixerim, ipse q existerem repentè Catilina? quibus auspiciis istos fasces augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem? [21] quemquamne fuisse tam sceleratum, qui hoc fingeret? tam furiosum, qui crederet? Unde igitur ista suspicio, vel r potiùs unde iste sermo?

p possit *alii.*
q extiterim *alii.*
P. CCLXI.
r potius iste *alii.*

VI. Cùm, ut scitis, hoc triduo, vel quatriduo, tristis à Mutina fama manaret; inflati lætitiâ atque insolentiâ impii cives, unum se in locum [22] ad illam curiam, vi-

sec. debetur periodi quoque istius persanatio, miserrimè hactenus distractæ distortæque ab medicis criticis, non medicis. Et sanè qui sine subsidio membranarum aggreditur medicinam facere auctori alicui, nihil aliud debet doctis ac bonis quàm ludibrium. in hac nostra emendatione omnia liquent: solùm illud *consultum* obscurius est. sed erat in omnibus Pall. & olim impressis; mutaruntque neoterici in *confictum*. ceterum *imperatorem habituri erimus?* exstat quidem in vett. edd. sed in nullo Palatinorum. itaque vel istius emendationis causâ non pœniteret me ærumnosi laboris, quem posui in comparando Cicerone cum mss. *Gruter.* *Descendere per Idus* num Latine dicitur? Nonne Cicero dixisset *descendere Idibus, qui dies hodie est?* Sic mecum existimabunt, qui Latinæ consuetudinis non sunt imperiti. Quæ omnia probabiliorem reddunt conjecturam Ferrarii, quam receperunt Muretus & Lambinus, id quod ego non ausus sum contra libros omnes, quamvis vitiosam esse vulgatam lectionem nemo non videat. *Grav.*

20. *Aliquemne in pejus.*] Hic mihi tenebræ sunt: nec quæ Ciceronis mens fuerit, nec quâ progrediar ad emendandum viâ satis liquet. Faërni liberior quàm deceat conjectura fuit; legebat enim: *Credo hoc in aliquem impium, in gladiatorem, &c.* P. Manut.

21. *Quamquam, opinor, nec fuisse tam sceleratum, qui hoc fingeret, nec tam furiosum, qui crederet.*] Sic liber Lang. *Quanquam nec fuisse tam sceleratum, qui hoc fingeret: tam furiosum, qui crederet.* Scal. *Quanquam ne fuisse tam.* cetera eodem modo. ut Lang. ego unâ modo litterâ detractâ, *Quemquamne fuisse.* & quæ sequuntur, similiter. quo modo de meliori nota scriptores locuti sunt. Terent. in Adelph. *Vah quemquamne hominem in animo instituere aut parare quod sit carius quàm ipse sibi?* & in Phorm. *Tantâne affectum hominem quenquam esse audaciâ?* Et Plaut. in Trin. *Nostramne nutricem here, qua nos educat, abalienare a nobis?* Et M. Tull. pro Rosc. Com. *Proh dii immortales, esse ne quenquam tantâ audaciâ præditum?* Ferrarius.

22. *Ad illam curiam suis potius quàm reip. infelicem.*] Qui curiam

viribus potiùs suis quàm reipublicæ infelicem, congregabant. ibi cùm consilium inirent de cæde nostra, partirenturque inter se, qui Capitolium, qui [s] Rostra, qui [s] urbis portas occuparent: ad me concursum futurum civitatis putabant. quod [t] ut cum invidia mea fieret, & cum vitæ etiam periculo, famam istam fascium dissipaverunt: fasces ipsi ad me delaturi fuerunt. quod cùm esset quasi mea voluntate factum, [v] tum in me impetus conductorum hominum, quasi in tyrannum, parabatur: ex quo cædes esset vestrûm omnium consecuta. [23] Quæ res patescit, patres conscripti: [x] sed suo tempore totius hujus sceleris fons aperietur.

[s] *alii* ostia.
[t] ut invidiâ *edd. vett.*
[v] tum impetus *edd. vett.*
[x] quod *alii.*

16 Itaque P. [y] Appulejus, tribunus plebis, meorum omnium consiliorum periculorumque jam inde à consulatu meo testis, conscius, [z] adjutor, dolorem ferre non potuit: doloris mei concionem habuit maximam, populo Romano unum atque idem sentiente. In qua concione cùm me, pro summa nostra conjunctione & familiaritate, liberare suspicione fascium vellet, una voce cuncta concio declaravit, nihil esse à me umquam de republica nisi optimè cogitatum. Post hanc habitam concionem, duabus tribusve horis, optatissimi nuntii & litteræ venerunt: ut idem dies non modò me iniquissimâ invidiâ liberarit, sed etiam celeberrima populi Romani gratulatione auxerit.

[y] Apulejus *alii.*
[z] & adjutor *alii.*

17 Hæc interposui, patres conscripti, non tam ut pro me

riam Pompejanam, quòd in ea Cæsar interfectus fuisset, infelicem ex eo nominaverant, hoc videlicet significare voluerant, eam reip. infelicem fuisse: utpote in qua patri patriæ nex allata esset. at Cicero eam eis potius infelicem esse ait, qui partes illas foverént, &, ut Cæsar fecerat, remp. opprimere molirentur. Itaque quod in aliis legébatur, *viribus suis*, aut, *viris suis*, aut *vitiis suis:* addita hæc erant ab iis, qui, quam vim haberet illud, *suis*, non videbant. *Muret. Viribus potius suis quàm reip. infelicem.*] *Civibus potius suis* Ant. Augustinus. *Ursinus.* A Franc. & Amsterod. *infelicem* abest. Sed Muretus edidit: *ad illam curiam suis potius quàm reip. infelicem.*

23. *Quæ res patefecit.*] Liber unus atque alter, in queis Lang. *patescit.* quod probo. est omnino poëticum verbum: sed tamen habet, inquit M. Tullius, in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Virgil.

—— *Danaumque patescunt*
Insidiæ.

Utitur tamen Livius: *nam patefecit quidem perspicue falsum.* Ferrar.

P. B. me [a] dixerim (malè enim mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus) quàm ut quosdam nimis jejuno animo & angusto monerem, id quod semper [b] ipse fecissem, uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidiâ putarent. Magnus est in republica campus, ut sapienter dicere Crassus solebat. multis apertus cursus ad laudem.

a dicerem *alii è conj. Ferrar.*

b ipse *deest in aliis.*

VII. UTINAM quidem illi principes viverent, qui me post meum consulatum, cùm iis ipse cederem, principem non inviti videbant! hoc verò tempore in tanta inopia constantium & fortium consularium, quo me dolore affici creditis, cum alios malè sentire, alios nihil omnino curare [c] videam, alios parum constanter in suscepta causa permanere, sententiamque suam non semper utilitate reipublicæ, sed cùm spe, tum timore moderari?
18 Quòd si quis de contentione principatûs laborat, quæ nulla esse debet: stultissimè facit, si vitiis cum virtute contendit. ut enim cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. Tu, si ego de republica optimè sentiam: ut me vincas, ipse pessimè senties? aut, si ad me bonorum concursum fieri videbis, ad te improbos invitabis? nollem, primùm reipublicæ causâ: deinde etiam dignitatis tuæ. Sed, si principatus ageretur, quem numquam expetivi, quid tandem mihi esset optatius? ego enim malis sententiis vinci non possum, bonis [d] forsitan possum & libenter.

c video *alii.*

d forsan *alii.*

19 Hæc populum Romanum videre, animadvertere, judicare, quidam molestè ferunt. poteratne fieri, [24] ut non perinde homines de quoque, ut quisque mereretur, judicarent? ut enim de universo senatu populus Romanus verissimè judicat, nullis reipublicæ temporibus hunc ordinem firmiorem atque fortiorem fuisse, sic de unoquoque

que

24. *Ut non perinde homines quoque.*] *Quique* unus alterve liber: in queis Lang. Ceteri ab impressis non differunt. ego deesse aliquid puto, *deque* suggerendum: ut sit, *De quoque, ut quisque mereretur, judicarent.* quemadmodum paulo infra: *Ita de unoquoque, ut quemque meritum arbitrantur, existimant.* Ferrar. *Ut non perinde homines quoque ut quisque mereretur.*] Bene judicio meo conjicit Ferrarius legendum, *de quoque:* & miror cur non ita impressum sit. defectus enim illius particulæ *de* totum sensum corrumpit. *Faërnus.* Sane sententia requirit *de*, quod jam reposuerunt in suis editionibus Faërnus, Muretus, Manutius, Lambinus. *Gravius.*

25. Ms

que nostrûm, & maximè qui hoc loco sententias dicimus, sciscitantur omnes, avent audire, quid quisque senserit. ita de unoquoque, ut quemque meritum arbitrantur, existimant. P.CCLXII.

Memoriâ tenent, me ante diem [e] XIII. Kalendas Ja- 20
nuarias principem revocandæ libertatis fuisse: [25] me ex Kalendis Januariis ad hanc horam [f] invigilasse reipublicæ. meam domum measque aures dies, [g] noctes, omnium præceptis monitisque patuisse: meis litteris, meis nuntiis, [h] meis cohortationibus omnes, qui ubique essent, ad patriæ præsidium excitatos: meis sententiis à Kalendis Januariis numquam legatos ad Antonium: semper illum hostem, semper hoc bellum: ut ego, qui omni tempore veræ pacis auctor fuissem, huic essem nomini pestiferæ pacis inimicus.

e XIV. alii. f vigilasse alii. g & noctes alii. h meisque alii.

Idem [i] Ventidium, cùm alii tribu- 21
num plebis voluissent; [k] non ego semper hostem? [26] has in sententias meas si consules designati discessionem facere voluissent, omnibus istis latronibus auctoritate ipsa senatûs jam pridem de manibus arma cecidissent.

i R. Vent. MS. P. Ventid. Muret. Lamb.

VIII. SED, QUOD tum non licuit, patres conscripti, id hoc tempore non solùm licet, verùm etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari, sententiis nostris hostes judicari. k num alii.

Antea cùm hostem aut bellum 22
nominassem, semel & sæpius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt. quod in hac causa jam fieri non potest. ex litteris enim C. Pansæ, A. Hirtii consulum, C. Cæsaris proprætoris, de honore diis immortalibus habendo sententias diximus. Supplicationem modò qui decrevit, idem imprudens hostes judicavit. numquam enim in civili bello supplicatio decreta est. decretam dico? ne victoris quidem litteris postulata est.

Ci-

25. *Me ex Kal. Jan. ad hanc horam vigilasse reip.*] *Invigilasse* quinque libri veteres. in queis Lang. quod valde placet: sic enim dicitur, *invigilare reip.* ut *indormire causa*, *indormire tempori.* Virg. *Namque alia victu invigilant.* Et alibi, *Invigilant pueri venatu.* Ferrar.

26. *In has sententias meas si consules designati discessionem facere voluissent.*] Ita est in vulgatis, & male. Ant. Augustinus recte negat designatos, qui jam gererent consulatum: sed nihil reponit pro *designati.* Octavius Pantagathus legebat *dedignati*, hoc sensu: quod Antonium non putarent hoc nomine dignum, atque ideo noluerint eam discessionem facere: vix enim credi potest, tollendum esse tam longum verbum, quin aliud pro eo reponendum sit. *Ursin.*

27. Qui-

23 Civile bellum consul Sulla gessit: legionibus in urbem adductis, quos voluit, expulit: quos potuit, occîdit: supplicationis mentio nulla. Grave bellum [l] Octavianum insecutum est: supplicatio Cinnæ nulla victoris. Cinnæ victoriam imperator ultus est Sulla: nulla supplicatio decreta à senatu. Ad teipsum, P. [m] Servili, num misit ullas collega litteras de illa [n] calamitosissima pugna Pharsaliæ? num te de supplicatione voluit referre? profectò noluit. At misit postea de Alexandria, de Pharnace. Pharsalicæ verò pugnæ ne triumphum quidem egit. eos enim cives pugna illa sustulerat, [27] quibus non modò vivis, sed etiam victoribus, & incolumis & florens civitas esse

24 posset. Quod idem contigerat superioribus bellis civilibus. [28] Nam mihi consuli supplicatio, nullis armis sumptis, non ob cædem hostium, sed ob conservationem civium, novo & inaudito genere, decreta est. Quamobrem aut supplicatio ob rempublicam pulcherrimè gestam postulantibus [o] vestris imperatoribus [29] deneganda est, quod præter Gabinium contigit nemini: aut, supplicatione [p] decernenda, hostes eos, de quibus decernitis, judicetis necesse est.

IX. QUOD ergo ille [q] re, id ego etiam verbo; cùm imperatores eos appello, hoc ipso nomine & eos, qui jam devicti sunt, [r] & eos, qui supersunt, hostes judico,

25 cùm victores appello imperatores. Quomodo enim potiùs Pan-

l Octavii *alii*.
P. B.
m Servilium *edd. vett.*
n *alii* calamitosa.
o nostris *alii*.
p *alii* decreta.
q re, id *alii*.
r & eos *non est in edd. vett.*

27. *Quibus non modo vivis, sed etiam victoribus, in columis & florens civitas esse potest.*] Ita est in duobus manuscriptis, iis denique antiquissimis codicibus. ego tamen vulgatam lectionem retineo, dummodo ex ea & copula, quæ est ante verbum *incolumis*, deleatur. *Ursin.* *Non modò victoribus, sed etiam vivis.*] Maur. *non modò vivis, sed etiam victoribus*, quomodo & Pal. sec. quod verissimum quidem putat Gulielmius. àt ego non video, qua tunc ratione constet sententia. *Grut.*

28. *Nam mihi consuli supplicatio.*] Hanc supplicationem togato Ciceroni, Catilinâ urbe pulso, sociis ejus in urbe comprehensis, decrevit M. Cato: ut ad eum scripsit Cic. ep. 4. lib. XV. Fam. *P. Manut.*

29. *Publice deneganda est.*] Non modo omnes antiqui libri, sed etiam ratio nobis auctor est, ut *publice* deleamus: etenim quis Senatus privatim denegat? *Ferrar.* *Publice* posset exponi auctoritate Senatus, ut sæpe. sed non eam vocem agnoscunt nostri codices. Meus: *Nostris imp. p. deneganda est.* Colon. *nostris im. p. deneganda est.* Nimirum in antiquioribus codicibus scriptum fuit *nostris impp.* hoc est *nostris imperatoribus.* Alterum *p.* mutatum fuit in *publice*, *nostris* reposui pro *vestris*, *Græv*,

30. Quo

Pansam appellem? etsi habet honoris [f] amplissimum nomen. [30] quo Hirtium? est ille quidem consul: sed alterum nomen beneficii est populi Romani, alterum virtutis atque victoriæ. Quid? Cæsarem, deorum beneficio reipublicæ procreatum, dubitemne appellare imperatorem? qui primus Antonii immanem & fœdam crudelitatem non solùm à jugulis nostris, sed etiam à membris & visceribus avertit. Unius autem diei quot & quantæ virtutes, dii immortales, fuerunt!

f nomen amplissimi alii.

Princeps enim omnium Pansa prœlii faciendi & cum Antonio confligendi fuit, [31] dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore. cujus si acerrimum impetum cohibere Pansa potuisset, uno prœlio confecta res esset. Sed cùm libertatis avida legio effrenatiùs in aciem hostium irrupisset, ipseque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis vulneribus acceptis, sublatus è prœlio, reipublicæ vitam reservavit. Ego verò hunc non solùm imperatorem, sed etiam clarissimum imperatorem judico: qui cùm aut morte aut victoriâ se satisfacturum reipublicæ spopondisset; alterum fecit, alterius dii immortales omen avertant! 26

P. CCXXIII

X. QUID dicam de Hirtio? qui, re audita, è castris duas legiones eduxit incredibili studio atque virtute, quartam illam, quæ, relicto Antonio, se olim cum Martia legione conjunxit, & septimam, quæ constituta ex veteranis, docuit [t] illo prœlio, militibus iis, qui Cæsaris beneficia servassent, senatûs populique Romani carum nomen esse. his viginti cohortibus, nullo equitatu, [32] Hirtius ipse, aquilam quartæ legionis cùm inferret, 27

t hoc alii.

[33] quia

30. *Quo Hirtium.*] Ant. Augustinus legit, *quo modo Hirtium?* & ita videtur legendum. *Ursin.*

31. *Dignus Imperator legione Martia.*] Aut aliquid meâ quidem sententiâ huic membro deest, ut proximo inferiori superat; aut enim sic emendandum est, *Dignus imperator legione, digna legio imperatore*; aut, quod rectius esse judico atque venustius, *Dignus Imperator legione Martia, digna legio imperatore Pansa:* sic enim vocabulum vocabulo, nomini nomen responderet. *Ferrar.*

32. *Hirtius ipse aquilam.*] Aut Octavius & Hirtius hoc ambo fecerunt, aut alteri falsò attribuitur. Nam Suetonius scribit Octavium in media dimicatione aquilifero legionis suæ graviter saucio aquilam humeris subiisse diuque portasse. Et mirum est Ciceronem, si hoc fecit Octavius, in tantis ejus laudibus non id ei attribuisse: quod quidem non minus memorabile fuisset in pene puero, ac potius magis, quàm in viro. *Cælius Secundus.*

33. Quia

33 quia nullius pulchriorem ſpeciem imperatoris accepimus, cum tribus Antonii legionibus equitatuque conflixit, hoſteſque nefarios, huic Jovi maximo ceteriſque deorum immortalium templis, urbis tectis, libertati populi Romani, noſtræ vitæ ſanguinique imminentes, proſtravit, fudit, occîdit; ut cum admodum paucis, nocte tectus, metu perterritus, princeps latronum duxque fugerit. O ſolem ipſum beatiſſimum, qui antequàm ſe abderet, ſtratis cadaveribus parricidarum, cum paucis fugientem vidit Antonium!

28 An verò quiſquam dubitabit appellare Cæſarem imperatorem? ætas ejus certè ab hac ſententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute ſuperavit ætatem. Ac mihi ſemper eo majora beneficia v C. Cæſaris viſa ſunt, quò minùs erant ab ætate illa poſtulanda. cui cùm imperium x dabamus, eodem tempore etiam ſpem nominis ejus deferebamus; quod, y cùm eſt ſecutus auctoritatem noſtri decreti, rebus geſtis ſuis comprobavit. Hic ergo adoleſcens maximi animi, ut veriſſimè ſcribit Hirtius, caſtra multarum legionum paucis cohortibus tutatus eſt, ſecundumque prœlium fecit. Ita trium imperatorum z populi Romani virtute, conſilio, felicitate, uno die locis pluribus reſpublica eſt conſervata.

v C. *deeſt in aliis.*
x dabamus *non eſt in MS. rectè.* P. B.
y conſecutus auct. *alii.*
z pop. Rom. *deeſt in aliis.*

29 XI. DECERNO igitur eorum trium nomine quinquaginta dierum ſupplicationes; 34 quas ut honorificentiſſi-

33. *Quia nullius pulcriorem &c.*] Sic Maur. & Pal. omnes item retrò cuſi. Ferrarius auctor fuit cur recentiores edd. receperint conjectaneum ipſius, *qua*, minus rectè. ideo intulit, *Aquilam ipſe Hirtius, quod eo ipſo Imp. fiat ſpecioſiſſimus.* Vetuſtiſſima editio ſtat pro nobis. ſequentes habent, *quàm ullius pulcriorem ſpeciem imperatoris accepimus?* ſatis rotundè. *Gruter.* Tricatur Gruterus. *quia* hîc non poteſt retineri, nullius enim rei præcedentis redditur ratio, ſed oſtendit tantum hoc factum, quod imperatoris ſpeciem reddidit tam pulchram. Merito itaque receperunt *qua* Faërn. Muret. Manut. Lamb. In Franc. Amſterod. & meo MS. eſt: *q₂ nullius pulchriorem ſpeciem imperatoris accepimus.* hæc nota q₂ interdum *que* in illo codice notat, interdum *qua*, nonnunquam *quod*. Grævius.

34. *Quas ut honorificentiſſimis verbis conſequi potero, complectar ipſâ ſententiâ.*] Hæc duo verba, *ipſâ ſententiâ*, abundare videntur. *Faërn.* Meus codex, *Cauſis ut honorificentiſſimis verbis conſequi potuero, complectar ipſâ ſententiâ.* Quid ſit *ſupplicationes ſententiâ ipſâ complecti*, id quidem me ignorare fateor. Sed *cauſſas ſupplicationum ſententia complecti*, quid notet norunt omnes, qui Latinè ſciunt. Et ſic omnino cum Mureto legendum, qui procul dubio id in antiquis mem-

tissimis verbis [a] consequi [b] potero, complectar [35] [c] ipsa sententia. Est autem fidei pietatisque nostræ, declarare fortissimis militibus, quàm memores simus quàmque grati. Quamobrem promissa nostra atque ea, quæ legionibus, bello confecto, tributuros nos spopondimus, hodierno senatusconsulto renovanda censeo. æquum est enim, militum, talium præsertim, honorem conjungi.

Atque utinam, patres conscripti, civibus omnibus sol- 30
vere nobis præmia liceret! quamquam [d] nos ea, quæ promisimus, [36] studiose cumulata reddemus. sed id quidem restat, ut spero, victoribus, quibus senatûs fides præstatur: [e] quam quidem cùm difficillimo reipublicæ tempore secuti sunt, eos numquam oportebit consilii sui pœnitere. Sed facile est bene agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari [f] videmur. illud admirabilius & majus, maximéque proprium senatûs sapientis est, gratâ eorum virtutem memoriâ prosequi, qui pro patria
vitam profuderunt. Quorum de honore utinam mihi plu- 31
ra in mentem venirent! duo certè non præteribo, quæ maximè occurrunt: quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam; alterum ad leniendum mærorem & luctum proximorum.

XII. PLACET igitur mihi, patres conscripti, legionis Martiæ militibus & eis, qui unà pugnantes occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimum. magna atque incredibilia sunt in rempublicam hujus merita legionis. hæc se prima latrocinio abrupit Antonii: hæc tenuit

a ipse cons. alii.
b potuero MS.
c ipsa sent. non est in ed. Faërn.
d nos alii delent.
e quam quidem quam id diff. MSS. quamquam quidem Ferrar.
f videamus alii.
P. CELSIVS

membranis repperit, ut ego in meis, nisi quod in his scribatur *caussis* perperam pro *causas*. Has causas, cur tam honorificis verbis eos prosequatur, commemorat in ultimo hujus orationis capite. *Grav.*

35. *Ipsa sententia.*] Omnino necessarium hoc non est; nec tamen, ut Faërno placuit, delendum videtur: cum præsertim paullò post idem dixerit: *Sed ut aliquandò sententia complectar, ita censeo.* P. Manut.

36. *Studiose quanquam multa.*] Eodem modo l. s. Quidam pro *quanquam multa*, *cumulata*, reposuerunt. quod si non verum, probabilius certe est. *Ferrarius.* *Studiose quamquam multa reddemus.*] Ego eos sequor, qui pro, *quamquam multa*, reposuerunt, *cumulata*, quam & Ferrarius magis probabilem lectionem putat. *Faërnus.* *Studiose cumulatéque reddemus.*] Alii, *studiose cumulata reddemus*, emendarunt, conjecturâ quâdam ducti, cum omnes libri manuscr. habeant, *quanquam multa*: ego, *studiose cumulatéque reddemus.* Lambinus.

37. Bre-

nuit Albam: hæc se ad Cæsarem contulit: hanc [illegible] quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est. Quarta victrix desiderat neminem: ex Martia nonnulli in ipsa victoria conciderunt. ô fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimùm reddita!

32 Vos verò patriæ natos judico; quorum etiam nomen à Marte est: ut idem deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur. In fuga fœda mors g est: in victoria gloriosa. etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. Illi igitur impii, quos cecîdistis, etiam ad inferos pœnas parricidii luent: vos verò, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem & locum consecuti. 37 Brevis à natura nobis vita data est: at memoria bene redditæ vitæ sempiterna. quæ si non esset longior quàm hæc vita; quis esset tam amens, qui maximis laboribus & periculis h ad summam laudem gloriamque contenderet?

g est *alii non habent.*

h ad laudem gloriamque summam. *MSS.*

33 Actum igitur præclarè vobiscum, fortissimi dum vixistis, nunc verò etiam sanctissimi milites, quòd vestra virtus nec 38 oblivione eorum, qui nunc sunt, 39 nec

37. *Brevis autem nobis vita data est.*] Sic IV. libri veteres, in queis Lang. *Brevis a natura vita vobis data est.* quod tamen rejicio. rejicio autem ob eam causam, quòd insequens membrum, quod paria paribus respondere debet, mancum quodam modo atque imperfectum videbitur. nam *memoria* ad *vitam*, *sempiterna* ad *brevem*, *reddita* ad *data: a natura*, suo tanquam pari carebit: sic enim esset integrum, *At a Senatu memoria bene reddita vita sempiterna.* vel quid ejusmodi. *Ferrar. Brevis autem vobis vita data est.*] Nos illam aliam lectionem magis probamus, quæ in aliquot antiquis libris est, *Brevis a natura vita vobis data est*; nec nos id movet quod tanto opere offendit Ferrarium, quod hic paria paribus non reddantur, ut sicut in priore membro dicit, vitam brevem a natura datam, in inferiore non dicat, datam memoriam sempiternam a Senatu. nam in inferiori membro non est subaudiendum *data est*, Sed tantummodo *est*, ut sit, brevis quidem a natura vita nobis est data: sed memoria bene redditæ vitæ sempiterna est. ut vero mihi impressa displiceat, primum facit dictio *autem*, ibi posita sine gratia & sine lepore. pro qua potius debuit esse vox *quidem:* deinde comma desinens in hemistichion heroicum, *vobis vita data est.* Faërnus. *Brevis a natura nobis.*] Sic Pal. sec. habetque illud *nobis* etiam tert. at *a natura* quatuor Ferrariani. vulgata, *brevis autem vobis &c.* Grut.

38. *Oblivione eorum, qui sunt.*] *Qui nunc sunt* o. l. v. utrumque omnino probabile & huic scriptori usitatum. post Red. ad Sen. *Cn. Pompejus vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute princeps.* & pro Lege Man. *Non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam,*

39 nec reticentia posterorum insepulta esse poterit, cùm vobis immortale monumentum suis pænè manibus senatus populusque Romanus exstruxerit. Multi sæpe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis, clari & magni fuerunt: nec tamen ullis tale genus honoris tributum est. Atque utinam majora possemus, quandoquidem à vobis maxima accepimus! Vos ab urbe furentem Antonium avertistis: vos redire molientem repulistis. 40 Erit igitur exstructa moles opere magnifico incisæque litteræ, divinæ virtutis testes sempiternæ: numquam de vobis, eorum, qui aut videbunt vestrum monumentum, aut audient, gratissimus sermo conticescet. ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. P. B.

XIII. SED QUONIAM, patres conscripti, gloriæ munus optimis & fortissimis civibus monumenti honore persolvitur, consolemur eorum proximos, quibus optima est hæc quidem consolatio: parentibus, quòd tanta reipublicæ præsidia genuerunt: liberis, quòd habebunt domestica exempla virtutis: conjugibus, quòd iis viris carebunt, quos laudare quàm lugere præstabit: fratribus, quòd in se, ut corporum, sic virtutum similitudinem esse confident. Atque utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris consultisque possemus, vel aliqua talis his adhiberi publicè posset oratio, qua deponerent mærorem atque luctum, gauderentque potiùs, cùm multa & varia impenderent hominibus genera mortis, id genus, quod [k] esset pulcherrimum, suis obtigisse, eosque nec inhumatos esse, nec desertos: (quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur) nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus atque muneribus, eaque exstructione, quæ sit ad 34

k est Mur.

riam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit. Sed ex duobus probabilibus id semper verum judicandum, quod libri vett. comprobarint. *Ferrarius.*

39. *Nec reticentia posterorum insepulta esse poterit.*] Pal. sec. *sepulta*, quod & in uno Ferrarii, qui cur id rejiciat petatur ex notis Ipsius; nam ab eo recessi in Suspicionibus meis, arbitratus *insepultum* venire ab *insepeliundo*, atque intendere; nedum præ se ferre contrarium. *Gruter.*

40. *Erit igitur exstructa moles &c.*] Multa sunt in hujus orationis extremo, quæ conformata videri possint ad exemplum ejus, qua Pericles eos, qui pro patria occubuerant, laudat apud Thucydidem Lib. II. *Muretus.*

ad memoriam æternitatis [41] ara virtutis.

35 Quamobrem maximum quidem solatium erit propinquorum, eodem monumento declarari & virtutem suorum, & [l] pietatem, & senatûs fidem, & crudelissimi memoriam belli: in quo, nisi tanta militum virtus exstitisset, parricidio M. Antonii nomen populi Romani occidisset. Atque etiam censeo, patres conscripti, quæ præmia militibus promisimus nos, republicâ recuperatâ, tributuros, ea vivis victoribusque cumulatè, cùm tempus venerit, persolvenda: qui autem ex iis, quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, conjugibus, fratribus eadem tribuenda censeo.

l ætatem *edd. vett.*

XIV. SED, UT aliquando sententiâ complectar, ita

36 censeo. Cùm C. Pansa, consul, imperator, initium cum

P.CCLXV. hostibus confligendi fecerit, quo prœlio legio Martia admirabili incredibilique virtute libertatem populi Romani defenderit, quod idem legiones tironum fecerint: ipseque C. Pansa, consul, imperator, cùm inter media hostium tela versaretur, vulnera acceperit: cúmque A. Hirtius, consul, imperator, [42] prœlio audito & cognito, fortissimo [43] præstantissimoque animo exercitum castris eduxerit, impetumque in M. Antonium exercitumque [m] hostium fecerit, ejusque copias [n] occisione occiderit, suo exercitu, ita incolumi, ut ne unum quidem militem desideraverit.

m ejus fec. *MS.*
n occidione *alii.*

37 Cúmque C. Cæsar, [o] imperator, consilio diligentiaque sua castra feliciter defenderit, copiasque hostium, quæ ad castra accesserant, profligarit, occiderit: ob eas res senatum existimare & judicare, eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio, gravitate, constantiâ, magni-

o Propræt. imp. *MSS.*

41. *Ara virtutis.*] Cui inscribetur elogium, eorum virtutem immortalitati consecrans. Solebant enim in locis, ubi victoria erat parta, locari aræ, quibus inscribebantur res in illo loco gestæ & illorum laus, quorum virtute gestæ erant, ut multis dudum docuerunt viri docti. De quibus aris, monumentis victoriarum & aliarum rerum memoriâ dignarum multa jam alii. *Græv.*

42. *Prælio audito & cognito.*] In duobus vetustissimis apud me codicibus est, *Prælio audito, re cognita*; quod placet. *Ursinus.* Sic etiam Franc. & meus liber. In Colon. fuit, *prælio audito & cognita.* sed a recentissima manu, non illa, quæ totum librum interpolavit, mutatum erat in *cognito*, ut non interpolata illius libri scriptura vestigia veræ lectionis retineat. *Græv.*

43. *Præstantissimoque animo.*] Placeret *Præsentissimoque*, licet repugnent veteres libri. *Ursin.*

44. Si-

magnitudine animi, felicitate, populum Romanum fœdissima crudelissimaque servitute liberatum; cúmque rempublicam, urbem, templa deorum immortalium, bona fortunasque omnium liberosque conservarint dimicatione & periculo vitæ suæ, p uti ob eas res bene, fortiter feliciterque gestas, C. Pansa, A. Hirtius, consules, imperatores, alter ambove, aut si q aberunt, M. Cornutus, prætor urbanus, supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria r constituat.

p ut *alii.* P. B.
q abierint *alii.*
r constituant *alii.*

Cúmque virtus legionum digna clarissimis imperatoribus exstiterit, senatum, quæ sit antea pollicitus legionibus exercitibusque nostris, ea summo studio, republicâ s recuperatâ, persoluturum: cúmque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit, atque ita cum majore numero hostium contenderit, ut plurimos cæderent, caperent nonnullos: cúmque 44 sine ulla t retractatione pro patria vitam profuderint: cúmque simili virtute reliquarum legionum milites pro salute & libertate populi Romani mortem oppetiverint: senatui placere, ut C. Pansa, A. Hirtius, consules, imperatores, alter ambove, 45 si his videatur, iis, qui sanguinem pro vita, libertate v fortunisque populi Romani, pro urbe templisque deorum immortalium profudissent, monumentum quàm amplissimum 46 locandum, 47 faciundum curent: quæstores ur-

38

s liberata *alii.*
t *Grut.* retrect. *alii* necessitate.
v fortunis *MSS.*

44. *Sine ulla retractatione.*] Sine ulla detrectatione: cum nihil se ipsi revocarent, nulla dubitatione consisterent. Tusc. V. *Veterem Academiam hortari videbare, ut sine retractatione liberè dicere auderent, sapientes semper esse beatissimos.* P. Manut.

45. *Si his videatur.*] *Si eis videatur* est in manuscripto codice: & ita legendum est ex auctoritate veteris senatusconsulti. Ursin.

46. *Locandum faciendumq. urb. ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solvere jubeant.*] Ant. Augustini conjecturam, quâ locus hic est restitutus, adjuvat antiquus apud me liber, ex cujus scripturæ vestigiis hujusmodi lectio perspicue elici potest. eadem Octavio quoque Pantagatho in mentem olim venisse ex ejus annotatione ad oram libri cognovi. His autem non dissimilia sunt illa ex vetere, quod est apud me, senatusconsulto in æneа tabella, *Locum lautitiaque Q. urb. eis locare mittereque juberent.* Idem.

47. *Faciundumque curent.*] Sic Ferrarius, & recte; nam verbum *curent* omnino sententia requirit. sic Phil. IX. *Quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori attribuendam solvendamque curent.* Nec vero, *quin. Quæst. urb.* id est, Quæstoribus urbanis, ad dum sit dubito. nisi enim addatur quò referetur, *jubeant* cura ejus dandæ, attribuendæ, solvendæ pecuniæ ad quæsto banos pertinebat: quod Philipp. IX. in Sulpicii monu

x *alii* tribuere, *aut* contrib. urbis ad eam rem pecuniam dare, x attribuere, solvere jubeant, ut exstet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque divinam virtutem: 48 utque, quæ præmia senatus militibus antè constituit, ea solvantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, conjugibus, fratribus: 49 eaque fratribus tribuantur, quæ militibus ipsis tribui oporteret, si illi y vixissent, qui morte vicerunt.

y *vicissent* MSS.

cognoscitur. antiqua vero scriptura cum alii, pro *curent*, scripsissent *querent*, alii pro *quæstores urbanos*, *q. urb.* utrumque simul implicavit ex litterarum similitudine, effecitque ut alterum quasi supervacaneum omitteretur: cum sit utrumque necessarium. nam & illud, *locandum faciendumque*, suum verbum desiderat, nec ullum, nisi, *curent*, addi potest, cùm ex consuetudine Latini sermonis, tum etiam ex ipsis antiquis litteris, *q. urbem:* & quæstorum urbanorum in eroganda pecunia publica quam sit usitata mentio sexcentis intelligitur exemplis. *P. Manut.*

48. *Utque.*] Malim, *utique*, magis enim redolet antiquitatem. nam Phil. IX. *Utique C. Pansa, A. Hirtius consules.* Et idem infra: *Utique locum sepulcro campo Esquilino.* Et in S. C. quod Cœlius ad Ciceronem misit, *Utique ejus rei caussa per dies comitiales senatum haberent.* Eodemque modo in reliquis S. C. quæ apud Frontinum leguntur. Jam scriptor antiquus L. Piso apud Gellium, *Sellam*, inquit, *curulem jussit sibi afferri, eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset, utique ii omnes inviti viderent sese in sella curuli sedentem.* Idem.

49. *Iisque tribuantur.*] *Eaque tribuantur* habet liber antiquus manuscriptus: & ita legendum videtur. *Ursin.* *Eaque fratribus &c.*] Totum istud aut à glossa est, aut latet sub eo mos mihi incognitus; quo videlicet fratres succederent in locum, in ordinem, in stipendium germani defuncti. Pal. sec. ac Maur. legunt, *his fratribus &c.* pr. tert. quart. præferunt tantum, *eaque tribuantur.* Gruter. Fratribus tribuendum censet, quod tribuendum erat illis, si vixissent, qui in prœlio occubuerant. Credo autem promotiones militares præcipue respici, quas meruissent propter rem fortiter gestam. *Gravius.*

C. CRI-

C. CRISPI SALLUSTII P. B.

IN

M. T. CICERONEM ORATIO:

NISI

POTIUS INCERTI AUCTORIS DECLAMATIO EST.

I. GRAVITER & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem judicio magis quàm morbo animi petulantiâ istâ uti. sed cùm in te neque modum, neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi: ut, si quam [a] voluptatem malè dicendo cepisti, eam malè [b] audiendo amittas. Ubi querar? quos implorem, patres conscripti? diripi rempublicam atque audacissimo cuique [1] esse [c] perfidiæ? apud populum Romanum; qui ita largitionibus corruptus est, ut se ipse ac fortunas suas venales habeat? an apud vos, patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuique & sceleratissimo ludibrio est: [d] ubi M. Tullius leges, judicia [e] populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non [f] reperticius, [g] ascitus & paullo antè insitus huic urbi civis.

2 An verò, M. Tulli, facta [h] tua obscura sunt? an non ita

a malè dic. vol. *MS.* b dicendo *MS.* c perfidiæ locum apud *Lamb.* d ubi ubi *MS.* e R. P. *MS.* f repetitius *alii.* g accitus *alii.* h te dicta tua *MS.*

NOn esse hanc Sallustii genuinam, ut non alteram Tulli, apertè ostendit P. Victorius libro xv. Var. Lect. cap. 3. & ipsa satis de se idem clamat. *Gruter.* Visum fuit tamen in margine adscribere variantes lectiones, præsertim è codice satis bono, qui fuit olim Suffridi Petreji. *Verburg.*

1. *Esse perfidiæ? apud populum.*] Ita Pal. sec. omissis ceteris. erant hæ Orationes in viginti aliis Pall. sed tanti ipsas non duxi, ut ea propter consulerem. Gulielmius tamen laboriosè contulerat cum codice S. Victoris, cum Basilicano Coloniensi, cum Fabriciano; habuitque etiam variantes lectiones è Colberdensibus membranis Suffridi Petreji. quas heic venditare profectò non libet. *Gruter.*

ita à pueritia vixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? An scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem, non pudicitiæ jacturâ [i] perdidisti? Itaque minimè mirandum est, [k] si eam flagitiosè venditas, quam turpissimè parasti.

II. Verùm, ut opinor, splendor domesticus tibi animos tollit. uxor sacrilega ac [l] perjuriis [m] debilitata: filia matris pellex tibi jucundior atque obsequentior quàm parenti par est. domum ipsam tuam vi & rapinis funestam tibi ac tuis comparasti: videlicet, ut nos commonefacias, quàm conversa res sit [n] publica, cùm in ea domo habitares, homo flagitiosissime, quæ P. Crassi, viri [o] clarissimi, fuit.

P. CCLXXI. Atque [p] cùm hæc ita sint, tamen se Cicero dicit in
3 concilio deorum immortalium fuisse, inde missum huic urbi civibusque custodem, absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit. Quasi verò non illius conjurationis causâ fuerit consulatus tuus, & idcirco respublica disjecta eo tempore, quòd te custodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post consulatum cum Terentia uxore de republica consuluisti, cùm legis [q] Plautiæ judicia [r] domi faciebatis: ex conjuratis [s] alios morte, alios pecuniâ condemnabas; cùm tibi alius Tusculanam, alius Pompejanam villam exædificabat, alius domum emebat: qui verò nihil poterat, is erat calumniæ proximus: is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat: denique de eo
4 tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa objicio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris; Tusculanum & Pompejanum infinito sumptu ædificaveris: aut, si retices, cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis civium [t] paraveris?

III. Verùm, ut opinor, homo novus Arpinas, ex M. Crassi familia, [v] ejus virtutem imitatur, contemnit simultatem hominum nobilium, rempublicam caram habet, neque terrore, neque gratia [x] commovetur.
5 [y] Aliud verò [z] amicitia tantum ac virtus est [a] amici. Immò verò homo levissimus, supplex inimicis, [b] amicis contumeliosus, modò harum, modò illarum partium, fidus nemini, levissimus senator, mercenarius patronus, cujus nulla pars corporis à turpitudine vacat, lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces: quæ ho-

i perdidicisti *MS.*
k quod *MS.*
l perviris *MS. quod forte est* per viros.
m *forte* deditissima.
n publica *deest in MS.*
o *alii* consularis.
p hæc cum *Lamb.*
q Plantiæ *alii malè.*
r domo *MS.*
s alios condemn. alios pecunia abs. cum *Lamb.* alios morte *deest in MS.*
t parasti *MS.*
v illius *MS.*
x removetur *MS.*
y Illud *alii.*
z amicitiæ *MS.*
a animi *MSS.*
b in amicos *Lamb.*

honestè nominari non possunt, inhonestissima. Atque is cùm ejusmodi sit, tamen audet dicere: „ *O fortunatam natam me consule Romam!* Te consule fortunatam, Cicero? immo verò infelicem & miseram, quæ crudelissimam proscriptionem [c] civium perpessa est, cùm tu, perturbatâ republicâ, metu perculsos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas: cùm omnia judicia, omnes leges in tua libidine erant: cùm tu sublata lege Porcia, erepta libertate, nostrûm omnium vitæ necisque potestatem ad te unum revocaveras. Atque parum est, quòd 6
impunè fecisti, verum etiam commemorando exprobras, neque licet oblivisci his servitutis suæ. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris quod libet: satis est perpessos esse: etiamne aures nostras onerabis tuo odio? [d] etiamne molestissimis verbis insectabere? „ *Cedant arma togæ, concedat laurea* [e] *laudi.* Quasi verò togatus & non armatus, ea, quæ gloriaris, confeceris: atque inter te Sullamque dictatorem, præter nomen imperii, quidquam [f] interfuerit.

IV. SED QUID ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edocuit, Jupiter optimus maximus in concilium deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Scipiones, Fabios superasti, quem tandem locum in hac civitate obtines? quæ tibi partes reipublicæ placent? quem amicum, [g] quem inimicum habes? cui insidias in civitate fecisti, [h] ancillaris? quo jure, cùm de exsilio tuo Dyrrhachio rediisti, eum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorum [i] nunc potentiæ faves? qui tibi ante optimates videbantur, eosdem [i] nunc dementes ac furiosos vocas? Vatinii causam agis? de Sextio malè existimas? Bibulum petulantissimis verbis lædis? laudas Cæsarem? quem maximè odisti, ei maximè obsequeris? aliud stans, aliud sedens de republica sentis? his maledicis, illos odisti, levissime transfuga, neque in hac, neque illa parte fidem [k] habes.

(7 in margin beside "IV. Sed quid ego plura de tua insolentia comme-")

P. B.

c civium *delet Lamb.* eam perp. *MS.*

d etiam immodest. *MS.*

e *alii* linguæ.

f interfuit *MS.*

g & quem *MS.*

h ei ancill. *Lamb.*

i nunc *deest in MS.*

k habens *MS.*

P, CCLXXII.

M. TULLII CICERONIS, UT FALSO INSCRIBITUR, IN CRISPUM SALLUSTIUM RESPONSIO.

1 I. EA DEMUM magna voluptas est, C. Sallusti, æqualem ac parem verbis vitam agere: neque quidquam tam obscœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat: ut omnis [a] oratio moribus consonet. neque enim qui ita vivit, ut tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque qui tam illoto sermone utitur, vita honestior est. Quò me vertam, patres conscripti? unde initium sumam? majus enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrûm, quòd aut si de mea vita atque [b] actibus huic conviciatori respondero, [c] invidiam gloria consequatur: aut, si hujus facta, mores, omnem ætatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic [d] objicio. Id vos, si fortè offendimini, justius [e] huic, qui initium introduxit, quàm mihi, succensere [f] debetis.

a ratio *MS.*
b actis *Lamb.*
c invidia gloriam *MS.*
d obicio *MS.*

2 Ego dabo operam, ut & pro me minimo cum fastidio respondeam, & in hunc minimè [g] mentitus esse videar. Scio me, patres conscripti, in respondendo non habere magnam exspectationem, quòd nullum vos sciatis novum crimen in Sallustium audituros: sed omnia vetera recognituros, queis & meæ, & vestræ jam, & ipsius aures [h] callent. verùm eo magis odisse [i] debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimentum: sed ita ingressus est, ut neque ab alio vinci possit,

3 neque ipse se omnino reliqua ætate præterire. Itaque nihil aliud studet, [1] nisi, ut lutulentus sus, cum quovis vo-

e *ita Lamb. rectè.*
f debeatis *MS.*
g mentitum *MS.*
h calent *MS.*
i debebitis *MS.*

1. *Nisi ut lutulentus sus cum quovis volutari.*] Vocula *sus* non comparet in Gemblac, E, M, V, Pal, sec, unde factum ut

volutari. longè verò fallitur opinione. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur: sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrûm testante animo suo fert, de eo, qui falsum crimen bonis objectat. quòd si vita istius memoriam vicerit: illam, patres conscripti, non ex oratione, sed [k] suis ex moribus spectare [l] debetis. Jam dabo operam, quàm maximè potero, ut breve id faciam. Neque hæc altercatio nostra vobis inutilis erit, patres conscripti. Plerumque enim respublica privatis crescit inimicitiis: ubi nemo civis, qualis sit vir, potest latere.

k ex suis *Lamb.*
l debebitis *MS.*

II. PRIMÙM igitur, quoniam omnium majores C. Sallustius ad unum exemplum & regulam quærit, velim mihi respondeat, numquid hi, quos protulit, Scipiones & [m] Metellos, [n] vel Fabios, antè fuerint aut opinionis, aut gloriæ, quàm eos res gestæ suæ & vita innocentissimè acta commendavit. quòd si hoc fuit illis initium nominis & dignitatis: cur non æque [o] de nobis existimetur, cujus & res gestæ illustres, & vita integerrimè acta? quasi verò tu sis ab illis viris, Sallusti, ortus. quòd si esses, nonnullos jam tuæ turpitudinis pigeret. 4

P. B.
m Metelli *Lamb.*
n vel Fabios *Id. delet & deest in MS.*
o de *non est in MS.*

Ego meis majoribus virtute mea præluxi, ut, si priùs noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. tu tuis [p] vitâ, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras, ut, etiam si fuerint egregii cives, certè venerint in oblivionem. Quare noli mihi antiquos viros objectare. Satius est enim me meis rebus gestis florere quàm majorum opinione niti: & ita vivere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum. [2] Neque me 5

p vitæ *MS.*

ut Lipsius libro III. Varior. cap. 15. emendandum duxerit, *luculentius cum quovis velitari:* qui consulatur. *Gruter.*

2. *Neque me cum iis conferri decet, P. C. qui jam decesserunt &c.*] Hic locus ex illo loco orationis Demost. περὶ Στεφάνου expressus est: Οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν πρὸς τοὺς τετελευτηκότας εὔνοιαν ὑπάρχουσαν προσλαβόντα παρ' ὑμῶν, πρὸς ἐκείνους ἐξετάζειν καὶ παραβάλλειν ἐμὲ τὸν συζῶντα μεθ' ὑμῶν· τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν πάντων, ὅτι τοῖς μὲν ζῶσιν πᾶσιν ὕπεστί τις ἢ πλείων, ἢ ἐλάττων φθόνος, τοὺς τεθνεῶτας δὲ οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἔτι μισεῖ; id est: *Verumtamen iniquum est, Athenienses, Æschinem, sibi assumtâ atque in se derivatâ eâ, quam in mortuos tuos habebitis, benevolentiâ, me, qui vobiscum vivo, cum illis componere & comparare: quis enim omnium mortalium nescit viros omnes invidiâ ferè aliquâ laborare, alios majore, alios minore, in mortuos autem ne eorum quidem, qui inimici fuerunt, ullum odium remanere?* Lambinus.

me cum iis conferri decet, patres conscripti, qui jam decesserunt, omnique odio carent & invidiâ: sed cum eis, qui mecum unà in republica versati sunt.

P. CCLXXIII. [q] Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambi-
6 tiosus, (non hanc dico popularem ambitionem, cujus
[q] Sed fuer. *Lamb.* Etsi fuer. *Gul.* me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cujus primos ordines Sallustius duxit) aut in [r] gerendis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis tam severus, aut in tuenda republica tam vigilans, quam tu proscriptionem vocas: credo quòd non omnes tui similes incolumes in hac urbe [s] vixissent: at quanto meliore loco respublica staret, si tu par ac similis scelestorum civium, unà cum illis adnumeratus esses? An ego tunc falsò scripsi, *Cedant arma togæ*, qui togatus armatos &
7 pace bellum oppressi? An illud mentitus sum, *Fortunatam natam me consule Romam*, qui tantum intestinum bellum ac domesticum urbis incendium exstinxi?

[r] gerundis *MS.*

[s] venissent *MS.*

III. Neque te tui piget, homo levissime, cùm ea culpas, quæ in historiis gloriæ mihi ducis? An turpius est, [t] patres conscripti, scribentem mentiri quàm illum palàm [v] hoc ordine dicentem? Nam quòd ætatem increpuisti: tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu abes à pudicitia.

[t] pat. consc. *deest in MS.*

[v] in hoc *Lamb.*

8 Sed quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe [x] duces, qui mihi ausus sis eloquentiam, ut vitium, objicere? cujus semper nocens eguisti patrocinio. An [y] ullum existimas posse fieri civem egregium, qui non his artibus & disciplinis sit eruditus? an ulla alia putas esse rudimenta & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? Sed minimè mirum est, patres conscripti, si homo, qui desidiæ ac luxuriæ plenus sit, hæc, ut nova atque inusitata, miratur.

[x] ducis *MS.*

[y] illum *MS.*

9 Nam quòd ista inusitata rabie petulanter in uxorem & in filiam meam invasisti, quæ faciliùs se mulieres à viris abstinuerunt quàm tu vir à viris: satis doctè ac peritè fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarem. Unus
P. B. enim satis es materiæ habens: neque quidquam domi tuæ turpius est quàm tu. Multum verò te opinio fallit, qui mihi parare putasti invidiam ex mea re familiari, quæ mihi multo minor est quàm habere dignus [z] sim. atque utinam ne tanta quidem esset, quanta est! ut potiùs amici mei viverent quàm ego testamentis eorum locupletior essem.

[z] sum *MS.*

Ego

Ego fugax, Crispe Sallusti? furori tribuni plebis cessi. 10 utilius duxi, quamvis fortunam unus experiri quàm universo populo Romano civilis esse dissensionis causa. qui posteaquàm ille suum annum in republica perbacchatus est, omniaque, quæ commoverat, pace & otio resederunt: hoc ordine revocante, atque ipsa republica manu retrahente me, reverti. Qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet: cùm universi vos populusque Romanus frequens adventu meo gratulatus est. tanti me fugacem, mercenarium patronum, hi æstimaverunt.

IV. NEQUE [a] hercule mirum est, si ego semper justas omnium amicitias [b] existimavi. Non enim uni privatim ancillatus sum, neque me addixi: sed, quantum quisque reipublicæ studuit, mihi tantum fuit aut amicus aut [c] inimicus. Ego nihil plus volui valere quàm pacem. Multi privatorum audacias [d] metuerunt: ego nihil timui, nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt: ego numquam volui quidquam posse, nisi pro vobis. Multi ex vobis potentiâ freti in vos suis viribus abusi sunt. Itaque non est mirum, si nullius amicitiâ usus sum, qui non perpetuò reipublicæ amicus fuit. 11

a hercules *MS.*
b æstimavi *MS.*
c adversarius *MS.*
d nutrierunt *alii &* *MS.*

Neque enim me pœnitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum, aut Sextii insolentiam repressi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus Cæsaris favi. hæ [e] laudes egregii civis & [f] unicæ sunt. Quæ si tu mihi, ut vitia, objicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum, patres conscripti, non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Sed ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? 12

e enim laudes *MS.*
f unici *Gul.* P. CCLXXIV.

V. NUNC, ut ad te revertar, Sallusti; patremque tuum prætercam: qui si numquam in vita sua peccavit, tamen majorem injuriam reipublicæ facere non potuit quàm quòd te talem filium genuit: neque tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne parentem tuum accusare videar, [g] qui eo tempore summam tui potestatem habuit: sed qualem adolescentiam egeris. hac enim demonstrata, facilè intelligetur, quàm petulanti pueritia, tam impudicus & procax adoleveris. Posteaquàm immensæ gulæ impudicissimi corporis [h] quæstus sufficere non potuit, & ætas tua jam ad ea patienda, quæ alteri facere col- 13

g si *MS.*
h quæstus sumtus suff. *MS.*

collibuisset, exoleverat, cupiditatibus infinitis efferebaris: ut, quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris.

14 Ita non est facile i exputare, patres conscripti, utrùm in honestioribus corporis partibus rem quæsierit, an amiserit. Domum paternam vivo patre turpissimè venalem habuit, vendidit. Et cuiquam dubium potest esse, quin mori coëgerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede k gesserit omnia? Neque pudet eum à me quærere, quis in P. Crassi domo habitet, cùm ipse respondere non queat, quis in ipsius habitet paterna domo. At l hercule lapsus ætatis tirocinio, postea se correxit. Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegi Nigidiani: bis ad judicum subsellia attractus extremâ fortunâ stetit: & ita discessit, ut non hic innocens esse, sed judices pejerasse existimarentur.

i reputare *alii.*

k se gess. Neque *Lamb.*

l hercules *MS.*

15 Primum honorem in quæstura adeptus, 3 secutus est hunc locum & hunc ordinem despectus; cujus aditus sibi quoque, sordidissimo homini, patuisset. Itaque timens, ne facinora m sua clam vos essent, cùm omnibus n matrum familiarum viris opprobrio esset, confessus est, vobis audientibus, adulterium, neque erubuit ora vestra.

P. B.

m ejus *MS.*

n matribus familiarum oppr. *alii.*

VI. VIXERIS ut libet, Sallusti: egeris quæ volueris: satis sit, unum te tuorum scelerum conscium esse. noli nobis languorem & soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum; sed ita experrecti non sumus, ut à te cavere possimus.

16 Audacia tua vincit studia nostra. o Et quod hunc movere possit, patres conscripti, factum p aut dictum turpe; quem non q puduit palàm, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quòd si tibi nihil per me respondere voluissem, sed illud censorium r elogium Appii Claudii & L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palàm universis recitarem: nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non s possit? Neque post illum t delectum senatûs umquam te vidimus: nisi fortè in ea te castra

o Ecquod *Lamb.*

p auditum turpe *MS.*

q puduerit *MS.*

r eclogium *Lamb.* ellogium *aut* elogium *alii.*

s posset *MS.*

t dilectum *MS.*

3. *Secutus est hunc locum & hunc ordinem despectus.*] Ita Fab. Maur. Vict. Pal. sec. vulgatis aberat illud *secutus est*. Victorii editio melius adhuc, *adeptum, hunc locum & ordinem deseruit despectus*. Grut. Et ita MS. quam dixi fuisse Suffridi Petreji.

4. Et

stra conjecisti, quò omnis sentina reipublicæ confluxerat.

At idem Sallustius, qui in pace ne senator quidem 17
manserat: posteaquàm respublica armis oppressa est, 4 & idem victores, qui exules reduxit: in senatum post quæsturam est reductus. quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cujus aliquis emptor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset: neque aliter v vexavit, ac debuit, si quis prædæ loco magistratum accepisset.

v vixit MS.

Peractâ quæsturâ, posteaquam magna pignora eis de- 18
derat, cum quibus similitudine vitæ se conjunxerat, unus jam ex illo grege videbatur. Ejus enim partis erat exemplar Sallustius, x quo, tamquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorum y excesserat. quidquid impudicorum, cyllonum, z parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italiâ totâ, sicut in fretis subsederant, a nominis perditi ac b notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentiâ vitiorum & cupiditate rerum novarum.

x quod tantam in MS.
y concessecrat alii.
P. CCLXXV.
z paricidar. Lamb.
a homines Gul.
b forte nocentissimi.

VII. At posteaquam prætor est factus, modestè se gessit & c abstinenter. Nonne ita provinciam va- 19
stavit, ut nihil neque passi sint, neque exspectarint gravius in bello socii nostri quàm experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum trajici, aut in naves contrudi. tantum, inquam, patres conscripti, exhausit, quantum voluit. Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Quòd si quidpiam eorum falsum est, his palàm refelle, unde tu, qui modò 5 ne paternam quidem domum redimere potueris, repentè tamquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam d Tiburti, C. Cæsaris reliquas possessiones paraveris.

c abstinenter? Non. ita MS.
d alii Tiburi aut Tiburtinam.

Neque piguit quærere, cur ego P. Crassi e domum 20
emissem, cùm tu veteris villæ dominus f sis, cujus paullo antè fuerat Cæsar. modò, inquam, patrimonio non comeso, sed devorato, quibus rationibus repentè factus es tam

e domum deest in MS.
f sis deest in MS.

4. *Et idem victores qui exules red.*] Veneti commodiore sensu, ut videtur: *Et idem per victores, quos exules red.* Camer.

5. *Ne paternam quidem domum redimere.*] Pal. sec. M. V. F. *relinire.* unde formabat Gulielmius, *retinere.* Gruter. Lambinus *reluere* legebat, quod & mihi non displicet, & clarè legitur in codice Suffridi Petreji.

tam affluens & tam beatus? nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit, nisi similis ac par [g] tui?

VIII. AT [h] HERCULE egregia facta majorum tuorum te extollunt. quorum sive tu similis es, sive illi tui,
21 nihil ad omnium scelus ac nequitiam addi potest. Verùm, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, C. Sallusti, [i] tantidem putas esse, bis senatorem & bis quæstorem fieri, [k] quanti bis consularem & bis triumphalem? Carere [l] debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. [m] Is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in [n] prima ætate pellex & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo [o] es & civilis belli memoria. Quid enim gravius pati potuimus quàm quòd te incolumem in hoc ordine videmus?

22 Desine bonos petulantissimâ [p] consectari linguâ: desine morbo procacitatis isto uti: desine unumquemque moribus tuis æstimare. his moribus amicum tibi [q] facere non potes: videris velle inimicum habere. Finem dicendi, patres conscripti, faciam. sæpe enim graviùs vidi offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia apertè dixerunt, quàm eos, qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non [r] quid Sallustius meritò debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honestè effari [s] possum.

g tibi? *Lamb.*
h hercules *MS.*
i totidem *MS.*
k quot *id. MS.*
l decet *MS.*
P. B.
m Is *deest in MS.*
n prima *deest in MS.*
o es *non est in MS.*
p insectari *conj. Lamb.*
q efficere *MS.*
r quæ *MS.*
s possim *MS.*

AD

AD
POPULUM ET EQUITES ROMANOS
ANTEQUAM IRET IN EXILIUM.

Hæc oratio est inelegans, inconcinna, insulsa atque inepta, denique vix Latina. Itaque qui eam Ciceroni adscribunt, eâdem operâ regi alicui opulento vestem aliquam crasso filo tritam ac laceram circumdent.

I. [1] SI QUANDO inimicorum impetum propulsare ac propellere cupistis, defendite nunc universi unum, qui, ne omnes concideretis, ardoreque flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitavi providere. Nam, quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum invidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium. Si liberûm conceptam dulcedinem animo inclusam continetis, nolite eo velle carere, qui carissimam vestram procreationem sibi esse duxit. 1

Est enim liberale officium, serere beneficium, ut metere possis fructum. Fidei conducit, in loco, debitum retribuere. illic enim animi voluntas propensa comprobatur: hic memoria collaudatur. Itaque, si omnibus grave servitutis jugum esse debet in libertate educatis: sit is vestris animis acceptissimus, qui à vestro corpore jugum acerbissimum repulit servitutis. 2

Et,

1. *SI quando inimicorum impetum propulsare.*] Hanc orationem Veneti loco moverunt, & post universas demum apposuerunt, infamantes etiam præscriptionem ut parum Ciceronianam, quod tam ineptè illum locutum non credendum esse videatur. Et est, ut verum fatear, mihi hæc semper oratio nescio quo pacto dissolutior & tumidior visa, ut declamationem alicujus posteriorum esse suspicarer: quæ opinio fortasse non longissime à veritate abfuerit. *Camer.*

3 Et, si majores vestri eos imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt furorem, jucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solùm statuis dignos putarunt, sed etiam æterna triumphi laude decorarunt: tum vos eum consulem, qui non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem civium mentem senatûs auctoritate vindicavit, existimate vobis retinendum in civitate esse.

4 II. SI, QUÆ beneficia singulis civibus privatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta: jure & meritò possum ego vos ad defensionem meæ salutis adhortari, quos conservavi universos. Nam neque majus est defendere unum quàm populum: neque verius à singulis quàm ab omnibus repetere officii præmium & fructum: propterea quòd in unius periculo sæpe contentio parva est, ut levis sit labor defensori sustinendus: in reipublicæ insidiis quo firmius est quod oppugnatur, eo paratiores sunt inimici, ut iis sine magna sollicitudine, industria, virtute non queat resisti.

5 Et singulorum opes sæpe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam, ut opitulari benemerentibus non queant, si maximè cupiant: universorum auxilium eò plurimùm prodest, quòd firmioribus opibus est nixum. Jure igitur, quoniam & major impensa in patriam officii est quàm in privata sit defensione, & plus à vobis præsidii quàm à ceteris opis ad salutem potest afferri: vos obtestor, quos mihi & debere & posse intelligo opitu-
6 lari. Non convenit enim, cùm ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores: ne, cujus amplitudinem ac gloriam laude atque honoribus amplificare debeatis, ejus incolumitatem & salutem deserendam existimetis.

III. ETENIM errat, si quis arbitratur, M. Tullium idcirco in capitis periculum vocari, quòd deliquerit aliquid, quòd patriam læserit, quòd improbè vixerit. non citatur reus audaciæ: virtutis reus citatur. non accusatur, quòd rempublicam vi oppugnarit, sed quòd homo novus perniciosum nobilium restinxerit furorem. Non obest mihi turpis & nocens, sed honestissimè laudatissiméque acta
7 vita. non odio bonorum, sed invidiâ premor malorum.
Intelligunt homines, tot & tam præclaris [a] testimoniis monumentisque virtutis comparatis, M. Tullio, dum sit incolumis, fore voluptati. idcirco vitam eripere cupiunt,

[a] testimonia monumentaque v. comparata *alii*.

piunt, ut cum spiritu sensum quoque adimant jucunditatis. Nonne igitur indignum est, eos præmiis meis invidere, qui virtute certare noluerunt? eos in contentionem honoris venire, qui officiis se superari æquissimo animo tulerunt? Si dulcis est gloria, consequere virtutem: noli abjicere labores, petere honorem: honorem dico? immò verò famam, fortunas, familiam, liberos, caput, corpus, ipsum denique sanguinem & animam. Cedo invitus de republica: cedo oppressus de fortuna, de dignitate: discedo à republica, victus audaciâ malorum.

Liceat manere, si non illum M. Tullium, custodem 8
urbis, defensorem omnium, patrem patriæ: at certè reliquias Tullii: liceat in conspectu civium, in hac urbe, quam ex parricidarum faucibus eripuit, remanere, tecta omnium, fana deorum, universam videre periculo liberatam suo civitatem: liceat ex hac flamma evolare, præsertim qui illud impium incendium perditorum hominum lacrymis potius meis quàm sanguine vestro restingui malui. Neque enim peto, ut mihi detis vitam: sed datam repeto, ut reddatis. Si meministis quod dedi, vos non debetis oblivisci, sed retribuere quod debetis.

IV. Vos, vos obtestor, dii immortales, qui meæ 9
menti lumina prætulistis, cùm consensum exstinxi conjurationis, arcemque urbis ab incendio ac flamma liberavi, liberosque vestros è gremio & complexu matrum ad cædem & cruorem non sum passus abstrahi. Num igitur potest fieri à clientibus ut recipiar, cùm, à quibus debeam retineri, rejicere instituant? Socii quò fugiant, cùm aditus custodi patriæ præclusus sit? Quomodo spes salutis reliquis residebit, cùm civibus præclusa sit exspectatio incolumitatis? Pax & concordia extraneis gignetur, cùm jam domesticis non insideat, sed publicè providenti eripiatur?

Nam quid ego improborum facta renovem oratione, 10
ut redintegratione illius conjurationis animos vulnerem vestros? Auxilium ab alienis efflagitabo, cùm cives vestros deseratis? Sociorum invocem subsidium, [b] cùm à civibus interclusum sit præsidium? Quam colere gentem nunc instituam? utrùm ut custos accipiar, an ut proditor excludar? si ut conservator: vestra erit ignominia. sin ut oppugnator: præcisa erunt omnia. Itaque quod putavi fore gaudium, id exstitit exitium.

b cùm civib. alii.

11 Si, Quirites, eundem in ceterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, & pro innocentissimo quoque propugnare, & nocentissimum quemque oppugnare nobis utilissimum esse arbitraremur, & si cum optimi cujusque rebus adversis nostram salutem, cum deterrimorum hominum secundis nostra pericula putaremus conjuncta: frequentes profectò talibus conatibus obviam ire niteremur: neque partim innocentiâ freti, partim nobilitate nixi, partim potentiâ ac multitudine amicorum fulti, cùm perfacilè existimaremus adversariorum vim ac factionem à nobis repelli posse, subitò ipsi simili periculo circumventi, in nostro eventu aliorum reminiscentes casus, jure id nobis accidere nequicquam quereremur.

12 V. QUIS ENIM est, Quirites, qui nunc, cùm inimicorum nostrorum vim atque violentiam perspiciat, quique nostrum ipsum periculosissimum casum recognoscat, qui non sibi ac suis diffidat fortunis? Quo enim se satis tutum arbitrabitur præsidio? virtutis & gloriæ? At ea nos ipsa hoc tempore oppugnant. Multitudine amicorum? Aperuerunt non fortes esse se amicos, si in eorum potestate nostra sita salus non est. Paucitate inimicorum? At id non in ipsius, sed in aliorum voluntate positum est. nam non satis est, ne cui injuriam facias, providere, si tamen sunt voluntarii inimici, qui tuis præmiis te oppugnent.

13 Atque cùm hæc omnia omnibus sint gravia atque acerba, tum verò nobis misera atque intoleranda, quorum & officia in rempublicam recentissima & incommoda ob rempublicam frequentissima in familia versantur. Nunc si eadem conditio disceptationis proponetur, æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur: qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore: qui sperant, faciliùs & procliviùs ad laudem nobilitatis pervenient. Quamobrem nolo me duce supplicii vos ad fraudem deduci, ut ego ad pristinum statum recidam casus. Nunc igitur, si linguâ est concertandum: innocentiæ virtute fretus supero. si facta compensanda sunt: conferamus æquitatem. si violentiæ impetu opprimimur: cedam pro omnibus unus tribunicio furori, quoniam laborem pro cunctis ferre consuevi.

14 VI. SI IGITUR aliquo tempore iis hominibus consu-

saluistis; quorum animus est religionis pietate defunctus: debetis mihi quoque prospicere, qui numini deorum consecratum sartum tectum ab omni [c] piaculo conservavi, & vos ut tutam tranquillamque fortunam traheretis, meâ perfeci vigilantiâ. Nam me, quem paullo antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundem tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. Et quoniam animadvertistis, illam conspirationem conflatam ita esse restinctam, ut nulla scintilla compareat incendii, vos quoque tribuniciam sedate temeritatem (qui nunc se mihi inimicum ostendit, se prius esse vestrum professus est inimicum) ne rei crudelitas, [d] experta in me, in vos convalescat, & calamitas remorata longiùs serpat atque progrediatur, præcavete.

[c] *periculo alii.*

[d] *experrecta alii.*

Nunc vel solus delectus ad calamitatem, vel primus 15
vocatus ad tale periculum, omnium animos jure debeo commovere. Omnia sunt immutata. manus ad demonstrandam religantur injuriam: lingua inciditur ad deplorandam calamitatem: animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. Humilitatem generis objiciunt nobis, qui novam rationem suscitant, veteres majorum obterunt laudes. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos sceleratè loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente, coarguitur turpitudine vitæ, ut de iis non sit necesse inimicos prædicare, de quorum scelere ne amici quidem aut ipsi possunt negare. Vos ego appello, quorum de me 16
maxima est potestas. apud vos loquor de mea calamitate, quos habui semper innocentiæ & virtutis meæ testes.

VII. IGITUR ex civitate benemeritus de republica civis exturbatur? innocens expellitur? consularis homo? non facultatibus usus quondam minimis, amicorum multorum præsidio munitus, nunc partim ab invidis, partim ab inimicis circumventus eget indigne? huic si opem non tuleritis in periculo capitis, vos, credo, retinebitis vestram libertatem? qui neque tanta valetis auctoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam. mihi credite, hoc in uno incommodum confirmatum multorum infirmabit incolumitatem: & si initio non erit refutatum, impunè ad omnium perniciem convalescet. Proinde aut in meo periculo salutem integram præstate

communem, aut in vestris hoc idem incommodum exspectate fortunis.

17 Nemo tam perdita auctoritate, tam facinorosâ inventus est vitâ, qui cùm de scelere fateretur, non tamen sententiis priùs judicum convinceretur quàm supplicio addiceretur. Ego, repentè vi tribunicia correptus, non modò loquendi liberè in judicio, sed ne consistendi quidem in civitate habeo potestatem. Ejicior non solùm sine teste, sine indice, sine crimine, sed sine accusatore, sine etiam scelere.

18 Hostibus in bello, qui dissident voluntate, dimicant armis, vitam quotidie oppugnant, in ipsa acie cùm prœliantur, licet loqui, licet disputare: mihi in pace, civi, qui perditorum hominum fregi furorem, pro fortunis meis apud vos loqui non licebit? servi, qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur, apud eos sæpe disputant, quos necare voluerunt: ego consularis apud vos non loquar, quos conservavi? Tacebo, si necesse est: tacebo, inquam, animo æquo, quoniam virtus mea, me tacente, agit causam meam.

19 VIII. ITAQUE ut ego in concione mea nihil ponam de rebus meis gestis, tamen in animis & memoria vestra largiter relinquam. Isti modò videant, qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint. Etenim si à me, ut isti existimant, Lentuli mortui sordes, si Catilinæ notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuries ac stupra Cassii pœnas repetunt: profectò istis hora nulla, ejecto Tullio, vacua periculo aut periculi exspectatione relinquetur. Itaque illi in dies non meis insidiis, quæ nullæ à me parantur, sed suorum scelerum conscientiâ cruciati mihi absenti & populo Romano pœnas dabunt.

20 Quas ob res ego inimicorum amentiæ cupiditatique paucorum, omnium salutis causâ, decedam: neque eò deducam, aut progredi patiar, ut operâ meâ manus inter vos conseratis, cædesque civium inter se fiat: multóque potiùs ipse patriâ, liberisque meis carebo quàm, propter unum me, vos de fortunis vestris reique publi-
21 cæ dimicetis. Sic enim ab initio fui animatus, ut non magis me meâ causâ putarem esse natum, quàm reipublicæ procreatum. Sed illud queror, (quod non jam ad unius perniciem, sed ad universorum instruitur calamitatem) conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspi-

cio-

cionem dimovere, crimen diluere non licere: ore oppresso cervices esse præbendas: quæ tamen omnia jam non sunt tam calamitosa, quòd mihi sunt subeunda, quàm perniciosa, quòd in rempublicam sunt introducta.

IX. QUAMOBREM statutum est atque decretum, in his temporibus civitatis omnia perpeti, quæ volet furor libidinosus. Vim volunt afferre? præstò sum. ejicere volunt? exeo indictâ caussâ. nolunt audire? caussam non dico. aliud quippiam conantur? agant. nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod rempublicam tutabitur. Non enim illis victus cedo, sed incolumibus vobis me condono.

Neque enim mors miseranda est, quæ ob rempubli- 22
cam capitur: neque exsilium turpe, quod virtute suscipitur: cùm præsertim nonnullam hæ pœnæ habeant in se consolationem. Nam vitam si eripiunt, non adiment gloriam immortalem. si exsilio multabunt corpus, non animum à republica removebunt. Nam, ubicumque ero, hoc cogitabo, hæc semper cura mea erit: meque vobis ereptum, non à vobis repudiatum existimabo.

Illud ab universis postulo petoque, si, dum in civi- 23
tate manere licitum est, nemini injustè periculum creavi, nemini innocenti fui calamitati, si omnibus auxilio præsidioque esse consuevi, plurimosque in hac civitate sum tutatus: uti vos liberos meos in vestram fidem recipiatis eosque defendatis, neve inimicos meos in familiam nostram longius progredi patiamini: utique, sive hinc abiero, sive ero hic oppressus, ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata est.

X. NUNC EGO te, Jupiter optime, maxime, cujus 24
nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teque particeps connubii, socia regni, regina Juno, teque Tritonia, armipotens e Gorgophora Pallas Minerva, ceteri- e Gorgona
que dii deæque immortales, qui excellenti tumulo ci- *alii.*
vitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam, ut non solùm cunctam intueri, sed etiam tueri possitis civitatem: à quorum ego quondam altaribus impiam manum civium removi: à quorum templis meo periculo funestam facem repuli, ne illustrissimum orbis terrarum monumentum cum principe omnium terrarum occideret civitate: teque, Jupiter Stator, quem verè hujus imperii Statorem majores nostri nominaverunt: cujus in templo hostilem impetum Catilinæ repuli à muris:

cujus templum à Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum Victoria est collocatum, oro atque obsecro, ferte opem pariter reipublicæ cunctæque civitati meisque fortunis: resistite tribunicio furori: favete innocentiæ, subvenite solitudini, miseremini senectutis: nolite eum supplicem à vobis absterrere & excludere, qui in suo magistratu funestam facem à vestris repulit templis.

25 Si C. Mario auxilio fuistis, quòd in clivo Capitolino improborum civium cædem fecerat: si P. Scipioni, quod Hannibalis furibundam mentem à vestris repulit templis: si denique Cn. Pompejo, quòd terrâ marique hostes reddidit pacatos: sic nunc in meis calamitatibus aliquam ferte opem divinam, ut sæpè multorum in periculis fecistis: sic nunc in meis miseriis divinum aliquod auxilium & numen ostendite.

26 XI. DEINDE vos, quorum potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quibus singillatim sæpè supplex ad pedes jacui, ut eum, quem singuli stratum atque abjectum sublevastis, nunc universi conservatum velitis. Si neminem umquam vestrûm læsi, si nemini innocenti obfui, si etiam è contrario, ut quisque auxilium meum desideravit, opem ferre non dubitavi: si denique, quæcumque administravi, ex vestra auctoritate & patrum conscriptorum voluntate feci: si malui inimicorum cupiditati quàm reipublicæ & legitimæ auctoritati pœnas sufferre: ut existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu ereptum in antiquum statum dignitatis restitui convenire.

27 Sed quoniam neque mihi liberè loquendi, neque vobis clementer audiendi, neque omninò judicandi, paucorum furore & audaciâ, facta est potestas: sed oppressa est respublica armis, metu debilitata servili, uti liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem: cedam inermis armatis, innocens nocentibus, privatus furibundo magistratui. Neque enim Q. Metellus quidquam de virtute sua detraxit, quòd cessit L. Saturnino furenti; neque C. Cotta, quòd Q. Vario tribuno plebis, inferiore genere orto, cedendum putavit: neque C. Marius: qui, quantas res gesserit, vestra vobis libertas judicio esse poterit: neque verò M. Tullius suum animum vestra abalienavit potestate, cùm præcipuum vobis obsidem sui animi vestram reliquerit libertatem.

28 Quamobrem testor deos deasque omnes immortales,

ve-

veſtraſque maximè mentes, me non vitæ turpitudine, non pro magnitudine ſcelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam, pœnas jure & lege perſolvere: ſed propter virtutis invidiam, propter jucundiſſimam ingenii laudem, propter magnitudinem rerum geſtarum, crudeliſſimè civitate privari. Quòd ſi idem accidit Q. Cæpioni, ſi Mancino, ſi Rutilio; mihi quoque hoc accidiſſe non magnopere erit mirandum, cùm præſertim non generis antiquitate, ſed virtutis ornamentis ſummam laudem ſim conſecutus.

XII. NUNC EGO vos, equites Romani, obteſtor, 29
quorum virtute nomen Romanum victoriam cum laude poſſidet conjunctam, quorum factis gloriantur cives, lætantur ſocii, gemunt hoſtes: ut, ſi erga vos omni tempore optimè fui animatus, ſi mea pericula neglexi, dum timorem à patria propulſarem: ſi æquè liberis veſtris proſpexi, ac vos parentibus conſueſtis: ut nunc me velitis veſtris opibus defenſum incolumem in hac civitate retinere: quæ cùm à ſcelerata conjuratione eſſet incenſa, meo ductu ac labore reſtincta eſt: nec patiamini me à liberis meis abſtractum, à conjuge abreptum, ab aris focisque innocentem projectum vitam degere in exſilio, miſerrimi mortalis caſum ſubire.

Projicitur Tullius in exſilium. At à quo? nimirum in- 30
nocens ab inimico, religioſus à ſcelerato, benivolus huic civitati ab hoſte. O miſera vitæ ratio, quæ tamdiu reſides in voluptate, quamdiu fortunæ poſcit libido! egone inimicus huic civitati? quamobrem? quia inimicos necavi. egone hoſtis? quid ita? quia hoſtes interfeci. [f] En conditionem hujus temporis! antea gloria & laude digniſſimi ducebantur, qui hæc perfecerunt. nunc ſcelerati & parricidæ eſſe dicuntur, qui hæc adminiſtrarunt. Sint ſanè ſcelerati: ſuperet iſtorum victoria, ſi modò victoria appellanda eſt, in qua civitatis ineſt luctus: habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Tantum à vobis illud, equites Romani, peto & rogo, ut, quem ſæpenumero veſtra laude cohoneſtaſtis, eundem in dubiis vitæ periculis veſtra virtute conſervetis.

[f] Eheu. *alii.*

FINIS ORATIONUM.

